BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
2

M

13.6.6.52

TRACTATVS
DE NVLLITATIBVS PROCESSVVM, AC SENTENTIARVM,

D. SEBASTIANO VANTIO
IVRISCON. CLARISS.
AVTHORE.

Nunc hac editione purgatus, cum rerum & verborum Ind. locupletiſſimo.



VENETIIS, Apud Lucium Spinedam.
M D XCIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS.
FVLVIO CORNEO
EPSIC. PERVSINO.

SEBASTIANVS VANTIVS

CVm ſuperioribus diebus (Patrone ampliſſime) inter cætera, quæ domeſticè plerunque habere ſoles, ſuauiſſima illa tua collo[illegible] de ciuili[illegible] cauſarum [illegible] obtigiſſet; i[illegible] modi è tibi [illegible] machum mouiſſe affirmabas, qui pro litibus [illegible] dis (veritate poſtpoſita) nil aliud quàm (vt i[illegible] cant) nullitates promouent, illas omni ſtudio perquirunt, & totis eorum vlnis amplexantur, ac veluti retia pro iudicibus & litigatoribus illaqueandis tendunt, & paſſim illorum pedibus annectere procurãt: quos litium fautores tanquam veritatis & publicæ quietis hoſtes, & inimicos abhorrebas, ac omni proborum virorum conſortio indignos arbitrabaris. Et cum tibi (modeſtè tamen & ratiocinandi cauſa) reſponſnm fuiſſet nullitates (ſi modò non per calumniam proponerentur) non ita à iudiciorum limine protinus expellendas, fugandaſque. cum per eaſdem

earumque remedium leges ſacratiſſimæ, & publica iura tueantur, reprimantur temerarij, & non vocati, non auditi, non defenſati vocentur, audiantur, & defenſentur: tutaque propterea remaneat inter improbos innocentia. Idcirco ſi eſt iuris remedium, legum tamen pœna temerariorum, auxilium commune, defenſio oppreſſorum, quod ob cauſam publicam ...uctum, & in commune utile ſit, dici conueniet: ... odio habendę ſunt. Cumque (interloquendum) quid eſſet Nullitas ipſa, vndeque originem traxerit, ac de eius multiplici ſpecie, & quis litigatorum coram quo iudice, qualiter, quoties, & intra quod tempus eadem in iudicio proponere, qualiterque ſenten... æ... tem vitio ſuppoſitæ dicuntur, defendi ſent; aliquantiſper fuiſſet diſputa... iones huiuſmodi non u... bantur om... poſtquàm præmiſſa, ac pro ſolerti & ...ino iudicio tuo, rerumque agendarum expe... multoties ſubtiliter & accuratè reſpondiſti: poſtremò in me conuerſus, qui nullitates aliquantulum defenſaueram, quod ſi pro litium immortalitate diſpendiijſque & laboribus euitandis ſubleuandiſque quiſpiam ſeriatim & compendioſè quid hęc eſſet nullitas hodie vſque vdeo decantata, undeque proueniret, & qualiter illi obuiam iri poſſet, & reliqua eandem concernentia, ex antiquorum iuriſprudentum ſententia perſtringeret: vt res præ manibus & quaſi ad oculum, & in aperto magis eſſet, vtique poſteritati non modicè profuturum opinabaris. Cumq; me ad id munus obeundum ſæpius adhortatus fuiſſes,

ſes, inflammaßesq;:ſepiusq́ue veluti opus egregium futurum quamuis laborioſum, laudaſſem: affirmaſſemq́ue illud idem aliquando cogitaße: ſed ad tale munus prouinciamq́ue capeſſendam ex pluribus inhabilem, & impotentem me exiſtere reſpondißem. Tu iterum atque iterum, quaſi quod me de illis ex propoſito loquentem audiuiſſes, ad illud idem peragendum magis atque magis impellere non deſtitiſti, & poſtremo loco iuſſiſti. Quibus tandem iuſſioribus cum vlterius reſiſtere nec vellem, nec poſſem: ignorantiæ potius quàm inobedientiæ & ingratitudinis vitio culpari volui. Abs te igitur primo omniq́ue poſterioritate (ſi vnquam tales uigilias ad poſteros uenire contigerit) de erroribus ac mei imperfectione uenia impetrata, cum niſi abs te coactus & iuſſus talia auſus fuiſſem, hiſce proximis diebus dum per Fed. Re. Paul. I I I. Pont. Max. obitum, alienis negotijs vacuus domi conſiſterem, tuarum iuſſionum memor, priuato quodam ſtudio mihi ipſi (quia pro alijs dignum non putarem) opuſculum hoc perfeci, tibique qualecunque ſit, quaſi illius præcipuo authori, & cauſæ impellenti: æternitatique nominis tui tranſmitto, conſecro, & uoueo, ac a te ſolo quod poſteritas, ſi quid fortè boni dictum fuerit, uel ex eo commodum aliquod ſenſerit; acceptum ferat, rogo atque obteſtor. Te autem (Patrone humaniſſimè) ne cum primum ad has ineptias noſtras oculos ſeu manus appoſueris ſtatim irrideas, quæſo: de quo ſi benignitatem tuam, & quod tu mandaſti non agnouiſſem, non modicè uererer: cum non me lateat aures tuas purgatiſſimas his

non parum offenſum iri, utpote quæ eloquentiſſimorum uirorum lectioni, ac uerborum elegantiæ & candori aſſuete ſint, quodq́ue tu ab ineunte ætate grauiſſimorum uirorum ſententias audire, legere, & amplecti ſolitus fuerit, præſertim illius celeberrimi legū interpretis, & conſultoris præcipui PHILIPPI CORNEI *progenitoris tui, cuius ac uniuerſæ domus, & familiæ tuæ ſplendor, & gloria ubique gentium innoteſcit. Vel potius, & hoc magis ſuſpicandi cauſam præbuit, quod in auunculi tu ſacratiſſimorum Canonum & legum defenſoris parentis, & patroni necnon eloquentiæ fontis uberrimi conſortio educatus fueris; qui nuper ſummæ ipſius erga omnes pietatis admirabilisq́ue rerum gerendarum experientię, doctrinę incomparabilis, ac prudentię & ſanctiſſimorum vitę ac morum intuitu ad ſummi tandem Apoſtolatus apicem diuino quodam Numine, ac pari omnium Chriſti fidelium conſenſu uocari, & aßumi promeruit. Hic eſt Iul. III. Pont. Max. idemque optimus Princeps ſub cuius ſalutari umbra, ac felici regimine quiete uiuimus, & Chriſtiani nominis ſalus, decus, & religio conquieſcunt. Quem ut ibi diutius nobisq́ue, ac uniuerſo terrarum orbi incolumen ſeruet, Deum Opt. Max ſuppliciter exoramus. Vale, & has noſtras primitias, meq; ipſum ea qua ſoles humanitate, complectere. Datum Romæ. Anno Iubilei milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.*

D. SEBASTIANI VANTII AD LECTOREM

PRÆFATIO.

POſtquã eo decurſum eſt, vt noſtris hiſce tẽporib⁹ vniuerſa pene orbis & vrbis tribunalia. illorũq; ſubſellia Nullitates vndiq; reſonent: vixq; aliud quam nullitatum cognitio in foro audiri poſſit, innumeræque ſuper his quotidie dubietates oriuntur in infinitumq; protrahuntur iurgia, & ſententiarũ effectus impediuntur: adeo quod plerũq; litigatores poſtpoſita rei, de qua agebatur cognitione, quaſi inextricabili quodam proceſſum Labyrintho inuoluti, confuſioneq; ac metu perterriti, litẽ ipſam & ſententias maximis impendio & laboribus q̃ſitas, ac iura propria taliter adũbrata deſerere cogũtur. Qua de re (ſi aliunde non eſt ſuccurſum) vt ſimili morbo aliqua adhiberetur medella, nõ modicæ vtilitatis futurũ arbitrabar, ſi quiſpiã materiã hanc nullitatũ, per varia legum volumina diſperſam, in vnũ quaſi corpus perſtringeret, alij quoq; breui & facili cõpendio quid ſuper vnaquaq; nullitate, ex his potiſſime quæ frequentius accidunt, ex antiquorum iuriſprudentũ ſententia tenendũ foret, ſummatim nobis oſtenderet: quo fieret, vt & cauſarum promotores defectus ac nullitates facilius cognoſcendo, ab illis præcauerent, pulſati vero & fugientes per calumniam illarum prætextu nõ diutius fugerent. Ius autem dicentes quid ſuper illis coram ſe propoſitis ſtatuendum eſſet, modico labore & celeri ſtudio cognoſcerent. Cũ igitur hoc inter meipſum aliquando cogitaſſem, prouinciamque huiuſmodi pro quadam animi mei ſatisfactione, & priuato ſtudio his paucis horis, quibus datur occaſio, aggredi vellem: in limine ipſo vaſtitate, & confuſione negotij, ingeniique & doctrinæ

modicitate, ac temporis inopia præterritus, opus omnino deſperans retroceſſi. Dumq; diebus proximè elapſis eccleſia Romana per obitum Fe. Me. Pauli I I I. paſtore carente, a cæteris negotijs non diſtractus, me Romæ quaſi otioſum domi continerem: hoc iterum in mentem venit. Cumque ad id maximopere etiam vnius patroni mei ſuaſionibus impelleret, iterumque de me ipſo non confidens, humiliter diuinum numen inuocaſſem, per quod res ſæpius deſperatę ad finem perducuntur optatum, ita dubius & hęſitans, quaſi per ſomnium audire viſus, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris. Perge, & ego ero in ore tuo, doceboq; quid loquaris: ſtatimq; ſub ſpe ſancti Numinis aſsũpto calamo, has quaſi Symplegadas & chaos confuſum ingreſſus, triginta dierum curſu, citra, indefeſſo & currenti calamo, opuſculum hoc qualecunque ſit peregi, in quo ſi quid boni forte repertum fuerit, id totum diuinæ ſapientiæ, a qua venit omne bonum. Si quid vero (quod magis vereor) perperam & male dictum offendens, imbecillitati & imperfectioni meæ adſcribas, & pie corrigas velim, & rogo, Et quoniam non me latet, quod is qui ſcribit, multos (inquit Hieronymus) ſumit iudices, dum facile alter inalterius ingenium inuehitur: & quod is ſolus malignangnantium linguas euitat, qui nihil ſcribit: propterea ſcio non defuturos, qui has noſtras lucubrationes carpent, quaſi imperfectum & defectuoſum opus, eo quod multa materiam ſubiectam concernentia prætererim: quos rogatos velim vt naturam eiuſdem ſubiecti, quod nullis pene finibus clauditur, conſiderent: ſciantque minus intentionis noſtræ fuiſſe (cum & ſi voluiſſem non potuiſſem) omnes & ſingulos nullitatum articulos & quæſtiones: quæ tot ſunt, quot negotia eſſe poſſunt ob caſuum varietatem, & multiplicitatem; ſigillatim recenſeri. Sed inſtituti noſtri fuit aliqua vſu magis quotidiana: & in iudicijs frequentiora ordine aliquo ſeruato (vt facilius quærenti obuiam eſſent) ſummatim & quaſi per indicem oſtendere ac legentibus ſuper his inueſtigandæ

vberius veritatis & altius ſcribendi inter & aditum præbere. Illos vero, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſiderāt, ſi eaſdem vigilias noſtras quaſi obſoletis vocibus refertas, & parum diſertas irridebunt, cogitent, rogo naturam eiuſdum ſubiectæ materiæ omnis penitus facundię incapacem, impoſſibileq́ue fore, ob crebras, quas citare neceſſe fuit, authoritates; ac cum his quos ſequor authoribus non balbutire. Inſuperq́ue legum profeſſoribus parum conuenire, quod in ſermonum folijs glorientur, cum longe ſatius fuerit bonas horas in rerum, quam verborum cognitione conſumere. Alijs vero aliter mordentibus ſatis ſit illud eiuſdem Hieronymi, dum inquit, Sępe rodentes in publicò detrahunt, quod in angulis libenter legunt. Sed de his hactenus, ne longior ſit prologus, quam fabula.

Curandum eſt ſemper placeas deſtisq́ue bonisq́ue
Summa quidem laus eſt, diſplicuiſſe malis.

Ordinem igitur pręſentis tractatus, & in quo loco defectus ſeu nullitates contingentes reperire poſſis, legendo ſequentes titulos & rubricas, quibus totus diſtinguitur tractatus, per teipſum facilè cognoſces. Vale ergo (benigne Lector) & lege ſi pius es, ac boni conſule.

RVBRICAE SEV TITVLI præſentis Tractatus.

1 *Quid ſit nullitas, unde dicatur, ac originem traxerit: & nunquid ſit odioſa, uel fauorabilis.* fol. 1
2 *De modo & ordine uidendi proceſſus, & cognoſcẽdi, nunquid ſententiæ ſint aliquo defectu nullæ.* 7
3 *Coram quo poſſit & debeat nullitas proponi: & quis dicatur iudex cõpetens in cauſa nullitatis.* 13
4 *Quis poſſit dicere de nullitate.* 20
5 *An quælibet ſententia: & a quocunq; etiam maximo magiſtratu prolata per remedium nullitatis impugnari poſſit.* 33
6 *Quot, & quib. mod. null. in iudi. prop. ac ſuper ea libellus & ſententia concipi & formari poſſit.* 40
7 *A quo, & quib. mod. poſſ. & debeat null. prob.* 55
8 *Quoties & infra ꝙ tempus de nul. agi poſſit; et nũquid ipſa aliquos iuris effectus pariat, & quos.* 62
9 *De null. ex defect. iuriſd. & unde: ac quib. mod. ꝓueniat tam in iudice ordinario quàm delegato.* 77
10 *De nullit. ex defectu iuriſdictionis delegatæ.* 121
11 *De nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium: vnde, ac quibus modis regulariter proueniat.*
12 *De nullitate ex defectu citationis & unde, ac quibus modis regulariter proueniat.* 185
13 *De nullitate ex defectu proceſſus, ac ſolennitatis & formæ ipſius ſententiæ.* 218
14 *Qualiter & quib. mod. ſententiæ & proceſſus qui dicuntur nulli defendi ſeu reparari poſſint.* 255

TRA-

TRACTATVS
DE NVLLITATIBVS PROCESSVVM, AC SENTENTIARVM,

D. SEBASTIANO VANTIO IVRISCON. CLARISS. AVTHORE.

Quid ſit Nullitas, vnde dicatur, ac originem traxerit, & nunquid ſit odioſa, vel fauorabilis.

QVoniam (vt inquit Cicero) Omnis, q̃ à ratione ſuſcipit̃ inſtitutio, à definitione ꝓficiſci debet, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur. Propterea, cũ in præſenti Tractatu de Nullitatibus agere ꝓpoſuerimus, quid ſit ipſa Nullitas, de qua acturi ſumus, hic ante omnia, quærere & diffinire oportet. Et quia omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, ex quo p eã ſubſtantia, & quidditas rei per ſua propria eſſentialia poni debet, ideo Nullitatẽ deſcribẽdo potius q̃ diffiniendo omiſſis pluribus q̃ diſputationis cã dici poſſent, & capiendo eã prout q̃d in concreto poteſt dici ꝙ ſit vitium, ſeu defectus rei geſtæ, ob legis tranſgreſſionẽ prouenieñs, vt de ſe ſatis patet. Sed ſi cõſiderabimus nullitatẽ ipſam, prout quid in abſtracto, ac facultate agẽdi iuriſq;
1 remedio, & legali ſubiecto, ita deſcribi poſſe vr̃. Quòd eſt ius & cõe auxilium, ad irritãdum, ſeu irritũ nunciandũ actũ de quo quæritur cõpetens. Et quamuis hanc deſcriptionem ab aliquibus noſtris antiquis vel modernis doctoribus tactam non repererim. Nihilominus quòd nullitas hoc modo ſumpta, ſit ius ad inſtar appellationis, poſſeſſionis, vſuſfructus, ſeruitutum & reliquorum quæ in iure conſiſtunt, quæ tanquam iura, ab eiſdem antiquis patribus diffinita ſunt, non videtur incongruum.

Quale

2 Quale autem ius ſit, videlicet nunquid actio, exceptio ſiue iudicis officium, breuiter, ſi agetur de nullitatibus in iudicio factis, pro illis declarandis ſeu reuocandis, officium iudicis nobile, competet: vt voluit Inno. in cap. fin. circa finem, & ibi Ioan. Andr. & cæteri ſequuntur extra de offi. iud. & idem Inno. in c. ſæpe. col. 3. de appel. & Spe. de off. om. iud. §. iudicis officium, verſ. item cum petitur ſententia 2. col. & Bald. in addit ad eundem. ſub titu. de ſenten. verſic. an poſſit declarari. col. 6. Idem voluit Bar. in l. 1. verſic. Quæro ergo quo iure. col. 4. C. quãd. prouo. non eſt neceſ. & in l. ſi expreſſim. verſic. quæro ergo quo iure. col. 7. de appel. & Franc. in c. dilecto. q. 4. extra eod. tit. & Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocantur q. 12. ff. de pac. Anch. & Imol. in clem. 1. in 3. no. de re iud. & idem Anch. conſil. 73 viſis omnibus, col. 1. & Alex. conſ. 125. Ponderatis, verſ. pro hoc etiam facit col. 5. vol. 6.

3 Licetque iudicis officium nullam præſupponat obligationem, vt in l. qui per colluſionem. §. fina. ff. de actio. empt. & l. Quintus Mutius. ff. de ann. leg. adeo ꝙ declarare, vel non declarare nullitatem, in arbitrio ipſius iudicis reſidere videatur: tamen ex quo officium iſtud, quod im-
4 ploratur, ex iure partibus competenti inſurgit, & tanquã auxilium legale, proprium ipſorum litigatorum in iudicio actionis loco proponitur, quod iudex illud impartiatur, & illi deſeruiat neceſſe eſt: vt declarat idem Specu. de om. iud. §. poteſt, verſic. ſed quæ vis eſt allega. l. 4. C. de poſtu. & l. metum, § ex hoc edicto. ff. quod met. cau. & ponit Inno. in d. c. fi. in princ. extra de off. iud.

5 Et ſi iudex denegaret, id eſt ꝙ iudicium nullitatis coram ſe propoſitum cognoſcere, abſque legitima cauſa recuſaret, facere iniuriam proponenti, iuxta ea quæ ponit Barto. in l. 1. §. permittitur. ff. de acqu. quot. & æſti. ac eſſet locus appellationi, per text. & ibi not. in l. 1. C. ſi ſæp. in integ. reſtit. fu. poſt eum alijs & poſitis per Dom. Fel. in exceptionem col. 2. de excep. & ipſe tanquam negligens in adminiſtrando iuſtitiam ad partis damna & intereſſe in ſyndicatu teneretur, iuxta ea quæ voluit Bar. Bal. &

alij

alij in l.mancipia. C.de ſer.fug. & idem Barto.in l.4.§.in eum,ff.de dam.infec.& in l.1. C.quomodo & quando & in l.non quicquid,§.1.ff.de iud.& in l.fi.ff.de extraord.co gni. & Angel. per illum tex. in authen. vt iud ſi quo.ſuffra.§.volumus, cum ſimil. de quibus per Alex.conſi.11. circa.prin.lib.1.& Ang.in conſi. 185.viſis, col. fin. Tho Gram.conſi.54.

6 Si autem ageretur de nullitate actus extraiudicialis,ve luti contractus ſi nullitas dolo contrahentium prætende retur tunc propoſita de dolo actione agi deberet. l.eleganter in princ.ff.de dol. l.ſi dolo. & ibi per glo.C.de rei vend.& ponit Alex.conſ.122. quoniam,1.colum.lib.6.Si nullitas ex contractu & partium conuenienre prouenirer,actione ex eodem contractu deſcendente, agendum foret,l.exempto, §.is qui viam, ff.de actio. emptio. l.ſed Celſus, §.ſi fundus annua. ff.de contrah. empt. & docet vtrunque Bar.in l.quæ ſub cõditione,§.de hoc iure,ff.de cond.inſt.& in l.1.C.de theſau.& ſeq.Anch.in d.cle.1.col. 3.de re iud. Nullitas igitur eſt ius,quandoq; iudicis officium,& quandoque actionem, ſeu exceptionem tribuẽs.

7 Quod autem remedium iſtud ſit etiam commune auxilium patet ex ſe,& probat tex.in l.in cauſæ, in prin.ff. de mino.& non ſolum auxilium, quinimò nullitas & remedium hoc vocatur,& eſt mera defenſio: vt voluit Io. And.in nouel. in c.1. de reſcrip. in 6. quem ſequutus eſt Bald.in c.1.§.iudices.col.3.ver.quædam ſententiæ. de pace iuramen firman.& in l.ſcire oportet. §.fin. ff.de excuſ: tu.& in l.1.col.2.C.de iur.& fac.igno. & Fel. in c.ex parte,col.penult.in princ.extra de offi.deleg. & Franc.in c.dilecto.q.42.col.3. de appel.& Bal. in l.ſi quidem,in 3.not. C.de except.& in l.peremptoria,col.5. verſi. quæro quid ſi ſtatim,&c.C.ſent.reſc.non poſ.dum voluit elapſo termino ad excipiendum, opponi poſſe nullitatem,ex quo eſt defenſio,vt ibi per eum,& ſequitur Pariſ.in tracta.de ſind.in §.an ſi ſentẽtia eſt lata,verſ.nam quidam,cũ ſimil.

8 Et quoniam appellatio dicitur etiam commune auxilium: vt eſt tex. in l.3.§.falſus.ff.rem rat.hab.& l.1.& 2. C.quan-

C.quando prouoc.non eſt nec. Idcirco loco differentiæ poſita ſunt ſupraſcripta verba (ad irritandum ſeu irritum nunciandum actum de quo quæritur.) Hæc enim eſt propria qualitas & effectus ipſius nullitatis, per quem iſtud ius & remedium ab alijs differt appellatio namque non principaliter ad irritandum, ſeu ad iniquitatem, & imperitiam iudicis corrigendam, ac pronunciatum ſuſpendendum, ſeu (attento præſenti ſtatu) extinguendum, competit, vt l.1.in princ.ff.de appel. iunct.l.1.§ fin.ff.ad Turpil.cum ſimil. ff.iud. ſol.l.furti in prin.ff.de his qui no. infa. Sic eam diffiniunt communiter ſcriben. vt aſſerit Felyn.in rub.de appel.& Alex.conſil.189. viſo.colum.4.in fi.lib.2. Et quoniam incidit ſermo de Alexandro, & Felino, non mireris (lector) ſi ſæpius in præſenti opuſculo ipſos citatos reperias: quia cum ſint doctores copioſiſſimi, eoſdem multoties ſolos, videlicet Alexandrum in conſilio, & Fel.in lectura (breuitati conſulendo) adducere volui, vt de Alexandro fecit ac faciendum conſuluit deciſi. Neap.cap.in cauſa.

10 Ad propoſitum redeundo quod remedium nullitatis etiam pro vtroque competat, videlicet pro irritando actum, qui non eſt ipſo iure nullus, ſed ope exceptionis annullandus, ac etiam pro declarando & enuntiãdo actũ ipſo iure nullum, habes exempla toto tit. C.ſi à non cõp. iud.iunct. tit. C.quando prouoc. non eſt neceſ.& ff.quæ ſent.ſine app. reſcind. & probatur in l.ſi mater, C.de contrah.empt.& §.alio autem, cum § ſeq.inſti.quib.mod.teſt. infir.& in cle.paſtoralis, in fi.de re iud. cap.1. de iur.cal. in 6.cap.primates. 2.quæſt.1. & in capitulo, cum dilecta. de reſcriptis. & ponit Franc. in c.dilecto.q.4. & q.14.de appellat. & ſępius in fine Decretalium reperies huiuſmodi verba (irritandum duximus) vt in c.in noſtra.in fi. de procur.c.ſi in fine, ſed vac.c.vt noſtrum, c.ex parte, in fi.de app.prout etiam reperies (irritum nuncietis, &c.) vt in c.cum contingat, de offi.dele.c.ad audientiam, cap. conſtitutus, c.dilecti, in prin.c.cum cauſam, de app.cum ſimili. ex quibus manifeſte colligitur remedium hoc ad

vtrum-

vtrumque competere.

1 NVLLITAS autem deriuatur a ſuo primitiuo nullus nulla nullum,ſicuti falſitas à falſo,veritas à vero,& ſic de ſimil.Nullus verò deſcendit a non dictione tamē corrupta,& vllus,dictione integra,quaſi non vllus.Vllus autem idem ſignificat quod aliquis: vt Cic.in oratione pro reditu ſuo, quis enim vliam vllius boni ſpem haberet in eo,cuius primum tempus ætatis palam fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum,&c.& tex. in l.1.§. hæc autem verba.ibi,nec eſt vlla ſententia &c.ff.quod quiſque iuris &c. & in l.ſi mulier,§.ſi dos.ibi.quia ibi eſt veriſſimum,nec talem promiſſionis obligationem vllam eſſe &c. ff.de dol. & alibi ſæpe,ac ſæpius, etiam præſertim apud comicos,reperies hoc verbum nullus ſum,quaſi dicat perij. & factus ſum nihil. nullum igitur eſſe & nihil eſſe æquiparantur in iure.l.1.§.2. & ibi Dec. in 4.not. ff.quod quiſque iur. prout etiam refert & ſequitur Aym. conſ.15.nobilis,col. 2.num.7.& videbimus infra.

Eſt tamen aduertendum quia nuſquam reperi quod de iure digeſtorum aut.c.legum conditores, hac edictione & vocabulo, nullitatis vſi fuerint, ſed per alia verba & elocutiones, quod actus non valeret exprimebant, vt puta nullum irritum,inane, inutile, vel nullius roboris aut momenti exiſtere,non valere,non tenere, nullas habere vires,viribuſque non ſubſiſtere, non iure,non ritè, vel rectè, aut male vel perperam & inefficaciter factum, infirmum eſſe firmitatem non habere, & pro non iudicato,infecto,caſſo,irrito,nullo, & non rato haberi,& ſimilibus,prout patet infra ſub rub.quot & quib.mod.nullitas propo. poſſ. vbi iura de his loquentia adducta ſunt. Sed moderniores noſtri vtriuſque iuris interpretes, ac etiam Decretalium conditores hac dictione (prout etiam alijs recentioribus vocabulis indifferenter vſi ſunt,vt ex eorum codicibus vbique patet, & cle.ad compeſcendas, in ſi.de ſeq.poſſ.& fruct.& cle.vt calumnijs, poſt prin.& cle.paſtoralis,verſ.nos circa.de re iud.ego itaque ſciēs iuri operam dantes artem boni & æqui illiuſque notitiam,

non

non artem,& fucos verborum profiteri,ab illiſque verio res potius, quàm diſertores ſermones deſiderari, vt inquit tex.in c.ſedulo.38.diſt. prout de infirmo dicebat Seneca,qui non quærit medicum eloquentem, ſed curare ſcientem,ideò abſit(vt dixit Io.And. in reg.infamibus de reg.iu.) quod per ſophiſmata verborum naturam immutemus, quia non artem bene loquendi diſcimus, nec facundiæ oratorum rhetorumque opera damus, quorum officium eſt falſatis ſermonibus figmentare mendacia, prout hæc ſunt verba eiuſdem Io. And. ex mente Didimi ad Alex.in c.1.de conſ.in 6. & facit tex.in l.quoniam indignum,C. de teſtib. & l.2. C.commu. de leg.l.2.C.de conſt.pec.c.quamuis,c.indignum, & d.c.ſedulò 38.diſt. tex.& gl.in c.morior 1.q.1. vſui igitur verborum dictorum prudentum noſtri temporis adhærens, & nullitatem dixi,& ſententias quaſi per os illorum ac naturaliter pro ut ipſi ſcriptas nobis reliquerunt, ſimpliciter in toto præſenti opuſculo recitaui: dicant quid velint elegantes, iuuat enim me cum tantis patribus errare, ſi verbis præſentibus ac communi lingua vti,errare eſt, in hoc (quia peto veniam)excuſandus ſum cum non an pompam, ſed pro communi praxim exercentium vtilitate duntaxat laborauerim,aggregando authoritates, & loca, & materiã ſparſam in ordinem redigendo.

14 Ex præmiſſis (ad propoſitum redeundo) quid ſit & vnde dicatur Nullitas colligi poteſt, traxit autem originem eadem nullitas ab ipſa lege, & cum ea ſimul orta eſt: nam cum primũ ciuitates cond.& magiſtratus creari cœpiſſent ad humanam audaciam coercendam, & nocendi facultatem reprimendam leges & ſacri canones in medio poſiti ſunt negotijs peragendis certas formas inducentes, ad illaſque obſeruandas vitas hominum adſtrinxerunt: vt habetur in l.2. §.quia diuinæ, C.de ue.iu.enucl. l.leges ſacratiſſimæ, & l.humanum, C.de leg.c.1.& c.2. L4.diſt.ac perpetuo edicto iuſſum eſt ab omnibus eaſdem leges obſeruari debere,vt d.l.2 § has itaque leges & adorare & obſeruare &c.& §.fi.in auth. de iu.cap. iudicem 3.

q.7.in odiumque ac pœnam tranſgreſſorum aliter geſta & lege interdicente facta, pro infectis,caſſis & inutilibus haberi, ac nullius roboris & momenti fore eadem lex voluit, & ſtatuendo decreuit ex tuncque remedium iſtud in lucem proditum eſt.vt l.in dubium. C.de leg.l.vnica.C. qui pro ſua iuriſd.l.pacta quæ contra. C.de pac.l.ex precio. C.ſi cer. pet. c.quæ contra ius: de re iur.c.imperiali. 25.q.2. & in auth. vt med.lib. non fier. ſacr.iuſ.circa fi.eſt bonus text. in c.ſi religioſus, ibi conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam præſumptionis illius,electio ea-
15 dem ipſo facto viribus euacuatur &c.de ele. in 6. & hinc dici conſueuit, quod annullatio actus eſt pœna, vt l.ſenatus.ff.de contr.empt.per Bar.in l.Turpia. ff.de leg.1.& in l.prætor ait.ff.de nou.op.nun.l.1.ff.de his quæ pro non ſcrip.Bal.l.nemo martires. C.de ſacroſ. eccl.& in d.l.non dubium. cum alijs de quibus per Fel.in c.2.col.1. de teſt. poſt Abb.in c.cognoſcentes. col.2. de conſt.quod vt dixi eſt intelligendum, quando annullatio prouenit ratione prohibitionis; ſecus ſi proueniat ratione defectu ſolemnitatis, vt declarat Alex.conſ.90.omiſſis. col 1. lib.7. Et Nicolaus Boer.in dec.parlamenti dec.1.num.16. poſt Soc. in conſ.112.in princ.vol.3.

Igitur per poſitionem legis inſurrexit cognitio & remedium nullitatis, qa vbi nõ fuiſſet lex nec præuaricatio, ꝑ legem namque cognitio eſt peccati, inquit diuus Pau. ad Ro.c.3 & 4. ex tranſgreſſione itaq; & præuaricatione legis naſcitur & prouenit vitium & defectus nullitatis.

16 Et equidẽ lex fruſtra fuiſſet poſita, ſi contra illius trãſgreſſores, ac in fauorẽ publici iuris & oppreſſorũ aliqđ ſalubre remediũ nõ adinueniſſet,potuiſſet nãq; vnuſquiſq; inauditus, ac nulla ꝓcedẽte cauſſa & cognitione ẽt per nõ iudicem rebus ac proprio patrimonio priuari ſpoliari, cõtra naturalẽ iuſtitiã ac propriam ſubſtantiam legis, ſecundum ea quæ poſuit Ion.in c.quæ in eccleſiarum, extra de conſt.cum alijs de quibus per Alex.conſ.77,in cauſſa.col. 4.verſ.nam ratio. lib.2. & Zabarella. in ele.1. §.fi.col fi.de ſequ.poſſ.& fru. & Philip. dec. conſ.410. col.4.lib.5. Taliter

literq́; priuatus & ſpoliatus quaſi nudus & inermis ſine auxilio & legis adminiculo remāſiſſet, ad hoc legitur lex ipſa introduxit remedium & ius iſtud, per quod nil aliud quam ꝗ leges & iura fuerunt cōtempta & non ſeruata in præiudicium alicuius prætenditur, petiturq; ex integro canonicè & legitimè procedi, & perperam factum, in ir-
17 ritum reuocari, ac de facto factum de facto tolli, & in priſtinum reſtitui debere, iuxta tex. in cle. Paſtoralis, in fi. de re iud. c. primates. q. 2. c. frater noſter 16. q. 1. c. 1 & per tot. 2. q. 2. quòd iudex facere debet nam ſicuti fuit facilis ad faciendum, ita facilis eſſe debet ad perperam factum reuocandum. vt vult tex. in l. 1. § hoc edictum. ff. ſimul. vent. no. quem pro ſingulari ad hoc ponit Roma. ſingu. 766. poſſeſſio. & conſi. 320. hæc iſtarum col. 1. in fi. & conſi. 69. viſo col. fi. eſt gl. in l. ſi procuratores. in verbo manumitti. ff. de iu. fiſ. & in l. ſi minor, in prin. ff de euict. fuit celebre dictum Inn. in c. dilecti. & c. querelam. col. 2. extra de elec. quod magni facit Fran. in c. 1. in prin. de relig. do. in 6. cū alijs de quibus per Alex. ad propoſitum. conſ. 5. in cauſſa. col. 2. verſ. nam primo. li. 2. & conſ. 52. in cauſſa, col. 2. li. 7. conſ. 179. in cauſſa in fi. li. 6. plura cumulat Fel. in c. qualiter. 1. col. 7. verſ. 3. limita de accu. cum ſi.

Per hoc igitur remedium vocabuntur, audientur, & defenſabuntur non vocati, non auditi, non defenſati, merita cauſarum diſcutientur, veritas patefiet, ac leges & iura publica tenebunt, omniſque dolus, fraus & machinatio excludetur, & tuta remanebit inter improbos innocētia; & propterea non immerito lex vocat remedium iſtud auxilium commune, & meram eſſe defenſionem dixerunt Io. And. Bal. & alij legum vertices, vt diximus ſuprà.

28 Si eſt ergo iuris remedium, legum tu tamen. pœna temerariorum, auxilium commune, & vera defenſio oppreſſorum, & ob publicā cauſſam introductum, ꝗ ſit fauorabile & benignè recipiendum dici côueniet, cum in commune vtile ſit, vt in ſimili dixit tex. in l. ſi qs in graui. § hi quoque ibi: quia in commune vtile eſt, &c. ff. de Sena. Sille. l. de pupillo. §. publicam cauſſam. ff. de op. no. nun. l. 1.

§. ſi.

§.fi.C.de cad.toll.l.prouinciarum, in fi.C.de feri.l.actio-ne.§. Labeo.ff.pro ſocio cum alijs, de quia. per Pau de Caſt.conſi.23.viſo puncto, col.2. relato & comprobato per Dec.conſi.659.viſo perlecto,nu.5.li.5. & de quo per eundem in conſ. 10. viſo col.1. in fin. & conſi.660.reuo-catur,nu.6.& faciunt ea quæ poſuit Alex.conſ.113.viſo, col.1.li.5 dum loquitur de remedio appellationis quod eſt fauorabile:quia eſt defenſio,quod etiam ponit Roter. deciſ.364. cum iura in no.

Et ſi ex hoc lites protrahuntur, & litigatores in expen ſis ac longitudine cauſæ defunguntur,ibi ipſis:quia magis canonicè procedere debuerunt, non alteri imputandum eſt quia damnum quod quis ſuâ culpa ſenſit ſibi & nō al teri imputare debet ex quo vit j cauſſa & occaſio ab ip-ſo proceſſit argum l.fi.C.de adul. & in ſimili ponit Spe.in tit.de aduoc.§ conſequenter.col.1.ver.nā tela nocet Alex. conſ.105.prope fi.li.5.Aym. de Antiq. temp.ſup r q. ſta-tut.fere nu.33. verſ. duodecimo conſidero, an vbi quòd præbens cauſſam nullitati etiam opponer, non poſſit glo. prag.in tit de ele.§.licet dudum in 5. canonica. Illorum igitur temeritas & nullus alius ſibi ipſis imped mento eſt, arg.tex.in l.veteres,in fi.ff.de itin.actuq; pri.& l.ſiue ma-nifeſti.§.tandiu.ff.de cond.tut.& eorum quæ ponit Rot. 102.fatalia,in fi.in nō.fauere itaque nullitati & huic reme dio,eſt fauere legibus iuſtitiæ, & publicæ vtilitati ac inſo lentes & temerarios reprimere,vt facit Papa in c.quā frō te & ibi doc.extra de app.& d.c.ſi religioſus, de ele.in 6.

19 Nulla etenim maior eſt in iuſtitia quam nullitas, inquit Ægi.in concl.342.appellās poſt Inn.in c.dilecto,de app. ibidem relatum. Et ideò Bal.non indecedenter monebat

20 iudices,ne per malitiam fingerent ſententiam eſſe validā cum nulla eſſet:quia vltra damna & intereſſe partis, tan-

21 quam falſi iudices ſimilitudine iudicij punirentur vt per eundem in l. 1.colum.3.verſi. caueant tamen iudices,&c. C.ſi a non comp.iud.& Tho.Faſt.cauſ.4.dub.14.ſuper de-ciſio dominorum de Ro. & facit tex. in cap. ſi quis dixe-rit iuſtum iniuſtum abhominabilis eſt apud Deum, &c.

væh qui dicitis bonum malum,&c.11.q.3.

22 Quandocunq; igitur nullitas allegata apparebit, præſertim ex actis & proceſſo prout plerunq; prætenditur, ex quo tunc dicitur euidens & notoria, ac omnem calumniam excludens, omnino per iudicem reuocanda eſt, vt docet Bar.& doc.in l.3.§.condemnatum.ff.de re iu.& Canoniſtæ in cle. vt calumnijs, eo. tit. cum alijs de quibus per Alex.conſi.282.col.1.nu.3.li.6.conſ.69 nu.17.li.4.& conſ.77.nu.2.lib.2.& per Dec.conſ.8.nu.7.lib.1.

23 Si verò nullitas propoſita non ita appareret; ſed altiorem requiret indaginē, quoniam (vt experientia docuit) nullitas ſæpe in iudicio proponitur, vt lis in longum protrahatur, idcirco tunc non ratione ipſius remedij intentati, quod legitimum & fauorabile eſt ex ſui natura, ſed ratione dubietatis & calumniæ præſumptæ ac conceptæ in proponēte, ſuper qua lex diſponit, remedium & cognitio huiuſmodi parum fauorabiliter & benignè in iudicio recipientur, arg.tex.in l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. Et ſentit.Bal.in l.ſi quis inconſcriben.col.3.verſ.Tertio caſu. C.de pact. & faciunt ea quæ in ſimili congerit Aym. conſ.115.in hac cauſa,col.3.in 1.

24 Nam ratione dubietatis fauendum eſt validitati,& pro ea aduerſus nullitatem capienda interpretatio: l.ſi pars. ff.de inoff.teſt.l.ſi inter.in fi.l.quotiens. ff.de reb.dub.l.Si quando.ff.de leg.1.eſt deciſio. Rot.568.vtrum ſi contra verum, in antique hinc videmus quod pro ea; videlicet quod actus ſit ſolemnis & validus, quouſque de contrario non conſtiterit, præſumitur.vt in gl in l.ſi poſt diuiſionem, in ver.nō poſſe. C.de iur.& fact.ign. & ponit Bal. in l.2.in fi. C.de edict.diu. Adr. tol. & in l.ſcriniarios. C.de teſt.mil.Abb.poſt gl.& alios in c.ſicuti.col.3. ſed quia ſupra de re iud.cum alijs, de quibus per Dec.conſ.11.diuino igitur.col.5.verſi.viſis lib.1.

25 Prout etiam quando actus habet debitam formam vt ſuſtineatur habilitas perſonarum præſumitur. c.in præſentia, vbi Abb.de prob. idem Abb. in c.cum virum, in 4.not.de reg.iur.notat.Bal. in l.cum te.col.1. C.de prob.

&

& l. i. circa. fi. C. de prec. imp. off. eſt deciſ. Rot. 343. Nõ quod non præſumitur in antiq. & deciſ. 6. in no. Ægid. concl. 134. habilitares ponit. Dec. d. conſ. 1 1. col. 5. verſ. vi ſis igitur, vol. 1. & conſ. 682. col. 2. lib. 5.

Et regulariter in dubio (vt dixi) capienda eſt interpretatio quod actus potius valeat quàm pereat. l. quotiens.

26 ff. de ver. obl. hinc eſt quod ex duobus factis illud ſemper fingitur præcedere, quod facit actũ valere, vt eſt doc. Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de op. no. nun. & Bal. in l. cum in teſtõ. §. hæc verba. ff. de her. inſt. ponit Alexan. conſ. 81. lecto. col. 4. verſ. & cum fuerit. lib. 3. & conſi. 112. ſuper col. 1. li. 5. vt puta ſi eadem die conſtet appellatum, & deſuper præſentatam commiſſionem ſeu reſcriptum, etiam quod non conſtet, quod appellatio præceſſerit: nihilominus ex quo ſuper futura appellatione reſcriptum impetratum nõ valeret. c. fi. de reſcri. c. 2. de appel. vt ſuſtineatur commiſſio, præſumitur appellationem præceſſiſſe, & commiſſionem ſubſecutam: vt tenet Rot. dec. 210. ſi immediatè, in no. & faciunt ea quæ ponit deci. Neapol. 386. Si vno. 3. per totam egrè, concluſ. 100. cõmiſſio.

Sicuti contrà ad ſuſtinendam ſententiam excommunicationis non præſumitur, quòd appellatio ſententiam præceſſerit: ſed aſſerenti illam præceſſiſſe incumbit onus probandi. vt not. Io. And. ſuper gl. pen. in c. venerabilibus de ſen. excom. in 6. & tenet Rot. 317. Not. quòd vbi aliquis. in aut. cum alijs de quib. per Feli. in c. apoſtolicę col. 7. verſ. adde etiam, de excep. & in c. paſtoralis, col. 3. de reſcrip. & cap. cum tu, col. 3. de teſt.

Item excuſatio vnius ex condelegatis in dubio præſumitur præceſſiſſe, adhoc vt geſta per alios ſine eo, ſint valida, vt ponit Biſſiguet. deciſ. 1. ſub tit. de Præſumpt. ex eadem regula expeditio literarum ad beneficia, ad euitandam nullitatem proceſſus tempore debito facta præſumitur, docet Caſſad. ſuper regul. deciſ. 3. cum duabus ſequen. & Gomez. ſuper eiſdem regulis in compendio vtriuſque ſignaturæ. folio 82. verſicul. & eſt aduertendum. Sicuti etiam præſumitur

quod mors impetrationem Beneficij præceſſerit, etiam quod ſub eadem die vtrumque reperiatur, vt per Caſſad. dec.21.de præb.& eundem Gomez ſuper reg.de veriſimi li noti.in 6.q.& ꝙ quis accep auerit benefi.intra menſem datum ad acceptandum, vt inquit Rota decíſ.525.No. quod ſufficit in anti.& 629.ſi aliquis, eod.lib.cum ſi. In dubio itaque præſumimus quod actus valeat, & præſumptio eſt validitas ſuperat omnes alios præſumptiones, vt ſcrip.Dec.in c.quoniam abb.colum.6.de offi.de leg.& in conſ.448.vis,tota col.3.nu.17.& latius.conſi.77.col.pen. li.1.& conſ.344.applaudent,in fi.lib.3.& facit tex.in d.c. niſi de præb.quem in not.caſu alleg.Rom. ſing.15.quòd

27 ſi delegatur, quinimò vt actus valeat relatio ad aliud fieri debet, ſi congruè fieri poteſt vt docet Bal.in l.pactū quod dotale q.15. C.de coliat. licet ad effectum quòd actus non valeat,relatio ipſa fieri non poſſit, vt per Bart. in l.cum vulgari.ff.de do.præleg.no. in l.talis ſcriptura. ff.de leg.1.Card.in conſ.68.in q.cum alijs de quibus per Dec.conſ.11.diuino igitur,col.7.verſ.comprobatur,hoc lib.& d.conſ.77.nu.3.& 5.& latius ponit Aym. conſ.52. quietatio,& conſ.70.in contractu nu.4.

28 Inſuper quia annullare & deſtruere actū,dicitur pena vt ſupra diximus, & conſtitutio annullans cenſetur penalis,propterea in dubio materia hæc non videtur extendenda,per tex.in c.eccleſiæ noſtra,verſ.deniq; ſtatutum, extra de elect.& per regulam Odioſa reſtringi,& fauores conuenit ampliari, & in terminis voluit glo.in cap.decet. §.ordinarij. in verb.proceſſus, de immu.eccl.in 6.quam declarat, & multum commendat Abb. in c. qua fronte, col,2 de appel.& c.cognoſcentes col.1. de conſtit. & Fel. in c.2.extra de teſt.& Caſſad.deciſ.6.de præb.in fi.Anch. conſi.295.pro clariori,col.2.

29 Si ergo (concludendo) nullitas propoſita ſufficienter apparebit remedium iſtud ac ius dicendi nullum benigne ac fauorabiliter recipi conueniet, per ea quæ primo loco diximus, maximè quando nullitates præpoſitæ non ſimpliciter figuram ac ſolemnitatem iudiciorum, ſed de-

ſenſio-

ſenſionem patris,& cauſæ cognitionem, ac naturalẽ iuſtitiam concernent, prout eſt defectus citationis, iuriſdictionis mandati, & cauſæ cognitionis, vt ſimili diſtinxit.
30 glo.in verb. defenſiones. in cle. Sępe.de verb.ſign.latius dicam dum ponam de eiſdem ſed ſi fuerint alię nullitates non ita releuantes, vel quòd de his parum conſtiterit, tunc ob præſumptionem validitatis actus, præſumptamque calumniam proponentis, ac pœnalitatem, non
31 ita fauorabiliter & benignè recipienter, & propterea bonus iudex ex meritis cauſæ animi ſui morum informabit ac omnibus maturè conſideratis & circumſpectis, quid agere expediat, ſecum deliberabit, & in dubio veritatem ipſam ſequi,& cauſæ expeditioni fauere, ac litibus finem imponere debebit.arg.tex.in cle.vt calumnijs, de ſenten. & de re iud.l.2.C.de fal.aut quę ſupplicatio. C.de preci. imp.offe.c.ſuſcitata, extra de in integ. reſt. & facit glo.in c.ſuper eo.in verb.tenebit, de offi. deleg.& l.fi C.de ord. cogn.ad illius namque officium principaliter ſpectat lites diminuere.l.quidam æſtimauerunt, in fi. ff.ſi cer.pet.l.2. in prin.ff.de aqu.plu. arc. l.properandum, in princ.C.de iud.pro quo ſumma ope, antiqui legum conditores nixi ſunt eaſdem lites nunc antiquorum declaratione, nũc vero nouorum iurium editione, prout poſſibile fuit, reprimentes,& coarctantes, vt habetur in proœ.6 Decr.& pater toto tit.C.vt inf. cer. tem. & de temp.app.per totum. & d.l.properandum, cum ſi. Ita tamen ad expeditionem properet iudex, ne legitimas defenſiones partium abripiat, neve præcipiti perſuaſionem condemnet, quem culpa non grauat, aut erubeſcenda varietate immutet poſteaquàm iuſſerit: vt inquit tex. in l.fi. C.de modo mulc. Maturè igitur & deliberatè ad ſententiam properet, & cauſam expediat his modo & formà quibus docet text. aureus in c.Deos omnipotens 2.q.1. c.quæro.6.q.1.c.iudicantem. 30. q.vlt. c.ſumma ope.11.q.3.iudices. C.de iud.cum ſi de quibus ad propoſitum per d.Parid.in tract. ſynd.in § an ſi iudex ex forma, col.2. vbi plura & notabilia dicta poſuit.

Ex his breuiter habes quid ſit nullitas, ſiue ius dicendi nullum, vnde dicatur ac originem traxerit, & quãdo pro fauorabili ſeu odioſa habenda ſit.

Et quamuis hic ex antiquorum ordine quotuplex ſit nullitas poni deberet, nihilominus etiam quod ipſa ex varijs & multiplicibus cauſis oriri poſſit (vt infra videbimus) quia eadem nullitas quoad ſe vnica eſt & ſimplex, neq; vllam, ratione ſui patitur ſectionem propterea hanc rubricam dimittendo, proſequendo vtiliora, dicamus primò de modo videndi proceſſus & cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ, quod erit pro iuuenibus ſpeculum, quo nullitates ipſas ſpeculari, & facile illas cognoſcere poterunt.

IN RVB. SEV TITVL.
De modo & ordine, &c.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictionis defectus primo loco quærendi ſunt, quia eſt ponere falcem ad radicem.*
2 *Iuriſdictionis ordinariæ, defectus & nullitates quæ eſſe poſſint.*
3 *Iuriſdictionis delegatæ defectus & nullitates qualiter conſiderabuntur.*
4 *Nullitates ex defectu & inhabilitate principalium litigatorũ.*
5 *Nullitates ex defectu mandati & poteſtatis comparentium*
6 *Citationis defectus & nullitates.*
7 *Nullitates ex defectu proceſſus.*
8 *Nullitates ex defectu ſolẽnitatis, ac formæ ipſarũ ſententiarũ.*

De modo & ordine videndi proceſſus, & cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ.

POSTQVAM primo loco vidimus quid ſit nullitas, ac vnde dicatur & proueniat, & nunquid ſit odioſa vel fauorabilis, conſequens eſt, vt antequam ad vlteriora progrediamur, aliquid circa modum reperiendi & cognoſcendi nllitates

ipſas de quibus agere intendimus, ac etiam pro faciliori cognitione & memoria eorum, quæ ſparſim & latiori manu inferius dicturi ſumus, hic ſub breui compendio, etiam omiſſis ſcribentium authoritatibus, ſummatim præmittamus, vt euidentius pateat quot & quales ſint defectus quibus ſententiæ & proceſſus impugnari poſſunt, de quibus principaliter in præſenti libello tractabimus, illiſque ſit breuiter decurſus, vt ſciant litigatores & ſe defendere, & ab illis, priuſquam fiant præcauere.

1 Dico igitur eum, qui de viribus proceſſus ac ſentẽtias diſputare, & defectus ſi qui interfuerit detegere contendit, in videndo proceſſum, cautum eſſe debere, vt in primis ponat falcem ad radicem, ideſt, diligenter quærat primò de iuriſdictione & poteſtate iudicantis: quia cum illa ſit baſis & lapis angularis ac præcipuum fundamentum iudicij, eo ſublato cætera corruent.

2 Videatur itaque primò: vbi & qualiter ex proceſſu conſtet de poteſtate, qua vſus eſt in procedendo is, qui ius dixit, ſiue vti ordinarius, ſiue tanquam iudex ab alio delegatus proceſſerit: nam ſi formiter de poteſtate huiuſmodi non conſtiterit: ſententia & proceſſus regulariter non valebunt.

Et ſi tanquam ordinarius iudex proceſſerit, & ſatis cõſtet quod tempore proceſſus fuerit ſeu haberetur pro tali erit videndum nunquid fuerit iudex competens, ratione rei, ſeu cauſæ, litigatorum, temporis, & locis.

Ratione namque rei ſeu cauſæ, etiam ordinarius poteſt eſſe iudex incompetens, puta quod cauſa eſſe meri vel mixti Imperij, & iudex pedaneus, vel ex municipalibus magiſtratibus, exciterit, aut cauſa ſit ciuilis & ciuiliter mota, & iudex qui cognouit fuerit latrunculator, & ad maleficia deputatus, vel econtra quod iudex ciuilis cognouerit cauſam criminaliter motam, vel fuerit iudex ſecularis, & cauſa eccleſiaſtica & ſpiritualis, aut iudex ad certã ſpeciem iuriſdictionis, ac ad determinatas cauſas, puta executiuas breuiores, vſurarũ, cauſas fiſcales, cauſas ædi-

ficiorum,

ficiorum, cauſas ripales, ſeu mercantiles, vel ſimiles, iuriſdictionem illius limitantes deputatus: & ipſe cognouerit, cauſam ſub ſpecie ſuæ iuriſdictionis non comprehenſam, aut cognouerit & ſententiam protulerit in cauſa ad eius curiam non deuoluta, puta quòd non data negligentia domini feudi, ordinarius cognouerit cauſam feudalem, vel Metropolitanus, cauſam ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum, antequam appellaretur ad ipſum, aut iudex Romanæ curiæ cognouerit cauſam ad eandē Romanam curiā legitimè nō deuolutam ſiue ꝙ iudex ſe intromiſerit in cauſa propria, aut ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata: vel ſimilibus ſub poteſtate ſua non cadentibus.

Ratione litigatorum index etiam ordinarius poterit eſſe incompetens, puta quòd ſit index ſecularium, & litigatores ſint Eccleſiaſtici vel alias ratione domicilij, rei de qua agitur, contractus ſeu delicti vel quaſi notoriè non ſubditi, aut vigore priuilegij a lege, vel ab homine conceſſi, & iudici notificati, exempti, aut per mortem ab omni viuentium iuriſdictione ſubſtracti & ſeparati.

Ratione loci erit incompetens, ſi extra territorium ſuum, vel in territorio: ſed in loco exempto, vt in eccleſia cum eſſet ſecularis iudex aut extra locum ſolitum maiorum, in quo ius dici conſueuerat, iudicauerit, maxime quando eſſet locus inhoneſtus, vel partibus non tutus: quia iuriſdictio contencioſa ſuis territorio, & loco deſignatis circunſcribitur.

Ratione temporis iudex erit incompetens, ſi tempore, quo non erat amplius iudex, vt quia finierat, vel aliter expirauerat magiſtratus, vel extra tempus inſtantiæ ipſius cauſæ, ius dixerit, aut tempore, quo iuriſdictio, ſeu officium ſuum erat ſuſpenſum, & conquieſcebat, puta tempore noctis feriarum vel tempore quo aderat. Ibidem maior magiſtratus, vel quando iudex aliquo impedimento naturali, ſeu accidentali iuriſdictionis impeditiuo detinebatur, vt quia erat effectus mente captus, ſurdus, mutus, vel notorius hæreticus, aut ſuperiore publicè excommunicatus.

Siue iudicaſſet tempore quo iuriſdictio facto partium ſuſpenſa fuerat, veluti pendente dilatione, aut propoſita formiter legitima recuſatione, ſeu appellatione, vel relatione, aut remiſſione facta ipſius cauſæ ad ſuperiorem (licet hoc caſu potius ſit finita quàm ſuſpenſa iuriſdictio) vel conſultatione, ſeu quauis alia dilatione a iure, vel ab homine conceſſa pendente, vel quod proceſſiſſet in cauſa ſimiliter lege permittente, puta in cauſa petitorum, poſſeſſorio pendente, ſuſpenſa, aut poſt allegatum iuſtum & rationabile ex parte litigatorum, vt infirmitatis, carceris obſidionis, vel cuſtodię, ſeu vinculorum, aut loci, ſeu itineris propter bella, hoſtilitates, capitales inimicitias, peſtem notoriè non tuti impedimentum, aut coram alio pari, vel maiori magiſtratu ſuper eadem re præuentionem & litiſpendentiam: his etenim caſibus ſuſpenditur adeò, & impeditur iuriſdictio, vt efficaciter & validè exerceri non poſſit.

Conſiderabitur etiam, ſi is qui ius dixit, erat iudex ſolus vel aſſociatus: & ſi fuerint plures, nunquid maior pars iudicauerit, & nunquid tempore ſententiæ, ſe ſimul congregarint, & ſimul ſententiam tulerint. Item ſi tempore latæ ſententiæ erant certi de illorum iuriſdictione, vel potius ex proceſſu conſtaret, quod dubitabant, vel errabant circa eam puta cum eſſent iudices ordinarij, tanquam iudices delegati pronunciauerint, vel econtra, aut dixerint quatenus nobis competat iuriſdictio, &c. aut vſi fuerint aliquibus verbis dubitationem circa fundamentum iuriſdictionis demonſtrantibus, quod etiam procedet, ſi vnus duntaxat foret iudex.

3 Et præmiſſa quæ diximus de iuriſdictione iudicis ordinarij, a fortiori in delegata, quæ longe debilior eſt locum ſibi vendicabunt, circa quam, vltra ſuperius dicta, erit etiam diligenter aduertendum primò, vbi, & qualiter conſtet de huiuſmodi delegatione: quia pro ea regulariter non præſumitur. Et poſito quòd legitime de ea conſtet, aduertendum erit nunquid per ſimilem delegationem competierit illa poteſtas, qua vſus eſt delegatus in

tali cauſa conſiderando poteſtatem, & voluntatem delegantis, capacitatem ipſis delegati; & rem ſeu cauſam delegatam.

Delegantis poteſtas conſiderabitur circa hoc; vt videlicet nunquid fuerit talis, quod alteri potuerit iuriſdictionem ſeu cognitionem demandare, puta ſi erat iudex ordinarius, ſeu delegatus a principe. Item ſi delegationis tempore eam, quam alteri dedit, habebat ipſe iuriſdictionem habitu, & potentia tunc ad actum reducibili: nam ſi præſes antequam ingrederetur prouinciam ſibi decretam vel priuſquam fuiſſent ſibi literæ ſuæ iuriſdictionis præſentatæ, aut priuſquam confirmaretur (caſu quo in officio ſeu dignitate ſua eſſet quis confirmandus) & poſſeſſionem officij actualiter nanciſceretur, vel priuſquam conſtaret de impedimento collegæ, quando fuiſſent dati cum clauſula, quod ſi non omnes, &c. Alij cauſam ſubdelegaſſet, nihil faceret, cum eo tempore haberet ſolum iuriſdictionem habitu, & non actui ſibi non competeret adhuc illius liberum exercitium, licetq; ex poſt illud ſibi ſuperueniret, puta quod prouinciam ingrederetur, vel præſentarentur literæ, &c. Tamen delegatio intempeſtiue, & nulliter prout ex tunc facta, non conualeſceret, fruſtra ergo alteri daret, quod ipſe non haberet: propterea ſi iuriſdictio delegantis quouiſmodo foret ſuſpenſa, vel impedita, aut ceſſaret tempore delegationis vel ratione loci in quo fieret, puta quod delegans mandaſſet, vt ipſe ſubdelegatos in alieno territorio, vel vltra duas dietas, aut quod in loco minus inſigni, cauſam cognoſceret, non valeret cum effectu talis delegatio.

Voluntas etiam eiuſdem delegantis erit admodum conſideranda, quæ ex facie delegationis apparebit, videlicet nunquid delegatio ſub aliqua conditione, vel modo emanauerit, aut ſi cognitio, vel diffinitio totius negotij, vel ſolius partis, aut cognitio tantum commiſſa extiterit voluntas etenim delegantis, & mandati forma ad vnguem ſeruanda ſunt.

Erit inſuper animaduertendũ, nunquid voluntas pri-

ma deleganti ,ex poſt tacite, vel expreſsè ceſſauerit, puta ſi delegans eandem cauſam alteri ex certa ſcientia cōmiſiſſet, vel illam ad ſe aduocaſſet,aut expreſsè, ne vlterius in eadem procederetur, delegato inhibuiſſet, vel ſi conſtitiſſet de ſubreptione aut obreptione ipſarum literarum delegationis, maximè quando ab alio iudice cauſa euocata fuiſſet,aut morte naturali, vel ciuili ipſius delegantis, re integra contingente iuriſdictio ipſa expiraſſet.

Capacitas delegati in hoc conſiderabitur, videlicet nunquid tempore delegationis fuerit capax iuriſdictionis:nam aliqui natura,aliqui lege,aliqui moribus, ne iudices fiant prohibentur. Natura,aut mutus,cęcus,ſurdus, perpetuo furioſus,mentecaptus, impubes,& alij qui animi iudicio & intellectu carent vel ſaltem illum habent impeditum. Lege vt ſint à ſenatu & cœtu proborum ob obliquam illorum notam & culpam ſemoti, prout ſunt excommunicati, ideſt à cætu fidelium ſegregati deportati ſeu relegati vel banniti,notoriè inceſtuoſi, raptores, malefici,hęretici,ſchiſmatici, iudæi & alij, quos eccleſiaſticæ & ſeculares leges infames pronunciant.

Moribus,vt ſerui,religioſi,monachi, fęminæ, & ſimiles qui regulariter (ſi ex certa principis ſcientia aliter nō diſponatur) iudices fieri non poſſunt, licet quando ciuili ratione ſunt incapaces,ſi vitium ſeu defectus non ſit totaliter notorius,contra illos eſſet excidiendum, quia aliter geſta per illos ipſo iure valerent.

Cauſa etiam quæ delegatur conſiderari debet, puta ſi tempore delegationis pertinebat ad forum delegantis, & ad illius curiam fuerat legitime deuoluta, & nunquid fuerit talis, quæ de iure ciuili potuerit delegari, & hoc ſi fuerit in loco vbi ciuile ius Romanorum principaliter obſeruetur, quia canones de hoc parum curarunt. Et præmiſſa tam de iudice ordinario, quàm delegato latius ponuntur & declarantur infrà, dum ponitur de nullitate ex defectu iuriſdictionis, vbi caſu occurrente videre poteris.

POSTQVAM patronus cauſæ ſedulò ac diligēter cir

ea iuriſdictionem animaduertit, & comperto quod is qui ſententiam dixit, fuerit iudex competens, conſequenter videbit de perſonis litigatorum, videlicet nunquid fuerint iudicij capaces, & tales quales ſe in iudicio geſſerunt.

4 Et ſi iudicium fuerit per ipſomet litigatores principales agitatum, videbit nunquid aliquis ex eis fuerit ex illis, qui ob naturale impedimentum, iudicij funditus incapaces exiſtunt, quales ſunt infans, mutus, ſurdus, mente captus, aut perpetuò furioſus: quia cum in talibus iudicium non poſſit radicari nec pedem figere, ſententia etiam in illorum fauorem lata non valebit, proût etiam ſi ciuili ratione eſſet omnino incapax, vt ſeruus. Sed ſi fuerint abſque illorum culpa, ſed ipſius naturæ vitio, aût aliter inhabiles, non tamen penitus incapaces prout ſunt minores vigintiquinque, filiusfamilias, prodigus cui bonis eſt interdictum, vel monachi aut religioſi fiſcus, aût eccleſia quæ funguntur iure minorum, tales quo ad illorum commodum & vtile habiles, quo verò ad incommodum & præiudicium inhabiles reputantur: ideò ſententia pro illis legitimè non comparentibus lata, erit valida; ſed contra illos non tenebit.

E contra ſi fuerint ob aliquam illorum culpam aut delictum inhabiles & à iudicio remoti, puta excommunicati banniti, aut tales quòd prætor illis denegaſſet audientiam, vel ſimiles quibus culpa & delictum patrocinari nō debet ſententia pro eis dicta non valebit, ſed contra ipſos manebit firma, hic odio, ibi fauore, iudicio claudicāte, prout plenius præmiſſa declarantur infra, dum ponitur de nullitate ex defectu inhabilitatis comparentium.

5 Si verò comparentes alieno nomine in iudicio interfuerint, videndum erit qualiter de eorum poteſtate conſtet: nam ſi non apparebit, nullitas de plano procedet, ſi conſtabit diligenter inſpiciatur, & conſideretur tenor, & continentia eiuſdem poteſtatis, & mandati, & nunquid cauſam illam legitimè comprehendat, & ſub ſe complectatur, quia ſæpe numero mandata huiuſmodi defectuo-

 ſa, &

ſa,& ad cauſam impertinentia reperiuntur. Item aduertatur,ſi ille talis comparens tempore quo comparuit, habebat notitiam huiuſmodi poteſtatis ab illo ſibi traditæ: quia priuſquam hoc cognouerit, ſe pro tali genere,& poteſtatem illam,quam ignorabat,exercere nequiuit.

Conſiderabitur inſuper ſi mandatum,& poteſtatis datio ex aliquo fuerit inualida, & inefficax ratione conſtituentis,vel conſtituti,aut formæ ipſius conſtitutionis.

Ratione conſtituentis inefficax eſſe poterit, ſi ex aliqua cauſa præfatus conſtituens, aut ſubſtituens adminiſtrationem illius rei, ſeu cauſæ,in qua conſtituit non haberet,vel tūc eſſet aliquo modo à iure,vel ab homine ſuſpenſa aut impedita: quia ſi ipſe non habet alteri non dabit poteſtatem rem in iudicio deducendi.

Ratione conſtituti, puta ſi ipſe conſtitutus talis officij eſſet incapax,vt ſunt illi,qui neque pro ſe neque pro alijs poſſunt in iudicio intereſſe; ſed omnino ſunt incapaces, prout de naturaliter impeditis diximus, ac ſerui,monachi,religioſi,minores,excōmunicati,& alij qui nō habent legitimam perſonam,ſaltim pro alijs in iudicio ſtandi.

Ratione formę ipſius,conſiderabitur mandatum,quoniam ſi careret aliquo ſubſtantiali,vel non eſſet in forma ſolita & probante,vel ex eo reſultaret aliquod vitium viſibile ſibi fidem derogans,non prodeſſet,videbitur ēt nūquid habuerit debitas iuris ſolēnitates putà, ſi emanauit cum decreto prætoris, vel conſenſu ſuperioris vel rectoris, quando conſtituens foret de his qui aliorum auxilio & poteſtate reguntur,& fari poſſunt, ac ſit ſub ſolitis hypothecis,& ꝙ præſens,& volens ac præſenti,& petenti,& ex rationabili cauſa fuerit conſtitutus, vel ſi ipſe principalis eloqui non poſſet, vel foret abſens,nunquid ipſe iudex ad inſtantiam adminiſtratorum vel ipſi adminiſtratores cum decreto ipſius iudicis,conſtituerint,& ſimilia.

Præterea ſi conſtituens fuiſſet vniuerſitas aut collegiū conſiderabitur, nunquid tpe conſtitutionis fuerint legitimè congregati,& expreſſa (quando poſſibile eſt) in ipſa conſtitutione noīa conſtituentium, & ſi ſaltim a duabus

bus partibus ex tribus eiuſdem, & ad cauſas duntaxat præſentes, fuerit conſtitutus. In ſumma erit conſiderandum, nunquid conſtitutio peccet in materia, vel forma.

Vtile etiam fuerit videre nunquid mandatum ſeu poteſtas huiuſmodi, ante actus confectionem, tacitè, vel expreſſè expirauerit. Expreſſè, vt ſi conſtituens eundem conſtitutum reuocaſſet: & ſuper hoc iudicem, ſeu partem certioraſſet, tacitè, & præſumptiuè, puta alterum procuratorem in eadem cauſa conſtituendo, vel eandem per ſemet ipſum ſimpliciter & abſque proteſtatione pertractando, ſeu liti & cauſſæ huiuſmodi cedendo, aut (exempli cauſſa) eccleſiam cuius occaſione fuerat datum, naturaliter ideſt per obitum, aut ciuiliter vt per reſignationem, translationem, religionis ingreſſum, priuationem ſeu quamuis aliam amiſſionem, vel dimiſſionem, perdendo: nam ceſſante finali cauſſa, propter quam fuit conſtitutus, ceſſare videtur & ipſa conſtitutio: quia ob præſumptam eiuſdem conſtituentis mutatam voluntatem, reſolui & reuocari cenſetur prout latius declarantur præmiſſa infra ſub rub. de nullit. ex defect. in hab. ſen. mand. comp.

6 Et ſi principalium litigatorum, ac pro eis comparentium perſonæ repertæ fuerint habiles & legitimæ, tunc ad citationes recurrendum fuerit, perquirendo, ex proceſſu, nunquid debita citatio actuum de quo queritur præceſſerit; & ſi nulla apparebit, clarũ erit, quia abſens nõ vocatus damnari nõ potuit: ſi citatio pceſſerit, videatur an fuerit legitima, & legitimè executa attendendo perſonam citantis, videlicet nunquid fuerit iudex cõpetens vel an pateretur tunc aliquem ſuæ poteſtatis defectum prout ſuprà diximus. Item ad perſonam citati, putà, ſi fuerit citatis ſubditus. Item ad locum in quo decernitur citatio, putà ſi extrà territorium exiſtens decreuit, & ad locum ad quem citatur, vti ſi vltra duas dietas diſtaret, aut notoriè non eſſet tutus, & ad tempus pro quo quis citatur, putà ſi tempore feriato in honorem Dei, ac ſub minus breui termino, ac etiam ad formam ipſius citationi puta, nunquid fuerit per iudicem, & ad partis inſtantiam decreta,

& in

& in ea maxime quando iudex citans eſt delegatus, & erat prima citatio, quæ fiebat de perſona in longinquis partibus exiſtenti, ſi exprimebatur & inſerebatur illius poteſtas, ac nomen iudicis citantis, partis inſtantis, perſonæ citandæ, titulus cauſæ, & illud ad quod quis in ſpecie citabatur, & locus ad quem, ac terminus pro quo citabatur, & an fuerit concepta in forma ſolita, & per verbā cōſueta: nā ſi in aliquo deficeret, vel quouiſmodo eſſet æquiuoca, generalis, vel obſcura, non redderet citatū contumacem, & actus illius vigore factus non valeret: erit etiā perquirendum nunquid actus ad quem quis citabatur fuerit loco & tempore in citatione expreſſis celebratus: quia ſi alio loco, vel alio tempore fieret, actus non eſſet validus tanquam abſque citatione factus.

Item diligenter aduertendum erit ad formam decreti ipſius citationis, & qualiter iudex citationem exequi mandauerit: quoniam ſi nuncius, ſeu executor in aliquo defecerit & formam illam ad vnguem non ſeruarit, non valebit executio. Item ſi citatio fuerit facta domi, vel in eccleſia, aut alias præterquam in perſonam citandi, videndum erit nunquid præceſſerit debita diligentia de perſonam reperiendo & ſi, putā illa domus erat tunc ſolita habitatio. Item ſi nuncius talem citationem alta & intelligibili voce notificarit & affixerit, aut copiam in manibus familiariarum dimiſerit vel potius oretenus & voce ſubmiſſa illam fuerit executus. Itē nunquid ad ſniam præceſſerit citatio peremptoria (caſu quo cauſa requirat perēptorium) id eſt nūquid præceſſerint trinæ denūtiationes, vna poſt aliam cū dilationibus congruis, aut vna pro omnibus cū expreſſione peremptorij, ſeu comminatione de procedendo ad vlteriora. Itē nunquid ad ſingulos actus ſpecialiter quis citatus fuerit, quando citandus erat præſens in loco iudicij, aut etiam quādo abſens generaliter ad omnes actus citatus, poſt generalem citationem ſemel in iudicio comparuerit: quia etiam iſto caſu ipſe citandus eſt ad reliquos actus: cum prima generalis citatio per comparationem fuerit circunducta & reſoluta.

Et ſi fuerit proceſſum contra abſentem citatũ per edicta,aduertendum erit quis iudex,& qua authoritate huiuſmodi citationem per edictum publicum decreuerit, cum talis modus citandi ſpecialiter Papæ conueniat, & videatur nunquid tunc præceſſerit ſaltim ſummaria cognitio de loco non tuto, & impedimentis: ne citatio ad partem citandam perueniret: & ſi debitæ, id eſt,ſi in omnibus locis, vel ſaltim in duobus ex tribus in citatione appoſitis ac in locis vicinioribus domicilio citandi,fuerit ipſa citatio publicata, affixa, & copia petentibus tradita. Itẽ aduertatur nunquid citatio illa quæ emanauit, fuerit generalis contra omnes ſua intereſſe putantes: quia talis citatio fieri non debet,neque arctat,vbicunque certus & legitimus adeſt contradictor. Vltimò videatur ſi de huiuſmodi citatione executa,conſtitit iudici,antequam ſententiã promulgauerit: quia ſi non fuiſſet de citatione executa,per relationem executoris,vel aliàs legitimè certificatus,non debuiſſet,neque potuiſſet ad actũ alicuius preiudicij contra abſentem procedere prout hæc, & multa alia declaratur infra ſub tit. de nul. ex defe. cita.

7 Poſtremo ſi præmiſſa omnia legitimè & recte facta rectè facta repererit,ad proceſſum recurrendum erit, & videndum nunquid ordo iudicij fuerit legitimè ſeruatus,vel aliquid ex ſubſtãtialibus omiſſum, aut ordo præpoſteratus, puta circa libellum,id eſt,modum agendi intentatum,litiſconteſtationem,iuramentum de calumnia(quando petitur)cauſæ cognitionẽ,& factam cõcluſionem(ſi erit cauſa prophana)quæ dicuntur palmites & ſubſtantialia ordinis iudicialis,& illis, vel aliquo ipſorum omiſſis,vel præpoſteratis,ſententia non tenet,videbit etiam ſi fuerint ſeruati reliqui termini,& ordo ſubſtantialis,qui ex ſtylo ipſius curiæ in qua cauſa agitabatur,ſeruari cõſueuit:quod apprimè erit obſeruandum,habita ſemper diligenti conſideratione ad qualitatem cauſæ, & iuris communis diſpoſitionem ac fori illius ſtylum & obſeruantiam.

8 Et ſi tela iudici ritè obſeruata reperietur, aduertatur nunquid in ſententia diffinitiua proferenda, ſolennita-

tes iuris, adhibitæ fuerunt: videlicet nunquid ſnīa fuerit ſcripta & in loco ſoluto iudiciorum, publicè & corā ſuis officialibus per ipſummet iudicem, lecta & recitata. Et ſi talia legitimè fuerint adimpleta, videat ipſam ſententiam nunquid peccat in materia, vel forma extrinſeca vel intrinſeca putà nunquid fuerit expreſſe lata contra ius alicuius conſtitutionis, adeo quod ex ſui facie iuris error manifeſtè deprehendatur vel contra ſtatutum, aut conſuetudinem eiuſdem curiæ, vel aliam ſententiam in eadē cauſa latam, quæ in rē tranſiens iudicatam inter partes fecerat ius, & de qua fuerat exceptum, & iudici facta fides, vel ſi fuerit lata contra notorium facti, aut iuris, vel ex falſa & erronea cauſa aut a iure reprobata; vel ſi euidenter conſtet de illius iniquitate, aut lata fuerit per falſas probationes contra abſentem dolo aduerſarij inductis, vel per iudicem precio corruptum, aut per ſordes.i.gratiam, ambitionem, amicitias, odium metum, colluſionem (iſtis tamen caſibus non irrita, ſed irritanda foret) ſed in alijs caſibus eſſet irrita, ſicuti etiam irrita eſſet ſi fuiſſet lata extra deducta & petita per litigatores adeò quod non fuiſſet cōformis petitioni, vel quòd diffiniuiſſet totum negotium & controuerſam in iudicio deductam (videlicet quando res aut iudicium erat indiuiſibile) aut omiſiſſet reconuentionem licet hoc caſu magis ſit appellandum, quia ſententia non eſſet ipſo iure nulla.

Aduertatur etiam, nunquid ſententia diffiniuit negotium, putà quod non ſit abſolutoria neque condemnatoria in negotio principaliter deducto, vel quia ſit obſcura, generalis non continens certam ſummam in ſe neque per relationem ad acta, aut fundata ſit ſuper incerto & futuro euentu, putà ꝙ lata ſit ſub aliqua conditione extrinſeca, vel intrinſeca de futuro, & non ſtatim adimplebili, aut ſub conditione falſa, vel omnino impoſſibili: quia his & ſimilibus caſibus ſententia ex defectu ſolennitatis ac formæ ipſiuſmet inualida, & ſufficiens iudicabitur: prout de his videre poteris infra ſub Rub. de null. ex defect. proceſſ. ac ſolen. & for. ipſ. ſent. vbi talia declarantur.

Si præmiſſa igitur, patronus cauſæ (videndo proceſſum) diligenter conſiderabit, de facili, ſi qui adfuerint defectus, ſeu nullitates reperiet: Et quoniam comperta nullitate, neceſſe eſt ꝙ corã iudice competenti pro illius cognitione & reuocatione proponatur: idcirco ex inſtituto ordine videamus, quis ſit iudex competens in cauſa nullitatis.

IN RVB. SEV TITVL. *Coram quo, &c.*

SVMMARIA.

1 *Nullitas eorum quæ fiunt extra iudicium coram quo iudico ſit proponenda.*

2 *Nullitas eorum quæ fiunt in iudicio, ante diffinitiuam ſententiam coram quo proponi debeat.*

3 *Iudex tam ordinarius quàm delegatus in omnibus præterquã in diffinitis poteſt iterum facere quod minus rite fecerit.*

4 *Appellari poteſt ab actu ſeu decreto nullo, & tunc quis ſit iudex appellationis competens.*

5 *Nullum dicitur iniquum.*

6 *Appellans ſeu de nullitate, dicens vel aliàs grauatus ad iudicẽ grauantem remitti non debet.*

7 *Nullitas per appellationem ab interlocutoria, tacitè non deuoluitur ſecus per appellationem a diffinitiua & nu. 12.*

8 *Nullitas poſt diffinitiuam ſententiam coram quo iudi præponi debeat.*

9 *Iudex ordinarius ſuam diffinitiuam ſententiam nouiter prolatam reformare ſeu de nouo pronunciare poteſt.*

10 *Nullitas coram ſuperiore proponi & deduci poteſt.*

11 *Iudex & cognitor ſuæ propriæ iniquitatis nullus cõſtitui debet.*

13 *Nullitas ex actis reſultans dicitur notoria & poteſt à quocunque etiam inferiori iudice cognoſci, quia dicitur incidenter deducta ac ſuper ea neceſſario non eſt pronunciandum.*

14 *Iudicis delegati iuriſdictio per pronunciationem nulliter factam expirat & qualiter intelligatur.*

15 *Auditores Rotæ in cognoſcendo ordinarij, in diffiniendo delegati*

legati habentur, ideo eorum ſententias nullas reuocare non poſſunt.

16 *Auditores Rotæ habent iuriſdictionem habitu & non actu, & magis ſtrictam quàm cæteri delegati*

17 *Delegati ad vniuerſitatem cauſarum habentur pro ordinarijs, ideo illorum ſententias nullas emendare poterunt.*

18 *Iudices Romanæ curiæ an & qui habeantur præ iudicibus ordinarijs.*

19 *Iuriſdictio generalis ac generaliter conceſſa per literas ſpeciales quo ad expreſſa eneruatur & extinguitur.*

20 *Iudex ſuperior qui per viam nullitatis ſeu quærimoniæ adiri poteſt, quis ſit intelligendus tam in ordinario quã delegato.*

21 *Iudici delegatio nõ ritè procedenti, ordinarius loci reſiſtere põt.*

22 *Nullitas an poſſit opponi, & deduci coram executore.*

Coram quo poſſit & debeat nullitas proponi, & quis dicatur iudex competens in cauſa nullitatis.

HÆc eſt antiqua quæſtio, varijs & diuerſis locis, vario & diuerſo modo, ab antiquis & modernis doctoribus pertractata, vt patet ex his q̃ ponit Dyn. in reg. ꝙ ſemel, in prin. extra de reg. iu. & Bar. in l. ſi expreſſim, col. pe. ver. Quæro corã quo iudice. ff. de app. & idẽ Bar. in l. ſi vt proponis. la 1, vbi etiã Bal. col. pe. in fi. C. quo. & quan. & in l. ſi præſes. vbi Ang. C. eo. tit. Bald. in l. 4. & l. abſentem. verſi. 3. oppono. & ibi Sal. C. de accu. & in l. iudex poſtquam. vbi Imo. & Alexand. & in l. cum quærebatur. ff. de re iudi. Bald. in l. Si aduerſus. C. ſi aduer. rem iud. & in addi. ad Spec. in tit de ſent. colum. 1. verſi. ſententiarum. & in l. tale pactum. § qui prouocauit. quæſt. 12. ff. de pact. in no. in cap. de cætero. in fi. de re iud. & c. dilecto, vbi latiſſimè ponunt Doctores maximè Phil. Franc. q. 29. extra de appel. & Innoc. Pan. Fel. & alij in c. in literis, de offi. deleg. & idem Fel. in c. per tuas, circa fi.

de ſent.excom.Card. Anch.Imo.& alij in cle.1.de re iudi, Lanf.de Ori.in c.quoniã contra.§.interlocutorie ver.Eſt tamen notandum.nu.21.de probation.& alibi ſæpe.

1 Ex quorũ dictis ſimul. iunctis ſic dici poſſe videtur. ꝙ aut agimus de nullitate eorũ quæ fiũt extra iudicium puta contractum teſtamentorum,& ſimilium: & tunc nullitas huiuſmodi proponenda eſt coram iudice loci ordinario: quia declarare nullitatẽ eſt ſimplicis iuriſdictionis. ideo quilibet ordinarius inter illos qui de ſua ſunt iuriſdictione,cenſetur iudex competens:vt voluit Bal.in l.Si vt proponis la 1.ſuper glo.fi.quam ibi vocat ordinariam.C. quo.& quand.iud.& Franc.in d.c.dilect.q.38.in princ.de app.& videtur probari in l.ſi dolo,& l.1.C.de reſc.vend. & l.ſi his.C.de præd.mi.l.ſi pater. C.quan. prouo.non eſt neceſ. in quibus patet ꝙ in ſimili materia iudex ſeu rector loci adeundus eſt: & hoc non habet dubium.

2 Aut agimus de nullitate eorũ quæ in iudicio aguntur, & tunc ſubdiſtingue, aut volumus agere de nullitate ante ſententiam diffinitiuam putà alicuius decreti ſeu interlocutoriæ aut agere,& proponere nullitatem intendimus ſeparatim,& abſque appellatione, aut ſimul cum ipſa appellatione, ſi ſolam nullitatem proponere velimus, tunc quia iudicandũ eſt ex eiſdem actis,nec continentia cauſæ diuidatur: nullitas coram eodem iudice proponenda eſt, coram quo cœpta fuit, & pendet controuerſia per reg. l. vbi cœptum. ff. de iud. iunct. l. nulli prorſus. C. de iudi. auth.& conſequenter,cum ibi not. C. de ſenten.l.3. ff.de quib.reb.ad eund.ea.Cùm alijs de quibus per Inno.in c. cum M.in fi.de conſti.

Et ꝙ iuſto caſu nullitas ſit proponenda corã eodẽ iudice,& non alio ẽt ſuperiore,tenuit Inn.in c.dilecto,de appel.quem ſequitur Bal.in l.ſi aduerſus.C.ſi aduer.rem iu. & l.1.col.5.ver.denuò quero.C.quan.prouo.non eſt neceſ. Ang.in l.pſes.C.eo.tit.& Lanf.in c.quoniã cõtra.in §. interloc.nu.21.de prob.cum alijs,de quib.per Fel.in c.in literis, col.pe.ver.primo tamen declarat, de off.de leg. & Fran. in d.c.dilecto.q.27. ver.2.limita.&c.de appel.

In

In omnibus etenim, preterquam in ſententijs diffinitiuis pôt & debet tã ordinarius, q̃ delegatus iterum facere quod minus ritè fecit, inquit Spec.in tit. de prol. ſenten. §.qualiter.col.4. ver. hoc quoque notandum, & Bald.in addi.eiuſdem tit.col.2. ver.proceſſus non rite factus,& facit deci.dominorum.341.dubitatur in no. & ponũt ſcrib. in l.quod iuſſit,& l.iudex poſtquam.ff.de re iud.c. ſignificantibus c. cum ceſſante. extra de appel. c.ſi a iudice. eo. tit.in 6. cap. in literis,& c. conſuluit. de offic. deleg. cum vulg.quæ ponit Iaſ in l.qui per ſalutem. ff.de iur.iur.

4 Si nullitas deducitur ſimul cũ appellatione ab aliquo grauamine ante diffinitiuã interpoſita (pôt namque a decreto etiã nullo appellari,iuxta tex.in c.exhibita, in fin.de iudi.c.ſignificauerunt, de excep. ponit. Anton.& Fran.in d.c.dilecto.q.7 cum alijs de quibus per Alex. conſil.130. ponderatis,circa fi.lib.6.& ponit Bar.in cõſ.97.in quęſtione præd.cta in fi.) tũc ſi nullitas deducitur in iudicio tanquam grauamẽ pro iuſtificatione appellationis interpoſitę, & hoc ſit expreſſum in eadem appellatione iuxta deciſionẽ dom norũ deciſ.7.verſ.ex hoc inſurgit, in no.& cle. appellari.de appel. Iudex appellationis erit iudex competens nullitatis, hoc etenim caſu nullitas eſt annexa & inſeparabilis ab ipſa appellatione, prout ſolet notari in c. 1.& c.accedens cle.2.vt lit.non cõtteſt.quinimò appellatio hoc caſu fundata eſt ſuper ipſamet nullitate tanquam in iuſtitia & grauamine, quia omne nullum eſt iniquum.l. ſcire oportet.§ fi.& l.qui teſtamẽto. vbi Bal.ff.de excu.tuto.& Idem Bar.in l.1.col.3.ver.4.oppono. C.de fruct.& lite expen.& in addi.Spec.de ſen.col.18.verſ. ſtatu dicit, & ponit Ægid. conc.343.appellans. vbi dixit ꝙ nulla eſt maior iniuſtitia quam nullitas:quod nulliter fit, male fit, & propterea pars grauatur, inquit Bald. poſt gloſ. in l. ſi vt proponis in fi. C.quo.& quand.iud.

6 Et graue eſſet ꝙ taliter grauatus & appellans, ſeu per viam nullitati,aut querimoniæ ad ſuperiorẽ recurrẽs (iuxta tex.in l.4. in verb. querimoniæ. de accuſatio.& gloſ.in verb. debitum in c.concertationi. de appel. in 6. vbi per

Arch.& Io.And.& Bal.in d.l.ſi aduerſus rē iud.)remitteretur ad iudicem grauantem, quia hoc fieri non dēt.l.eos. C.de appel.c.per tuas,de ſent.excom.c.accepta.de appel. ponit Æg.concl.24.Camerarius.niſi aliter ex aliqua iuſta cauſa ſuperiori videretur, vt no.gl.in ver.deciſ.in d.l.eos & eſt tex. in c.qualiter & quando. de accu. & facit tex.in c.olim.de excep.& c.graue,de off.ord.cum ſi.Si verò nullitas non foret expreſſa in appellatione, neque per modum iniuſtitiæ, & iuſtificationes appellationis in iudicio deducerentur, iudex appellationis a grauamine non poſſet de nullitate cognoſcere,ex quo non pōt ſe intromittere neque cognoſcere de cauſis nominatim in appellatione non expreſſis, iuxta tex. in d.cle.appel. Per ſimplicem igitur appellationem ab interlocutoria non deuoluitur nullitas,ſed grauamen duntaxat expreſſum, vt no.in c.vt debit.&c.Romana.de app.& ponit Rot.389.appelletur in no.poſt Inno.in d.c.dilecto, & tenuit Guid.Pap.in tract. de appel.q.67. quāuis ſecus ſit qñ appellatur a diffinitiua. quia tunc ēt vtilitas ad iudicem appellationis tacitè deuoluitur, & ſuper vtroq; idē iudex cognoſcere poteſt,iuxta text.in l.quædam mulier.ff.fam. erciſc. & l.Carmelia pia. ff.de iurepat.& ita tenet Inn.in d.c.dilecto.& ibi Bald.col. 2.in fi.& Fran.q.19.qui hoc declarat, extra de app.& ponit idem Guid.in loco, de quo ſupra q.46.& Dec.conſi. 275.viſo,col.3.ver.nec ob.lib.2. Ægid. conclu.97.iudex.

7 Si tractabimus de nullitate poſt diffinitiuam ſententiam, tunc ſecundum communem ſententiam doctorum diſtingui conſueuit,ꝙ aut proceſſum fuit coram delegato,aut coram iudice ordinario.ſi corā iudice ordinario,& prætendentes ſententiam, nullam petat principaliter eam & ex eiſdem actis reformari, habita prima pro nulla, ex quo principaliter de reformatione & incidenter de nullitate agitur,ratione huiuſmodi incidentis quæſtionis nullitas coram eodem primo iudice proponetur.& de ea cognoſcetur,arg.tex.in l.quoties.C.de iud.tenet gl.in d.l.4. C.de accu. & l.præſes. C. quo. & quan. & l.1. C.de ſen. c.venerabilibus.poſt prin.de ſent.excom.lib.6.

Sed

8 Sed ſi nullitas principaliter deducetur, ac petatur ſententiã declarari nullã, tũc erit in optione ipſius grauati corã quo velit nullitatẽ oſtẽdere, videlicet nũquid corã iudice primo, vel iudice appellationis: & hæc eſt cõis diſtinctio doctorũ, ꝑut atteſtatur Fel. in c. ꝑ tuas. col. fi. de ſent. excom. poſt Im. in l. ſi iudex, de re iu. & idem Fel. in d. c. in literis. col. pen. ver. qs dicatur ẽt competens. ff. de off. dele.

9 Poteſt nãq; iudex ordinarius reformare ſuã ſnĩam diffinitiuã nulliter prolatam: ex quo ꝑ prolationẽ ſnĩæ quæ nulla eſt, eius officiũ & iuriſdictio non expirat, vt eſt glo. ordinaria, & ibi Bald. & alij in d. l. ſi vt proponis, la 1. C. quo. & quan. & d. l. præſes. C. eo. tit. l. 1. iuncta glo. in ver. profertur. C. de adu. diuer. iud. & d. l. 1. C. de ſent. l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. l. fi. Bal. & Ang. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. prof. eſt glo. in c. loci, 35. q. 9. & facit text. in c. Diabertum, ibi reiterari oportet, quod male actum eſt, & c. 7. q. 1. & tex. in l. quid tamen. & l. quia. ff. de arb. & ponunt Doc. omnes in d. c. dilect. & Felin. in c. qualiter & quando el 1. col. 21. ver. octauo fallit extra de accu. quod procederet etiam ſi iuriſdictio talis iudicis fuiſſet prorogata, & vigore hmõi prorogatio pronunciaſſet: quia nihilominus ſi ſententia fuerit nulla, poterit iterato pronũciare. ita Paul. de Caſt. in l. 1. in §. 1. ff. de iu. & in terminis Gu. Pap. q. 462. vtrum iuriſdictio prætermittitur, ponit etiam Capitius in 1. deciſ. Neap col. 7. nu. 26. cum ſeq.

10 Et ꝙ iudex appellationis, vel ſuperior ſuper cã nullitatis hmõi etiam adiri poſſit, probat tex. in l. abſentem. C. de accu. l. 1. §. 1. iunct. gl. in ver. iudex q. ff. quæ ſen. ſi. appel. reſcin. c. fraternitatis. de frigi. & male ponit. Bart. & oẽs alij in d. l. ſi expreſſim. col. pe. cũ alijs locis, de quibus ſupra in prin. & facit qđ ponit Alex. conſi. 73. num. 11. & conſi. 77. lib. 6. & hoc maxime ꝓcedit, videlicet qđ nullitas ſit corã iudice ſuperiore ꝓponẽda, qñ nullitas ꝑ iniuriã ac malitiã ſeu ſordes ipſius iudicis primi proueniret: qa tunc vlterius corã ipſo non eſſet procedendum: cũ nõ ſit veriſimile, ꝙ pronũciet ac declarat id, in quo verſatur ſua turpitudo, & propterea non debet ſuę iniquitatis cognitor

gnitor

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

genitor fieri, ſed iri ad ſuperiorem, vt in d.l. abſentem C. de accuſ. & Iacob. de Aret. in l. eos. C. de app. quem ſeq. Bal. in l. 1. col. 4. ver. quinto quæro. C. quan. prouo. nō eſt neceſ. Ang. in l. ſi expreſſim. colum. fin. Franc. in d. c. dilecto. q. 27. Bald. in d. l. ſi vt proponis col. pe. in fi. C. quo. & quā. & Fel. in d. c. in litteris. col. fin. de off. deleg. Paris de put. in tract. ſind. in ver. corruptio. col. 1. ver. licet ſententia iudicis, & tenet Lap. alleg. 1. col. fi.

12 Et hoc caſu nullitas corā ſuperiore iudice deducta, totā cauſam ac principale negotiū deuoluit, prout deuoluit appellatio à diffinitiua: vnde talis iudex nedum ſuper nullitate quinimò ēt ſuper principali negotio pronūtiare poterit, vt voluit idē Bar. in d. l. ſi expreſſim col. pen. & d. l. ſi vt proponis. & l. 1. C. quand. prouo. Salicet. in d. l. ſi præſes. C. quo. & quan. & Doct. in d. l. 4. C. de accuſ. Abb. in c. cum Ioannes, in fin. de fid. inſtru. cum alijs de quibus per Alex. conſil. 179. proſpectis lib. 2. Bal. in l. 2. q. 14. C. de reſcin. vend. Franc. in d. c. dilectio. q. 10. & q. 32. vbi not. loquitur. & Lap. alleg. 2. cum ſimi. Abb. in d. cap. in literis in fin.

13 Et eſt aduertendū, ꝙ ſi nullitas reſultat ex eiſdem actis & proceſſu, ex quo tunc dicitur patens & notoria arg. l. ſiquis legatū. ff de fal. cū alijs, de quibus per Alex. conſil. 282. col. 1. in 3. lib. 6. conſi. 59. num. 17. lib. 4. Tali caſu nullitas ſemper cenſetur inciderent in iudicio deducta, vt voluit Old. conſi. 205. & Bar. in d. l. Si expreſſum, col. antep. & firmat deciſio. Neap. 283. diu. eſt, &c. Idcircò de ea taliter deducta & apparente nedum idem iudex primus, quinimo quilibet alius etiam inferior cognoſcere poterit, cum nulla ſuper ea ſit ferenda ſententia, ſed habita prima pro nulla de nouo ſuper negotio cognoſcendum ſit. vt in c. fraternitatis. de fri. & male. & c. cum Bertoldus. & ibi. Inno. in fin. de re iud. vbi Papa habita prima ſententia pro nulla de nouo pronunciat ſuper principali negotio: & ꝙ de hmōi nullitate ex actis reſultante quilibet ēt inferior cognoſcere poſſit, tenet Bal. in l. ſi aduer. C. ſi aduerſ. rem iud. & Peruſ. in d. c. dilecto. q. 28. verſi.

ſed limita primò de appel. cum ibidem adductis.

14 Si autē iudex qui proceſſit & diffinitiuè pronunciauit, fuerit delegatus, ex quo officiū & iuriſdictio ipſius p quo nunciationem ēt nullā, expirat, vlterius ſe in cauſa huiuſmodi intromittere nequibit, ſed ad delegantem vel aliū ſuperio ē iudicē eundū erit: vt probatur in ſæpe alleg. l. ſi vt proponis. la prima. & ibi gl. fi. Bald. & alij C. quo. & quam iud. l. qualē. ff. de arb. l. fi. de proprietate. C. ſi a non competen iud. l. cum non eo. C. quan. prouo. non eſt neceſ. c. in literis & ibi hoc poſuit Innoc. & alij poſt eum de off deleg. Spe. in tit. de ſent. in §. qualiter in 4. col. Et tenet Rot. deciſ. 341. dubitatur vtrum aud. in no.

Quod intellige, dummodo delegatus vſus fuerit mandato, ac ſeruauerit in procedēdo illius formā, & ſu p toto principali negotio, nō aūt ſuper illius parte aut inſtantia, proceſſu pronunciaſſet: quia tunc eius officium adhuc duraret, & poſſet de nouo pronunciare: vt dictum fuit de iudice ordinario. arg. c. examinata & cap. pen. de iud. & quod ponit Rot. 86. Si à pronunciatione, & 69. actorem. & 84. Si auditor. in no. & facit text. in l. quid tamen. ff. de de arb. Ita declarat & etiam quædam alia ponit Bald. in addi. ad Specu. de ſen. col. 1. poſt princ. Salic. in d. l. ſi vt proponi. Doctores maximè Fran. in d. c. dilecto. q. 27. & q. 36. Abb. & Felin. qui ſuper hoc ponit octo limitationes, in d. c. in literis. de offi. deleg. Latiſſimè ponit idem Fel. in c. qualit. & quand. elect. prin. col. 21. ver. ſed hac vltimam. extra de accuſ. ad quos poteris caſu occurrente conuolare. Et ad Nicol. Boer. in deciſ. 6. Parlam. vbi examinat articulum, & aſſerit iudicatur fuiſſe hoc non procedere in delegato principis, qui in hoc æquiparatur ordinario, & ſi nulliter pronunciauit, iterum pronunciare poteſt ſecundum ipſum.

15 Eſt ēt aduertendum, ꝙ ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditores quoad pręmiſſa habebūtur pro iudicibus delegatis, quoniā etſi habeāt ordinariā poteſtatē in cognoſcēdo, habent tamē delegatum in pronunciando & diffiniendo: & ideo eorum diffinitiuas ſententias etiam nulliter

pro-

prolatas non poterũt reuocare, neque reformare ad inſtar delegatorum. vt ſupra dictum fuit: prout tenent ipſimet: 1. p. d. Auditores deciſione 341. dubitatur vtrum auditores, &c. Inno. & ſentit Spec. in tit. de offi. ord. §. 1. col. 2. & tit. de iud. deleg § ſi. in prin. & tit. de audit. poſt prin. & per Bar. in l. præcipimus. §. 1. C. de appel. latè per Feli. in rub. de off. deleg. col. 3. verſ. quæro vtrum audit. & in rubr. de reſcr. col. 2. ve ſi ex quo fortè. Caſſ. d. deci. 5. nu. 3. eo. tit. quinimò auditores præfati habent iuriſdictionẽ habitu duntaxat, & non actu: & ideo quotide in Ro. cu. ſiunt commiſſiones & reſcripta, per quæ datur illis exercitium iuriſdictionis habitu competentis. vt docent ipſimet deciſ. 429. in cauſa beneficiali & deci. ſeq. circa ſi. in no. ac etiam ipſi diſtrictionem in multis habent iuriſdictionem quam cæteri delegati: vt dicit deci. 306. Si acta. in no. & patet dec. 699. licèt iudex & 818. Sciendum eſt & 692. in antiq. in quibus dicitur prætentos dominos auditores non poſſe abſoluere ad cautelam neque pronunciare ſuper deſertione appellationis abſque ſpeciali mandato Papæ, quamuis alij iudices hoc facere poſſunt: vt ibi per eos.

17 Cæteri autem delegati ad vniuerſitatem cauſarum ordinario æquiparantur, ideo ad inſtar illorum poterunt ſententias ſuas nulliter prolatas emendare, & corrigere: voluit Ang. in l. iudex. ff. de re. iu. & Fel. in c. qualiter & quandoque el primo. col. 21. verſi. ſecundus caſus, de accuſa per Bal. in l. ſi vt proponis. C. quom. & quand. & multa cumulat idem Fel. in c. cauſſam, col. 4. ver. gl. in verb. vnius, de off. dele. poſt Abb. in c. cum Bertoldus, col. 6. verſ. quia delegatus. de re iud. & Spec. in tit. de off. ord. §. 1. verſ. Itẽ ordinarius. & ibi Bal. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. 12. viſo, col. 2. in prin. lib. 6.

18 Idcirco Reuerẽd. Camerarius, auditor generalis ipſius cameræ apoſtolicæ, vrbis gubernator, vicarius, ſenator, mareſcallus, & auditor contradictarũ, qui in dicta Ro. cu. pro iudicibus ordinarijs reputantur. vt voluit glo. in cl. ſi auditor, de reſt. & cle. ne Romani. in verb. camerarium, de

elect. poſt Hoſt. in ſumma de off. ord. in prin & Spec. eo. tit. in prin. etiam ꝙ eſſet, verum quod (propriè loquēdo) nullus præter Papam in dicta Romana curia dici poſſet iudex ordinarius, ſed omnes ſupra ſcripti ex generali delegatione procederunt: vt voluit Archid. in c. experiētia. 11. q. nihilominus ex quo ſunt ad vniuerſitatem cauſarum delegati, ad inſtar ordinariorum, illorum ſententias nullas reuocare, & ex integro pronunciare poterunt, p ea q̄ ſupradicta ſunt: quod intellige procedere in cauſis, quas ipſi tanquam ordinarij, ac virtute generalis illorum delegationis & facultatibus cognoſcunt: ſecus ſi ex ſpeciali reſcripto commiſſio alicuius cauſæ illis demādaretur: quia ſtante huiuſmodi ſpeciali reſcripto, illa prima generalis commiſſio ceſſare videretur per tex. in c. paſtoralis. ibi iuriſdictio per generalis literas attributa, per ſpeciales, quā tum ad ea quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus enecuatur, &c. & c. 1. de reſcri. & c. ſtuduiſti, de offi. leg. Nam mandatum ſpeciale generali derogat. vt in terminis dixit Ang. in l. cum prætor, in prin. ff. de iud. & latius per eum in conſ. 375. prætenſis, late per Corn. in conſi. 76. licet, col. pen. & fi. lib. 1. & Dec. conſi. 664. viſo legali, prope fi. lib. 5. & eſt deciſ. Bald. in c. vnico. §. ad hæc col. 5. verſ. ex præmiſ. de pact. iur. fir. quamuis ſi talia reſcripta vero ordinario dirigerentur non mutata: ſed ex citata potius diceretur iuriſdictio, iuxta text. & notata in l. fi. §. Dato. ff. a quibus app. non licet. & in c. licet in corrigendis, &c. de off. ordi. ponit Feli. in cap. cum ex officij col. 13. verſ. primus eſt, de præſcrip. vbi not. loquitur.

20 Inſuper pro iudice ſuperiore quoad præmiſſa, intelligere poteſt ipſum Papam, ad quem omiſſis medijs poteſt vnuſquiſq; habere recurſum. c. Si quis. c. ad Romanum. 2. quæſt. 6. c. Antiquæ & ibi glo. fi. de priui. c. ſi duobus, in fi. cum ibi not. de app. c. ex tenore, de for. comp. de quo late ponit Gozad. cōſ. 101. audio per col. Et quod dicitur de Papa, intelligitur etiam de alio ſupremo principe, qui inter ſubditos ſuos ſemper iudex competens intelligitur. l. ſi cuius, §. ſi vero. ff. de app. recip. aut ſi adeſſent

gradus iuriſdictionis diſtincti, & prorogatiua ſeruari deberent, iuxta tex. in l. præcipimus, & l. in offerendis. C. de appel. & trad. Bal. in d. l. ſi vt proponis, col. 4. per no. in c. Romana, de fo. comp. lib. 6. & in c. paſtoralis, in prin. de offi. ord. ponit Bart. in l. omnes pop. in 3. quæſt princ. verſ. iuxta præmiſſa. ff. de iuſt. & iur. ponit Fran. in d. c. dilecto, q. 27. & c. ſi duobus col. pen. vbi illud. quod dicit de Papa, intelligit etiam de ſuo legato extrà de app. Et per Abb. Fel. & alios in d. c. in litteris, pen. col. in fi. de off. dele. & per eundem Fel. in c. per tuas, col. fin. de ſenten. excom. vbi etiam reperies nunquid nullitas abſque appellatione poſſit ab ordinario ad Metropolitanum deuolui: & concludıtur magis communiter quod non, per tex. in d. c. Romana, in prin. de fo. comp. in 6. quicquid dixerit Abb. in d. c. in literis, qui ab alijs reprobatur, vt per Feli. ibi, in fi. & Franc. in d. c. dilecto. quæſt. 27. prout & contra licet à vicario. Epiſcopi ad eundem Epiſcopum appellari non poſſit nullitate tamen dici poterit prout declarat Franc. poſt alios in c. 2. de conſue. lib. 6. prope fi.

21 In delegatis verò ſeruabatur modus & ordo d. tus in c. ſuper quæſtionum. in §. porrò de offi. deleg. in c. ſi delegatus. eo. tit. in 6. ideo ſi delegatus principis cognouerit, ſolus princeps, vel is cui ipſe delegauerit nullitates & geſta ipſius reuocabit. l. ſi aduerſus. C. de aduer. rem iud. l. 1. C. vbi & quan. l. minor. in fi. ff. de minor. cum alijs quæ adducit Aym. conſi. 48. nobilis. col. 2. ver. & ſi dicatur, quamuis etiam ordinarius loci delegato huiuſmodi nõ ritè procedenti poſſet reſiſtere: vt voluit Domi. in c. ſtatutum, in §. fi. & ibi Io. And. de reſc. in 6. Butr. ı̃ vltimo not. & Card. in c. ſtuduiſti, de offi. leg. Franc. in d. c. dilecto, col. 24. verſic. limita primò, de app. Rom. conſi. 335. colum. 3. verſi. 2. quia, & ſentit Bald. in d. l. ſi aduerſus: quia iudici etiam ſuperiori quando officium & poteſtatem ſuam egreditur, parendum non eſt. l. non videtur. § qui iuſſu. & ibi gloſ. ff. de reg. iur. ponit Abb. in cap. ſi quando, in fin. de reſcrip. cum alijs de quibus ad propoſitum ponit Dec. conſilio 72. in prin.

Nun-

22 Nunquid autem nullitas opponi poſſit coram executore, conſueuit dici ꝙ ſic, non ꝙ ſuper illa executor poſſit, aut debeat pronunciare, ſed huiuſmodi incidentem quæſtionem ad ſuperiorem remittere, & interim (ſi de exceptione conſtabit) in exequendo ſuperſedere poterit, prout per ſcribentes in cap. de cætero, vbi Panor. poſt Innoc. de ſent. & re iud. & idem Pan. in cap. paſtoralis. §. quia vero, col. 2. in prin. ff. de offi. deleg. Anch. in cle. 1. col. fi. de re iudi. & Inno. in l. c. cum in iure, de offi. deleg. Bar. in l. ſi prætor. ff. de iud. & in l. à Diuo Pio, in prin. in 3. col. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. fi. C. ſi ex fal. inſtr. ponit Bal. in add. Spec. ti. de ſent. col. 6. verſi. an coram iudice & executore. & Lap. alleg. 2. diſputat. col. fi. vbi inter alia dixit, quod licet executor exceptiones contra ſententias non admittat, exceptiones tamen defectus poteſtatis ſuæ aut committentis concludentes, admittere debet: vt ibi per eundem, & latius per Guid. Pap. quæſt. 574. an iudex vbi vide poſt Innoc. in cap. dudum, columna 2. in princ. de præſum.

Ex his igitur colligi poteſt, quis iudex ſit competens futurus in cauſa nullitatis. Et viſo de iudice, neceſſe eſt videre de litigatoribus, videlicet quis poſſit dicere de nullitate, &c.

IN RVB. SEV TITVL. *Quis poſſit dicere de Nullitate.*

SVMMARIA.

1 *Nullitatem proponere poteſt quilibet, qui non reperitur prohibitus, & nu. 5.*

2 *Nullitatē obijcere pōt ēt is, qui reportauit ſententiā in fauorē.*

3 *Nullitatem obijcere poteſt tam neceſſarius quàm voluntarius defenſor.*

4 *Appellare poteſt quilibet ratione ſui præiudicij & intereſſe.*

6 *Nullitatem quis proponere poteſt, nedum ratione ſui, verumetiam ratione publici iuris & intereſſe.*

Sta-

7 *Statutũ quod bannitus impunè offendi poſſit, publicam vtilitatem concernit.*

8 *Cauſæ publici iuris humani & diuini in quibus quiſque de populo auditur, quæ ſint.*

9 *Nullitatem contractus alienationis rerum eccleſiæ quilibet opponere poteſt.*

10 *Nullitates quæ publicam vtilitatem concernunt, maximè quãdo ſunt notoriæ etiam ex officio iudicis ſuppleri debent, & poſſunt, & nu 57.*

11 *Probatio ex actis reſultans dicitur probatio, liquida, & reyci non debet.*

12 *Defenſiones abſentis quilibet poteſt proponere: quia publice intereſt.*

13 *Defenſio nunquid deneganda, quinimò ex officio iudicis inueueſtiganda eſt.*

14 *Iuris publici quod eſt principaliter, etiam priuati iuris ſecundario exiſtit.*

15 *Nullitatem opponere poteris tertius pro intereſſe ſuo compatens, etiam quod cauſa eſſet commiſſa cum clauſula nullitatibus reiectis.*

16 *Ius tertij in quacunque diſpoſitione ſemper intelligitur præſeruatum.*

17 *Obligatio quantumcunq; guarentigiata non habet ſolitum fauorem, nec exequi poteſt contra tertium, prout contra ipſos contrahentes exequeretur.*

18 *Tertius poteſt de nullitate exoipere etiam quòd litigatores principales non poſſent.*

19 *Tertio nullitatem proponenti non obſtat exceptio trium conformium ſententiarum.*

20 *Tertio ad cauſam venienti non obſtant renunciatio neque confeſſio rei principalis, vel ſuſpenſio petitorij nec excepto ſpolij & attentatorij; ſed quomodocunque in iudicio poteſt opponi prout hic.*

21 *Tertius poteſt nullitatem obijcere etiam quod principalis litigator recuſet & prohibeat.*

22 *Tertius ad cauſam veniens in primis debet docere de ſuo intereſſe ſaltim ſummarie, vt nu. 24.*

Tertius

23 *Tertius non impedit appoſitionem ſequeſtri, neque miſſionem poſſeſſionis ſi ſua non interſit.*

25 *Tertius ad cauſam veniens admittendus eſt in ſtatu & terminis in quibus cauſa reperitur ideo præcluſa via principali litigatori cenſetur etiam ipſi tertio illi adhærenti præcluſa.*

26 *Appellationi ab alio interpoſitæ adhærere volens, debet intra decem dies adhærere.*

27 *Tertius quando militat præſumptio malitiæ, & quod venit ad impediendum & vt faueat reo non eſt audiendus.*

28 *Calumnia ceſſat ſi nullitas allegata reſultat ex actis.*

29 *Tertius ſi fuerit inhabilis & incapax iudicij nō eſt audiendus in cauſa nullitatis, & nu. 31.*

30 *Excommunicatus tanquam actor non poteſt obijcere nullitati.*

32 *Procurator falſus qui ſententiam contra ſe obtinuit hæres factus ab eo cuius nomine egerat non poteſt ſententiam huiuſmodi dicere nullam ex defectu mandati*

33 *Appellare prohibitus non eſt prohibitus dicere de nullitate: qa remoto vno remedio remanet aliud ſecundum cōmunem opinionem doctorum declara vt nu. 36.*

34 *Appellatore non licet de iure ciuili in cauſa momentanea poſſeſſionis, ſed de nullitate dici poteſt.*

35 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & non comprehenditur in quod non fuit expreſſum.*

37 *Nullitate per ſtatutum vel alias remota non includitur nullitas ex defectu iuriſdictionis, etiam quod eſſent latæ tres cō formes ſententiæ, vel iuratum non dicere de nullitate.*

38 *Iuriſdictio & poteſtas pro conſtanti in quolibet actu præſupponitur à lege qualitercunque diſponente ideo ſemper opponi poteſt quod non eſt ſententia ex quo talis non erat iudex, & num. 40.*

39 *Nullitas quando per modum negationis proponitur, vt nego talem fuiſſe iudicem, vel procuratorem, nunquam cenſetur excluſa.*

41 *Nullitate remota non includitur illa quæ ex inhabilitate perſonarum prouenit. quæ ſemper opponi poteſt.*

42 *Nullitas quod proponi non poſſit, vel quod actus valeat, paria ſunt.*

D *Diſpen-*

43 *Diſpenſatio & rehabilitatio perſonarum non præſumitur.*

44 *Perſonarum inhabilitas eſt defectus releuans & de eo in primis in quocunque iudicio etiam ſummario quærendum eſt.*

45 *Iudex ex officio aſſertum procuratorem ad exhibendum mandatum cogere poteſt.*

46 *Iudex ex officio perſonas inhabiles comparentes, vel etiam teſtes repellere poteſt.*

47 *Clauſula omnes & ſingulos defectus ſupplendo, &c. non ſupplet inhabilitates à iure gentium prouenientes.*

48 *Clauſula motus proprij non inducit diſpenſationem ne que habilitatem perſonarum.*

49 *Nullitate remota non includitur nullitas ex defectu citationis, quia eſt iuris naturalis.*

50 *Nullitate remota non includitur illa quæ ex capite alterius ſtatuti prouenit, neque notoria id eſt ex facie actorum reſultans.*

51 *Quia talis non indiget propoſitione; nu. 52. & ex officio iudicis ſuppleri debet nu. 57.*

53 *Notorium regulariter allegari debet, præterquam ſi ſit notorium ex actis reſultans.*

54 *Nullitas notoria id eſt ex facie actorum vel publici inſtrumenti reſultans, etiam termino & inſtantia decurſis opponi poteſt maximè per viam exceptionis.*

55 *Nullitate remota non includitur nullitas ineptitudinis libelli, quia etiam iſta dicitur notoria & irreparabilis prout non includitur etiam nullitas ex perplexitate & contrarietate inſurgens & nu. 56.*

57 *Statutum ac diſpoſitio generaliter loquens ad veriſimile & rationabile reduci debent.*

Quis poſſit dicere de Nullitate.

DE nullitate dicere ac excipere poteſt omnis, qui ex ea ſenſerit ſe grauatum; quia eſt remedium iuris: & ſolum quærẽdum eſt, quis ab eo prohibeãt. arg. tex. in l. mutus. §. cũ q̃-ritur. ff. de proc. l. ab ea parte. ff. de pro. l. 1. in pr. ff. de teſt. l. ſo-

l.ſolemnis. ff de iud.l.nec non §. quod eis vbi glo. ord.ff. ex quib. cauſis maior.c. fin. 30. q.2.c. inter incorporalia. col.3.& ibi gl.in verb.non inuenitur .de tranſ.epiſ.cum ſi.

Et nempe quo ad perſonas in actu ſeu iudicio principaliter comprehenſas & nominatas,non eſt dubium,quia non ſolum is, contra quem actus & ſententia formati ſunt verumetiam is qui ſententiam ſeu alium actum in eius fauorem confecit,vel reparauit,poteſt venire cōtra,& dicere de illius nullitate, vt probatur in l.1. C.de lib. cauſ.& in l.ſi tibi.C.de euict.& l.1.C.ſi aduerſ. rē iud.l.quemadmodū.C.de agric.& cenſi.l.iubemus.§ ſane. C. de ſacroſan.eccl.inſt. quibus alie.lic. poſt prin.c. Si quis presbiterorum,de reb.eccl.non alie.not.in c. diuerſis fallacijs, de cle.coniug.ponit Abba.in c.tranſmiſſæ, in 3.not.de iurepa.& Alex.conſ.123. diſcuſſis, col.4. lib. 1. & conſil.93. Viſis in princ.& conſi.103.viſis.col.4.ver. Non obſtat ſecundum,lib.2.& conſi. 109.viſo, col 2.verſic. nec obſtat lib.4. Tangit Dec. conſi.155. col.3.in fin. lib. 1. & conſi. 445.in caſu,col.7.ver.& applicando, lib.4 Rom.conſilio 402.in propoſita.

Si vero fuerit perſona in actu ſeu iudicio de quo agitur,principaliter non comprehenſa,nunc nunquid & ipſa poſſit ſe hoc iuris remedio adiuuare,& dicere de nullitate actorū,quę inter alios facti ſunt dici poteſt ꝙ ſine perſona huiuſmodi fuerit neceſſarius defenſor, putà ꝙ ab aliquo ex litigatoribus in iudicio nominatus extiterit, iuxta materiam legis.2.C.vbi in rem actio, &c.quoniam frequenter §.in alijs,extra vt lite non conteſt. & per Bal. in authen. nunc ſi hæres.col.1.C.de litig. Siue non fuerit vocatus,ſed pro ſuo intereſſe ad cām volūtāriæ ad executioné impediendam acceſſerit ratione ſui intereſſe ac proprij præiudicij nullitaté proponere, vel eam iam propoſitam proſequi poterit.arg.l.ille a quo iunct.l.ita tamen: §.quoties. ff.ad Treb. & ibi Bart. in l. ſi quis libertatem. ff.de pet.hæred.& l.Titia.ff.ſol.matr. prout talis perſona poſſet ratione ſui præiudicij appellare : vt habetur in l. inſpecta.ff.de inoffi.teſtam. & in l.a ſententia.& l.ſi perlu-

D 2 ſorie.

ſorio.& l.ſi à creditore . & vbique Doct. ff.de app.l.ſuperatus.ff.de pigno. l.à Diuo pio . §.ſi ſuper rebus . ff.de re iud.l.parentes.C.de euict.c.2.in fi.vt lit. pend. in 6.c.cum ſuper,de re iud.c veniens,el 2.vbi latiſſimè ſcribentes.de reſti.ponit Rot.deciſ.282. not. qualiter in antiq. & Alexan.conſ.101.in prin. lib.5. Et quoniã materia hęc tertij pro ſuo intereſſe comparentis eſt valde vtilis & frequens, ideo aliqua hic magis vtilia repetere non erit incongruũ. Et expedieimus(quoad materiam noſtram)articulũ, ponẽdo regulã, & quatuor illius declarationes,ſeu ampliationes, totidẽque reſtrictiones ſeu limitationes ad eãdẽ.

5 Regula igitur ſit, quilibet ratione ſui pleni, vel talis qualis præiudicij,de nullitate dicere poteſt, & hoc per iura ſuperius allegata.

6 Hanc regulam primo(ampliando)declara nedum ratione ſui priuati iuris, verumetiam reſpectu iuris publici ac publicæ vtilitatis procedere: & propterea ſi extaret ſtatutum quod relegatus ſeu bannitus pro homicidio,impunè oſtendi poſſet, cum ſtatutum huiuſmodi publicam vtilitatem concernas, iuxta no.in l.1. & 2. C.quand.lic. vnicui. ſi iud.ſe vindi.cum alijs, de quibus per Dec. in conſi.327. col.2. nu.3. in fi.poſſet vnuſquiſque de populo in iudicio comparere,& homicidiã taliter banniti, ét per remedium nullitatis defendere ac tueri: illique taliter comparenti obijci non poſſet,ꝙ ſua non intereſſe per do. Bart. quam ibi ſequuntur Ang.Salic.Fulg.& Pau.de Caſt.in l.vbi pactum.col.pe.ver. ſtatuto cauetur quod eſt bãnitus vbi per d.Alexan.C.de tranſ. & Bal. in l.decurionum. C.de infa. Abb.in c.illa.de accuſa.cum alijs de quib. per Fel.in cap. Cum ſuper col 5.ver.non ſolum pro intereſſe, de ſent.& re iud.& Hip.de Mar.in l.ſi quis.5.reperio etiam,nu.141. ff.de quæſt.max.quod iudex in irritandis proceſſibus potius quam extinctione corporis humani promptior eſſe debet ſecundum Bal. in conſ.347. ecce formata , in fi.lib. 3.quem retuli & ſecutus eſt Aym conſ.2.in fi.

8 Prout etiam quilibet poſſet comparare in qualibet cauſa publici iuris,vt ſunt cauſę populares: videlicet ne quid

in loco

in loco publico fiat, vel vt in flumine publico nauigare liceat &c. Item vt via publica liceat vti, de ſimilibus quæ iuris publici humani exiſtunt; vt l.2. poſt princ. & l.2.§. 1.ff.de interd. vel ne quid in loc.ſacro fiat, & quod factũ eſt reſtituatur; aut de mortuo inferendo; vel ſepulchro ædificando, aut ad defenſionem & tutelam magiſtratuum & ſacerdotum: quia quod tales defendantur, publici iuris eſt l.2.§.1.ff.de inſt.& iur. l.ſi quis in hoc. C.de epiſco.& cle.iunct.d.l.2.ff.de interd. Quod enim in religionem committitur, in omnium fertur iniuriam, inquit tex.in l.Manichæos. C.de hære. & Manich. & ponit Anch.conſi.15. ſpiritualis, nu.4. Et ideo prælato defenſionem rerum eccleſiæ negligente quilibet poſſet de nullitate contractus alienationis rerum ipſius eccleſiæ opponere: vt ſentit Rot. dec.159.not. qualiter, in aut. & tenet Alex.in l.quod dicitur poſt Ioan de Imo. ff.de verb. obliga. quos ſequitur Math.de Affl.deciſ.107.in cauſa domini, num.3. & pro quo videtur glo.in ver. œconomos; in l.iubemus in §. fine, de ſacroſ.eccl. & glo. magna; in vlt.parte, in c.cum eccleſiaſticæ: de excep.& in cap.ſi quis presbyterorum, in ver.perſonis, de reb.eccl. non alie. cum alijs ad propoſitũ congeſtis per Fel.in c.cum olim, col.2. de teſt.& in d.c.dilecti, col.3.de maio.& obe.& Ang. inſt. quib. alie. non licet.col.3.in prin. & ponit Lap. alle.11. tract.7. & Hipp.in d.l.Si quis.ver.item eſt caſus, num.131.ff.de quæſtione. Cum enim talia ſunt publici iuris diuini, ac vtilitas religionis & eccleſiæ procuretur, idcirco quilibet audiendus

10 erit.cap.cum in cunctis.de his quæ fi.a ma. par.cap.c.Nicena. 31. diſtin. quinimo nemine comparente nullitas hoc caſu ratione dictæ publicæ vtilitatis ex officio à iudice ſuppleri poſſet: vt vol.Bald.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.colum.13.ff.de pact.in l.plane.in fi. ff.de pet.hær. cum alijs, de quibus per Alexan. in conſi.77. Viſis dubitationibus, colum.pen. verſicu. ſecundo reſpondeo.lib.5. Maximè quando nullitas ex facie actus reſultat: quia tunc iudex ne ſe fundet in actu nullo, poteſt & debet ex proprio officio ſupplere: vt volum. Cardina.in

cle.1.q.19.de re iud. Et idem Alex.in conſi.228.pondera tis,col.1.ver.tertio,lib.6.Anch.conſi.6.viſo,colum.3.veri contrarium credo. Talis enim dicitur probatio probata & liquida ex lege inſurgens: vt voluit glo. in l.ſi tutor. C.de peric.tut.& Bart.in l.neceſſarijs.C.de acquir.hæred. idcirco reijci non debet, vt per Bald.in l.vnica,colum.2. ver.ex hoc.C.ne lic.ter. prouoc. facit tex.in l.Mercalem. C.de condi ob tur.cau.& glo. in l.1. C.vbi & apud quos,

12 & not cauſam quæſt.de iud. Poterit itaque vnuſquiſque comparere, & officium iudicis implorare,vt recipiat defenſiones abſentis criminaliter inquiſiti; & ad hoc opponere nullitatem proceſſus ſeu banni: hoc enim publicè intereſt l.ſeruum. §.publicè, ff.de procur. l.pen.§.ad ermen.ff.de pub.iud. & per Angel. in l.quos prohiber.ff.de poſtul.& in l.ſicut. §.ſi procurator. ff.quib.mo.pign.vel hip.ſol.prout refert & ſequitur Curt.in tract.de teſtibus concl.29.in fi. Defenſio namque & innocentia nunquam excludi debent cle.paſtoralis. de re iud.cum alijs de quibus per Alex.conſ.123.Viſo, col.2.lib.5. & Deci.conſi.7. num.8. quinimo ex officio boni iudicis inueſtiganda eſt. l.& ſi non defendatur. ff.de pœn.l.1.§.fi. ff.de quæſt.Bar. in conſi.84.in cauſa ſtatij,in fi Vbi autem iudex poteſt ex officio ſupplere,poteſt quemlibet etiam ad id comparentem audire.vt arg.text.in l.ſeruus bonorum.ff.de bo.poſſ. & latius firmat Dec. conſi.429.licet,col.2.in princi. lib.3. poſt Imol. & Franc. in c.cum parati, in prin. de app.quia etiam nullitas eſt ac dici conſueuit defenſio vt per Ioan. And.in c.1.de reſcrip. in 6. in Nouel.cum alijs, de quibus ſupra rubr.ſen.q.1.præſentis tract.

14 His igitur ac ſimilibus caſibus dici non poteſt, quod aliqualiter non interſit comparentis: ex quo ea quæ publici iuris ſunt principaliter, ſunt etiam iuris ſingulorum ſecundario,vt vol.glo. in l.popularis in verb. non poteſt.ff. de popul. actio. & not.in l.1. §.huius autem ſtud j. ff.de iuſt.& iur.Vnde non ſumus extra regulam omnino. & qa inhabilis ſemper reputat habilis quando actus tendit in bonum public. arg.tex. in l.ſi quis in graui. §.hi quoque

& ibi

& ibi Bal.ff.ad Sylle. de quibus meminit idem Hip. in d. l.ſi quis.v.& vltra prędictos nu.142.de q.Aym.conſ.332. homines.col.13.ver.2.reſpondeo,& 195.in fin.

15 SECVNDO principaliter (ampliando) declara regulam, ſupradictam, videlicet, tertiam perſonam pro ſuo intereſſe comparentem de nullitate excipere poſſe, etiam ꝙ cauſa expreſsè commiſſa foret, cum clauſula videlicet nullitatibus & quauis app. remotis, &c. Talis namque clauſula ad tertij præiudicium non ſe extendit: & propterea illa non obſtante, taliter comparens nullitatis remedium intentare poterit.per tex.& glo.in verb.intentionis in c.ſuper eo.de offi,del.ponit Bar. in l.1.§.interdum. ver.quæro,&c.ff.à quibus appel.non licet.& Feli.in c.veniens.el 2 ver. prima conclu. de reſt. ponit Iaſ. in l.à Diuo pio.§.ſi ſuper rebus.col.fin.verſic. ad idem facit.ff.de re iud.& Bal.in l.cum filius. per illũ tex.ff. de mili.teſt.cũ alijs de quibus per Dec.conſi.664.viſo.nu.7.vbi hoc te-

16 net.lib.5.& ponit Ant. Corſ. in ſing. in verb. clauſula.& idem Dec. conſi. 198. col. 4. in prin. per nullam etenim verborum plenitudinem, quæ in reſcriptis: an alibi ponatur, nunquam ius tertij intelligitur ſublatum: vt ibi per eos,& facit text.vul.in l.iij.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publ.& l.ſi reſcripta. C. de prec.imp. off. canoniſata in c.reſcripta.vbi glo. magiſtratus 25.q.2. hinc vide-

17 mus obligationes ac inſtrumenta quantumuis prægnantia & guarentigiata, contra tertias perſonas in eiſdem non comprehenſas, non habere ſolitum fauorem nec eo modo exequi poſſe, quo in perſonas obligatas & contrahentes exequeretur: vt magiſtraliter voluit Innoc. in c. quia.v.de iud. & Bal.in l.1. col.2. C.comm. deleg. Alex. in l.1.§.ſi.in prin.ff.ad Treb.Franc.in c.ex ratione.colum. 26.q.5.de app. Imol.in cle.1.col.3.de re iud.Fel.in c.cum ſuper,col.6.ver.amplius dixit,de re iud.cũ alijs, de quib. per Alex.conſi.65.viſis.col 3.ver.vnum eſt,& conſi.188. viſo proceſſu. col.1. in prin.lib.2. & Deci. in conſil. 193. num.5.lib.1.& ponit Alex.conſil.86.lætatur,in fin.lib.7. & optimè in conſi.83.viſo, colum. fin.lib.3.& conſi.ſeq.

col.2. in fin. cum ſi. ſicuti etiam de ſententia dici conſueuit, quæ non eſt contra tertium exequenda ſine cauſæ cognitione, ac nouo proceſſu: vt docet Rot. 482. ſi ſententia in no.& deciſio. Neap. vt per Capi. deciſio.128.in cauſ.dom.in ſi. Si modo iſte tertius non eſſet hæres condemnati vel obligati. iuxta doct. Bar. & Ang.in l.poſtulaſti.ff. ad Treb. cum alijs,de quibus per Iaſ. in §. fuerat ſuper glo.in verb. Tranſtulimus, num. 60.inſtit. de actio. Et plenius ponit & declarat Boer. deciſ.10. & 52. in prima parte loquens de hærede & ceſſionario: contra quos antequam fiat exequutio,ꝙ ſint tales,conſtare debet,aut fideiuſſor iudicij, vt plenè per Guid. Pap.26. fuit in q.3. & Anch. conſil.35. apud intelligente & conſilio 133. ſatis.col.1.Aret. conſil.132. diligenter, in princ.ita intellige Roman.conſi.38.Goza,conſi.95.colum. pen.nu.8.vbi limitatur, vide Rot.338. in antiq. facit.552. oblig.in fin. eod. lib.8.

18 Tertio (ampliando) declara regulam prædictã procedere etiam ꝙ exceptio nullitatis ipſi reo in cauſa principaliter exiſtenti non competeret, putà quod eſſet hæres inſtitutus, qui contra legatarios vel fideicommiſſarios nullitatem teſtamenti obijcere non poteſt: Filius tamen præteritus,vel quilibet alius ad cauſam,forſan inter eoſdem hæredem & legatarios motã pro ſuo intereſſe veniens, nullitatẽ eiuſdẽ teſtamenti proponere poterit, per tex.in l. Ita tamen.§.quoties. & ibi Bar.in prin. cum alijs iuribus per eum alle. ff. ad Treb. & ſequitur deciſ. Neap. 235.An tertius in vlt. col. prout videmus quod licet cedens non poſſit de nullitate aut ſimilatione ceſſionis opponere, illud tamen poteſt tertius, prout dicit Bart.in l. per diuerſas.5. præſumitur, &c. C.mand. quem ſequitur Alex.conſi.36.viſo, in prin.lib.2.

19 Quinimo eidem tertio pro ſuo intereſſe nullitatem opponenti non obſtaret exceptio trium conformium iuxta terminos cle.1.de re iud. vt voluit Car. poſt Ioan. de Lig.quos refert & ſequitur idẽ Fel.in d.c.veniẽs.col.6.in prin.& videtur deciſ.dominorũ deciſ.3.ſub rub. de ſentẽ. & re

& re iud.in antiq. de Biſſig.& dec. 165. nota ꝙ vbi ſunc co.tit.in antiq. quod intellige prout ibi, & tenet Alex.d. conſi. 83. viſo, col.fi,lib.3, & conſi.84.in cauſa, col.3 in prin.eod.lib.

29 Prout etiam non obſtaret eidem tertio cõfeſſio,ſeu renunciatio ipſius rei principaliter conuenti, vt docet Bal. in aut.nũc ſi hæres.col.2.de lit.& canoniſtæ in d.c.cum ſuper.& ſentit Alex.conſil.188.viſo proceſſu. col.fin.lib.2. Minus obſtaret ſibi ſuſpenſio peritorij:quia hic tertio ſuſpenſionem huiuſmodi non obſtante in petitorio audiri deberet,ſecũdum Rot.deciſ.185. nota ꝙ vbi quis in antiq.& dec.149.ſi inter.in no.prout etiam dicit quod exceptio ſpolij & attentorum ipſi tertio non obſtant, quo minus illis non purgatis etiam in cauſa poſſeſſionis,ſeu proprietatis audiri poſſit, iuxta notata per glo. in c.non ſolũ, & c. Romana §. in alium, de ap.lib.6. Io.Mona.in c.Cupientes, de elec.eo.lib. & tenet Rot. deciſ.438.fuit dubitatum pone quod,& 149.ſi inter Titium.in no.& Abb.in c.in literis, in vlt. col. de reſtit.ſpol.& in c. ſuper ſpoliatione,in 3.not. de ord. co.Io. Mil.in verb.exceptio ſpoliationis. Feli.in d.c. veniens,in 4.col. Et intellige dummodo taliter comparens ab ipſo ſpoliantes vel attentante cauſam non habeat, vt declarat deciſ. Neap.354. in cauſa,nu.21. Et in ſumma iſte tertius quaſcunque exceptiones ex perſona ſua ſibi competentes allegare poterit, puta iudicem ſuſpectum. vt in c. cum ſuper, de offi. deleg. Abb. & Fran.in c. ſpeciali,in 10.q.de ap. Corſet.in ſing. in verb.recuſatio, Vel ẽt ſi iſte comparens foret defenſor neceſſarius, priuilegiũ fori opponere poſſet, vt in c.Clericum nullus.11.q.1.& ponit Abb.in c. quoniam frequenter.col.11.nu.28.vt lit.non conteſt.Quamuis legiſtę cõtrarium teneant, per text. in l. venditor. ff. de iud. prout etiam poſſet ex eius perſona etiam poſt publicationem & cauſæ concluſionem,reſtitutionem petere: vt per Bal. in d.auth.nunc ſi hæres.C.de tit.& deci.Neap.15.Verum ſi author & deciſio. 235. ac teſtes examinare, vt ibidem.& per Bar.in l.ſi perluſorio. ff.de ap. cum multis ſimili:

mili quæ ad iſtud propoſitum congerit. Felin. in c. qualiter & quandò, el primo. col. 7. ver. Secundò limita niſi tertius. vbi videre poteris. extra de accu.

21 Quarto & vltimo (etiam ampliãdo) ſupradictam regulam declara vnumquemque pro ſuo intereſſe audiri debere, ac nullitatem obijcere poſſe, etiam quòd rebus principalis hoc recuſet & expreſsè, prohiberet: vt in l. principaliter. la 2. C. de lib. cauſ. & in l. ſcientia, & d. l. ſi perluſorio. ff. de ap. & doc. in d. veniens, & c. cum ſuper, & declarat Bald. in l. vnica. C. ſi vnus ex pluribus. Spec. de ap. §. 1. col. fi. ver. ſed quod ſi ille, & Bal. in d. auth. nunc ſi hæres. 2 col. & Alex. ad Bar. in d. l. ſi perluſorio in verb. ad teſtes, in fi. & facit tex. in l. ſæpe. §. ſcientibus. ff de re iud. Quinimo ſi principalis cauſæ detenſio ad ipſum comparentem ſpectaret, & de colluſione inter litigatores veriſimiliter dubitaret, poſſet eundem a cauſa remoueri facere: vt in c. 2. de proc. in 6. l. ab executore. §. alio. & d. l. ſi perluſorio, ff. de ap. & declarat Bald. in d. auth. nunc ſi hæres. col. & doct. in d. c. cum ſuper vbi videre poteris.

22 Modo limitando, & reſtringendo regulã ſupra ſcriptã, declara quod tertia perſona in iudicio comparens, ac nullitatem proponere volens audienda erit, dummodo in primis conſtet indici, de intereſſe taliter comparentis, quando non vocatus neque ab alio nominatus voluntariè ad cauſam accedit, & hoc per l. 1. de app. recip. in princ. c. non ſolet. 2. q. 6. c. cum inter, de elect. c. de his, qui accu. cum alijs, de quibus per Dec. in conſ. 302. nu. 4. & Ægid. conclu. 29. in fin. Audiri etenim non debent hi, quorum

23 non intereſt, vt in præall. iurib. & propterea tertius non poſſeſſor, audiri non debet ad effectum impediendum ſequeſtrum beneficij ab altero poſſeſſi, etiam ꝙ ius ad beneficium huiuſmodi prætendat: Nam ꝙ illius fructus ſub ſequeſtro & in loco tuto ponantur, eſt ſibi potius vtile, quam damnum, & propterea ad ſequeſtrum impediendum non auditur, vt declarat Rot. deciſ. 394. Nota quod ſi feratur, in antiq. & 390. Si feratur, in no. Prout non deberet audiri etiam quo ad impediendam miſſionem rei

non

non vacantis; ſed ab alio occupatæ. Ex eo quo modo quo poſſeſſionem a primo auocare potuiſſet, poterit eandem auocare a ſecundo poſſeſſore ideo ſua non intereſt, vt declarat Inno. ab omnibus approbatus in d.c. veniens, de teſti. & Bar. in l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. col. 2. de re iudi. l. penul. ff. de petitio. hære. & l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Treb. & quod nullitas non poſſit proponi per eum cuius non intereſt, tenet Rot. deciſ. 845. patronus, in colum. pen. prope ſi. Paul. de Caſt. conſ. 160. ad primum, in ſi. quos refert & ſeq. Aym. conſil. 177. ſcripſi in ſi. vbi vide & conſi. 179. in cauſa, colum. 2. verſi. 2. reſpondeo, & conſi. 182. videtur, colum. 2.

24 Satis autem fuerit docere de intereſſe cõparentis ſummariè videlicet per iuramentum, vel vnum teſtẽ, aut aliàs ſaltim apparenter; quamuis probatio omninò non concludat: quia talis probatio præambula & præparatoria, non autem deciſoria exiſtit, ideo ſatisfiet ſummaria vt d. l. a Diuo pio. § ſi ſuper rebus, de re. & l. 3. §. cauſa. ff. de Carbo. edict. ponit Bar. in l. 1. §. quòd ſi ſit aliqua. ff. de preto. ſtipul. & l. ſi quis alibi. §. ſi quis ex his. ff. lib. agn. & Bal. in l. eum quem colum. 3. verſ. dic, pro ſolutione. C. de fideicom. & Rot. Deciſ. 53. Nota quod vbi ſunt in auth. cum alijs de quibus per Canoniſtas in dic. cap. veniens. Vbi Felin. poſt alios col. 4. verſi. quinta concluſio, &c. cum ſuper col. 6. de re iud.

25 Secundo (limitando) dictã regulam declara & intellige, quòd taliter comparens admittendus erit, & recipietur in ſtatu & terminis, quibus tunc cauſa reperitur, vt in c. ſi. in ſi. vt lit. pend. lib. 6 Bal. in l. ſi eo tempore. in ſi. C. de remiſſ. pigno. vbi voluit quòd tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam veniens, eiſdem terminis arctetur, quibus arctantur ipſimet litigatores. per c. vt circa, de elec. in 6. & ſequitur deciſ. Neap. 235. An tertius col. ſi. Anch. conſilio 87. omiſſio, col. 1. in prin. Aym. conſi. 14 procurator fiſci, col. 2 Et propterea ſi ex ſtatuto vel alias inſtantia ad nullitates proponendum tunc temporis eſſet perempta, & tertius comparens litem huiuſmodi agitari ſciuiſſet amplius

plius ſuper nullitatibus non audirentur: quia præcluſa via principali litigatori cenſetur etiam tertio eidem principali adhærenti præcluſa, vt not. Pet. de Ancha. in cle. cóſtitutionem. de elec. & in d. c. 2. in fi. vt li. pend. li. 6. & trad.
26 Alex. poſt Bar. in l. fi. per luſorio, in verb. teſtes. ff. de appel. & in conſi. 82. in cauſa inter Petrũ, col. fi. li. 1. prout idem ſeruari videmus inhærentibus appellationi ab alio interpoſitæ: quia intra tempus ſtatutum ad appellandum, videlicet, decem dierum adhærere debet. vt gl. in c. vt circa, in verb adhærentes, in fi. de elect. & in c. concertationi. in verb. grauatum. in fi. de ap. lib. 6. Tenet Bald. in auth. hodie. in fi. C. de ap. & Rot. deciſ. 225. adhærentes, in no. cum alijs de quibus per Fel. in d. c. ſuper, in fi. de re iud. & Alex. in conſi. 101. viſo, 1. & col. 1. & conſ. 135. ponderatis col. 2. ver. & eo magis. lib. 2. & Gui. Pap. q. 13. ego retuli.

Et intellige (vt dixi) quando taliter comparens habuit notitiam litis motæ, ſecus ſi eam ignoraſſet: quia tunc ſibi non imputaretur, argument. c. quamuis, cum materia, de re iud. & l. ſępe. ff. eo. tit. Card. in cle. 1. q. 4. eo. titu. & Fel. in d. c. veniens, col. 4. verſ. ſecundo fallit. de teſti. & notabis vnum in hac materia, quod in caſibus in quibus ſententia nocet tertio, non nocebit, ſi lata fuerit contra abſentem, aut non defenſum: vt tenet & latè comprobat Alex. conſi. 84. in cauſa, col. 1. & 2. lib. 3. Et Hypp. ſingu. 4. incipiente, Quamuis aliquo caſu, &c. & Mattheſi. ſingu. 26. Nota regulam &c. Et Boer. deciſ. 79. col. 2. nu. 4. prout etiam eidem tertio non conſueuit nocere ſi ſententia nulla per reſcriptum principis confirmaretur ſecundum Ange. conſ. 85. in cauſa quæ vertitur, col. 4. lib. 3. quem etiam refert & ſeq. Curt. ſenior. conſi. 62. magnifice vir, col. 3. verſi. confirmo vlt.

27 Tertio (limitando) ſupraſcriptam regulam declarat, tertium comparentem, ac nullitates proponere volentem audiendum fore: dummodo non abſit pręſumptio malitiæ, ſeu calumniæ, quod talis veniat ad cauſam vt faueat ipſi reo conuento, & cauſam impediat & differat expeditionem: tunc enim audiri non deberet ad effectum im-

pediendi. arg. c. ſuſcitata, extra de reſtit. in integ. & glo. in c. ſuper eo. in verb. tenebat, de off. deleg. ponit Fel. poſt alios in d. c. veniens, col. 3. verſ. Fallit primo. de teſti. &
28 dec Neap. 225. colum. 3. nu. 5. Debet namque quis pro ſuo iure ac præiudicio, non autem ad vtilitatem & commodum rei conueniri principaliter ad cauſam accedere: declarat Bal. in d. auth. nunc ſi hęres, 2. col. verſi. quartum corollarium, C. de litig. poſt Inno. & alios in d. c. cũ ſuper, & Anch. conſi. 104. pro declaratione, in fi. calumniæ tamen & malitiæ præſumptio ceſſaret, ſi nullitas ex aduerſo allegata, ſeu intereſſe comparentis appareret vel reſultaret ex actis: quia tunc dicitur euidens & notoriam, ac omnem malitiam & calumniam excludit: vt per Alex. conſi. 232. col. 1. num. 17. lib. 4. & conſ. 77. num. 2. lib. 2. & Deci. conſ. 8. nu. 7. lib. 1.
29 Quarto & vltimo (limitando) ſupra ſcriptam regulam declara & intellige, dummodo perſona ipſius comparentis ſit habilis & capax ad huiuſmodi remedium in iudicio proponendum; quia aliàs non eſſet audiendus: puta ſi eſſet excõmunicatus, per c. pia, in fi. de excep. lib. 6. quoniam ex quo venit ad cauſam, veluti actor, ſi fuerit excõmunicatus, non poterit dicere de nullitate: vt vol. But. Imol. & Abb. in c. ſignificauerunt, vbi etiam Fel. ibi, col. 6. in fi. & in c. fi. col. 3. 16. Fal. extra de excep. poſt Anch. in conſ. 329. ad dubia, per c. 1. de reſc. in 6. Secus ſi in cauſa eſſet reus: nam excipiendo & ad defenſionem ſuper nullitate etiam excommunicatus audiretur: vt per Bald. in c. intelleximus, de iu. & Alex. in l. de pupillo. §. ſi procura-
31 tor. circa. fi. ff. de op. no. nun. Et quod dicimus de excommunicato, intelligimus etiam de quocunque alio inhabili & incapaci in iudicio ſtandi, vt puta ſeruus, religioſus, filiusfamilias, & alij, qui ſine conſenſu ſuperiorum regulariter in iudicijs ſtare non poſſunt. Materia etenim & remedium iſtud nullitatis ſine iudicio expediri non poteſt; vt inquit Bald. in rub. C. quo ap. non reci. Idcirco incapaces iudicij poterunt & debebunt ab huiuſmodi obiectu & exceptione repelli.

Quid

32 Quid autem ſi de illo falſo procuratore, qui ſub nomine veri procuratoris egerit & ſuccubuerit, ac poſteà hęres ab eo, cuius nomine egerat, inſtitutus, vult agere de nullitate ſententiæ contra ſe procuratoris nomine latæ, nunquid ſit audiendus, fuit antiqua quæſtio Pilei: & concludi conſueuit quod talis non ſit audiendus: cum ſententia huiuſmodi quoad ipſum falſum procuratorem lata, valuerit, licet reſpectu domini non fuerit valida: vt tenuit glo. in l. ſi expreſſum, in ff. de appel. quam ſequitur Rot. vt per Ægid. conclu. 29. ſententia. per l. 3. §. falſus. ff. rem rat. hab. & c. 51. ff. de ſuperſi. Vnde talis, in exceptione huiuſmodi ſummoueri debebit prout concludebat ille antiquus doctor, quem ſecutus eſt Spec. in tit. de ſent. §. quoniam. col. 4. verſi. quid ſi procurator, vbi latè ponit. Io. And. qui etiam ponit quæſtionem de iudice ſuccedente illi, contra quem ſententiam tulerat, nunquid poſſit proſequi cauſam nullitatis eiuſdem met ſuæ ſententiæ: vbi vide per eum, & Rom. qui præm ſſa ſequitur in l. ſtipulationem. la prima. q. 21. de ver. obl. ſenſit Anch. conſil. 333. ad dubia, col. 2. num. 6. Bal. in l. modeſtinus. ff. de ſol. & melius in l. ſi creditoribus, vbi etiam Fulg. C. de ſer. pig. manudati. & Ruy. conſil. 53. col. 6. verſicu. alia etiam ratione lib. 2.

33 NVNQVID autē (aliquo modo) ſimpliciter appellare prohibitus, intelligatur etiam prohibitus dicere & excipere de nullitate? Breuiter omiſſis pluribus, dicendum eſt quod nō: quia cum appellatio, & nullitatis dictio, ſint duo iuris remedia adinuicem ſeparata, ac ex diuerſa cauſa orientia, remoto ſimpliciter vno remanet aliud & prohibitio & remotio huiuſmodi ad aliud extendi nō debet, tanquā a iure communi exorbitans & odioſa, vt videtur deciſio. Bald. in l. eos. §. ne temere in prin. per. illum text. C. de app. dum inquit, ꝙ lex pœnalis ac prohibitiua appellationis ad nullitatem, quæ ſeorſum ab ipſa appellatione examinatur, non extenditur. per illum tex. in l. contra maiores. C. de inof. teſt. Secus ſi nullitas eſſet permixta appellationi ſecundum eum. & idem Bald. in l. cum

lege.

lege.in princ. C.de epiſc.& cle.aſſerens ꝙ licet ex forma ſtatuti teſtamentum inſinuatum reprobari non poſſit: poterit tamé dici nullũ ex defectu ſolemnitat s.Idé et á ſentit add.ad Specu.col.18.verſ.ſtatutum dicit,& in tale pactum §.qui prouocauit.q.13. ff.de pact. & ponit Franc.in c.dilecto,q.57.cum ſeq.extra de app.Et.quòd remota appellatione reliqua iuris remedia non ſint ſublata, eſt communis ſententia doctorum, vt inquit Deci. in conſil.533. iuridicas.col.2.in princ.per text.in l.domus.in princ. ff.de ſerui.ruſt.præd. & l.planè vbi Barto.& al j.ff.quod vi aut clam.tenet Guid.Pap.quæſt.38.verum quia & eſt bonus in c. vt concertationi. vbi in terminis noſtris hoc notant Philip.Franc.& alij de ap.li.6.& tex.in c.inter cæteras de re iudi.& c.licet in fi.de ſent.excom. in 6.& in l.ſi expreſſum.ff.de ap.cum ſimil.in quibus patet quòd remota,ſeu deſerta appellatione, quis non prohibetur vti remedio nullitatis: ex quo appellationis prohibitio, vel illius remotio,aut omiſſio nullitatis defectus & vitium non purgant: vt inquit Alex.in conſil.123.diſcuſſis. col.5.lib.1.& conſ.47.in fi.lib.5.& deciſ.Neap.354.in cauſa num.18.& Lap.alleg.1.verſicu.2.præſuppoſito 3.cum ſimil.& tenet Ang.in conſ.107.Iacobellus in princ.

34 Et propterea videmus ꝙ licet in cauſa momentaneæ poſſeſſioni de iure ciuili appellari non poſſit, vt l.vni.C.ſi de momentanea poſ.& trad. Dec.aſſerens communem eſſe opinionem doctorum,in conſ.28.diuinum.columna 3. Poterit tamen per viam nullitatis ſententia in cauſa huiuſmodi lata, impugnari, vt volunt. Bal.in l.vni.col.2.C. ne in vna.ea.cau.& in d.l.vni.col.3. in princ. C.ſi de momen.poſ. cum alijs de quibus per dominum Alex.conſ.2. conſideratis.col.3.ver.quantum autem ad dubium lib.3. & Iaſ.l.1.in prin.col.4.verſi.vlt. Anch.de iuſtitia & iure & in l. Iitiæ textores.§.1.de leg.2.Aret.conſ.75.diligenter, col. pen. in fi.

Siue igitur quis renunciauerit appellationi,ſiue ab ea per ſtatutum, vel alias prohibeatur, quominus nullitatis
35 remedium intentare poſſit, prohibitus non videtur: ex

quo

quo renunciatio & prohibitio huiuſmodi (vt dictum eſt) ſunt ſtricti iuris, nec comprehenditur id, quod fuit expreſſum: vt voluit Bal. in l. prima, in vltimo no. C. de edic. diui Adr. toll. cum alijs, de quibus per Alexand. in conſilio 56.
36 Aldronandus, lib. 5. & conſ. 188. Viſo. col. fi. lib. 2. & Dec. conſ. 377. & 379. requiſitus. ſecunda col. lib. 3. Aret. conſi. 75. diligenter colum. penul. Et intellige quod remota, ſeu deſerta, vel alias prohibita appellatione quis non eſt remotus, neque prohibitus dicere de nullitate, ſeorſum, & principaliter ab ipſa appellatione: quoniam nullitas illa quæ acceſſoriè ac virtualiter ineſt ap. & incidenter cum ea deduci videtur, iuxta tex. in l. Carm. pio. ff. de iure p. & l. quæd. mul. ff. famil. erc. per remotionem principalis, videlicet ipſiuſmet app. ipſa etiam nullitas tanquam acceſſoria remota intelligitur: vt decl. Bald. & alij in locis de quibus ſupra. & idem Bald. ſeu Tancred. in ſumma ſua, in ti. de ap. quęſt. fin. & in l. 1. in princ. C. de ſent. ex peric. recit. & in d. §. qui prouocauit. q. 13. & Franc. in d. c. dilectio q. 49. & in c. interpoſita. §. fi. verſ. 4. quæritur extra de appel. & declarat Bar. in l. 1. col. 4 ver. Nec obſtat. C. quand. prouoc. non eſt nec. & Anch. in cle. 1. in prin. de re iudi & Fel. in cap. ſi autem. colum. 4. verſic. per illum textum dicit Innoc. de reſc.

Et non tantũ ſimpliciter appellare prohibitum, non cẽſetur prohibitus de nullitate excipere quinimò etiã quòd quis expreſsè prohiberetur dicere de nullitate, ſeu quòd ipſa nullitas per ſtatutum, vel alias eſſet remota, adhuc tamen ſuper ea in multis caſibus audiendus foret; vt putà ſuper nullitate ex defectu poteſtatis & iuriſdictionis
37 proueniente: quia quantumcunque per ſtatutum, ſeu reſcriptum, prohibeatur ſeu remouetur nullitas, in tali ꝓhibitione ſeu remotione non includitur nullitas ac defectus iuriſdictionis. vt voluit gl. quam ibi communiter ſequuntur doctores, in clem. 1. in fi. de ſequeſt. poſ. & fruct. Baldus in l. generaliter. ſecunda col. de epiſ. & cler. Paulus Caſtrenſis in l. fin. C. de arbi. Corſer. in ſingul. in verb. ſtatuto cauetur. Abb. conſi. 82. conditor. colum. penult. lib. 1.

Deci.

Dec.conſilio 520 in cauſa,in fin.& conſil.360. Perſcrutatis.in prin.& Ioan.Bapt. Peruſin. in tract.de arb.lib.7.c.1. ver. prima regula eſt communis opinio doctorum, vt aſſerit Alexand. in conſi.79. in cauſa, & lite, in fin.lib.7. Etiam quod eſſent latè tres conformes ſententiæ,& vlterius quis ſuper nullitates audiri non poſſet iuxta terminos cle. 1. de re iud. quia nihilominus ſuper hac nullitate iuriſdictionis audietur: vt ponunt Doct. in ſupraſcriptis locis.& Idem Alexan.in conſil.77.in cauſa. colum.4. lib.2.& Franc.in c.dilecto,quæſtio.53.& quæſt.56.de ap. & Dec.in conſi.38.c.1.col.pen.num.7.lib.1.& conſilio 8. num.8.eo lib. etiam ſi quis iuraſſet non dicere de nullitate,quia adhuc ſuper iſta erit audiendus,vt declarat idem Franc.in d.c.dilecto.q.52. verſicu. limita ſexto. & Feli.in c.ex parte.col.5. in 17. fallen. de offi. deleg. poſt Ang.in conſi.184. ibidem relatum & ponit idem Feli. in rub. de fo.comp.& in c.paſtoralis,col.3.verſicu.amplia etiam, de excep.& Dec. conſi.434.placet.in fi. vbi loquitur de nullitate laudi ex iſto defectu.lib.3.& Card. Pariſ.conſil.45. ſatis col.5.num.29.lib.1.Soc.conſi.95.nu.18.lib.3. & facit quod ponit Paul.de Caſt.in conſil.17.lib.1.cum ſi.late per Aret.d.conſilio 75.diligenter, colum.pen.& fin. Goza.conſ.72.in cauſa, nu.6. cum ſeq.

39 Poteſtas etenim ac iuriſdictio in omni actu pro conſtanti a lege ex mente ſtatuentiũ cõtinuo præſupponitur vt declarat Bart.in l.2.§. prætor ait. ff.qui ſatiſ. cog.cum alijs,de quibus per Dec.conſ.490.in cauſa quæ, colum.4. verſic.ſecundo reſpondetur,& conſil.360.num.2.Idcirco cum deficiat poteſtas iudicantis,non poteſt dici quod ſit ſententia,vel quiuis alius actus iuridicus prout à lege ſeu ſtatuto præſupponitur: & propterea in primis conſtare debet, ꝙ lex ſeu ſtatutum prohibens dicere de nullitate *ſententiæ*, vendicet ſibi locum, videlicet quod illa ſit ſententia, ſeu inſtrumentum, & ſimilia, quia deficiente poteſtate non merentur tali nomine nuncupari, per text. in l. 2.§. iudicatum.ff. de re iud.l.1.§.fi.ff. ad Tert.l.1.§.fi. ff.de pœn.Clem.paſtoralis,circa fi. de re iudi. ideo ſi qua-

litas à lege vel ſtatuto præſuppoſita non verificatur, lex & ſtatutum non procedunt: vt voluit Bar.in l.1.§.ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. col.2.C. de epiſ. & cle.cum alijs add. per eundem Dec. conſ.540. poſt prin. lib.4. & ſic per ſimilem prohibitionem non tollitur, quominus quis poſſit opponere ꝙ non ſit ſententia, puta ex eo ꝙ is qui eam tulit, nulli præerat poteſtati: quia ſimilis negatio nullitatem actus includens, ſub aliquo ſtatuto qualitercunque prohibente, non includitur: vt docet Bal.in l. ſi quidem, in 3.not. C.de excep. & in l. peremptorias, col.6.verſ.quæro quid ſit ſtatutum dicit C.ſenten.reſcin. non poſ. & Car.in cle. §.ſi.col. ſi.ver. ſecundò quæro, de ſequeſtr.poſſ.& fruct.

40 Et quod non obſtante tali prohibitione, opponi & negari poſſit non eſſe, neque dici poſſe inſtrumentum, vel ſententiã quæ impugnatur. tenuit Bart.in l.1.§.& parui. colum.2.ff.quod vi aut clam,& in l.non putauit.§. nunc quæuis. ff. de cont. tab. & in l. diuus Traianus. ff.de teſt. mi.& l.fideiuſ.§.prætor.ff.qui ſatiſ. cog.cum alijs de quibus per Fel. in c.ex parte. col.3. ver.Sublatis, &c.de off. deleg.Alex. conſ.33.viſo themate. nu.2.lib.1. & conſ.60. viſa,col.5.vbi dicit quod iſtam doctrinam Bar.ſequuntur vbique Doctores lib.2,ſeq.deciſ.Neap.21.dubitabatur, col.fi.& Dec.conſi.38.diuino,col.7.nu.7.& conſilio 458. diuino,col.1.Ruyn. conſ.14.nu.17.vol.2. & conſilio 78. num.8.vol.4. Tiraq. in tract. de retract.fol. mihi.17.ſub nu 8.cum ſi.quę poſuit etiam d. Anch.conſ.6.viſo,col.3.

41 Prout etiam ſub ſimili prohibitione ac generali remotione nullitatum, non videretur incluſa nullitas ex inhabilitate comparentium vel contrahentiũ inſurgẽs: quinimo talis ex coniectura ata mente ipſorum ſtatuentium excluſa,& excepta videri debet:& ideo quandocunque etiã de ipſa opponi poterit: vt declarat Bar. in d.l.1.§. & parui.& ibi Alexan. & alij per tex. in l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffi. teſt. ſequitur Anch. in Clem. 1.in x.not. de re iud.& conſi.177.viſis,conſi.2.verſi. præterea Aym. conſi.104.cauſa magiſtris in primo. & Feli.in d.c. ex parte,

te,in 3.col.ver.quartò limita, de offic.delega. & Rom.in conſi. 42. cum ſimi. de quibus per Hip. in l.ſi quis quæſtio.5.poteſt etiam alio modo nu.10.ff.de quæſt. Nam aliter dicendo: per huiuſmodi generalem nullitatis reiectionem videretur inducta diſpenſatio, & data facultas incapacibus & inhabilibus validè contrahendi, ſeu in iudicio ſtandi cum paria ſint diſponere quod actus va-
42 leat, vel quod de illius nullitate dici non poſſit: vt notatur per glo.fin.in l.qui habeat.§.1.ff. de manumiſſ.ex teſtam.& trad. Deci.conſi.456.num.1.& conſi.557. colum. fina.num.13.
43 Diſpenſatio autem, & perſonarum habilitatio præſumi non debet, niſi quatenus expreſſè & legitimè de ea conſtiterit per tex. in c. fi.de ſimo. & in cle. fi. vbi glo.in verb.approbare. de ſenten. excom. & in c.cum in iure, de offi.deleg.Spec.in tit. de diſpen. §.qualiter. verſ.nunquid,&c.& ponit Alex.in eo, quem ſemel conſtitit eſſe furioſum, quod non præſumitur effectus ſanæ mentis, in conſi.147.viſo themate.col.3.lib.7. ſtatutum igitur & diſpoſitio loquens ſimpliciter de perſonis debet intelligi de habilibus nō autem de inhabilibus & à iure reprobatis.l.vt gradatim. §.& ſi lege. ff.de mu. & hon. not. per Bar.in l.habeat.C.de ſacr.eccl.prout refert & ſeq. Ancha. conſi.416.plures, col.1. nu.2.& conſi.107. in quæſtione col.fi. vbi vide conſi.202. de iur. communi colum.1.defectus etenim inhabilitatis eſt multum releuans, & reddit
44 actum retro nullum.l.ſeruus,& ibi no.C.de iud. licet.C. de procur. c.in noſtra eo. tit. & propterea lex inſtruit primò quærendum de perſonis, nunquid ſint legitimæ,& habiles,vt in l.ſi quæramus. ff.de teſta. l.non ignorat.C.qui accuſ. non poſ. l.quidam referunt in verb. eſſe enim debet &c.de iure cod.ponit Dec. conſilio 471.Iuridicam,in prin. lib.4. quod procedit in quocunque iudicio quantumuis ſummario, vt per Bar. in l.2. C.de edic. di. Adr. tol.& in conſti.ad reprimendum, in verſi.figura.colum.2. Bal.in l.3.§.ibidem.ff.ad exhib.cum alijs de quib.per Iaſ.
45 in rub. C.qui admit. & latius per eundem Hip. in d.l.ſi

quis. num.6. de quæſtio. Et hinc eſt quòd iudex (maximè in cauſa ſpirituali) ex officio alieno nomine comparentem ad exhibendum poteſtatem ac mandatum cogere poterit, ſecundum glo. in verb. abſentia, in c. 1 de elect.
46 lib. 6. latè declaratam per Feli. in c. Cauſam quæ. de iudi. ac etiam ex eodem proprio officio poterit inhabiles comparentes repellere, iuxta not. in l. filius. §. veterani. ff de procur. & in l. quos prohibet. ff. de poſtul. etiam quod eſſent teſtes a partibus inducti, qui ſi inhabiles fuerint ex officio poſſunt a iudice repelli, vt declarat idem Feli. in c. cum i. & a. colum. 3. verſic. poteſt colligi. de re iudi. & in c. intimauit. colum. pen. verſic. vlterius dicit in te teſt. & Rom. conſi. 67. viſo circa ſi. idcirco niſi (vt dictum fuit) expreſſè conſtituerit de habilitate ſeu diſpenſatione, inhabilitatis exceptio, ac nullitas ex ea prouemens in dubio non dicetur per ſimilem prohibitionem ſublata, maximè quando talis inhabilitas à iure naturali proueniret: quia tunc, etiam quòd a principe apponeretur clau-
47 ſula, omnes & quoſcunque defectus ſupplendo, &c. per hoc non videretur ſatis factum, per textum. in clem. paſtoralis §. cæterum. vbi Car. Anchar. & alij de re iud. & ponit Aym. conſilio 104. in cauſa mag. in princ. Clauſula & etenim ſupplentes, &c. ad ſolennitates iuris poſitiui tantummodo refertur: vt inquit Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum. verſic. 18 ſupplet. & Abb. in c. illa. num. 3. de elect. Aret. conſi. 8. abundè, col. 2. verſic. 3. hoc confirmatur. Alexan. in conſi. 79 col. 5. lib. 1. & conſi. 111. perſpectis. colum. 2. verſ. tamen iſtis. lib. 6. & Dec. conſi. 602. pen.
48 & conſil. 410. colum. 4. & Soc. conſ. 164. viſa bulla, col. fin. lib. 2. ſiue etiam quod eſſet appoſita clauſula motus proprij: quoniam per eam non tollitur inhabilitas, neque inducitur diſpenſatio vt voluit gloſ. in cle. ſi Romanus. in verb. validam. de conceſ. præb. Feli. in c. cauſam, q. 2. col. de teſt. & Rot. deciſ. 112 dicebant domini. & 445. not. licet proprius motus. in no. & plenius ponit Dec. conſ. 402. viſis. col. fin. lib. 3.
49 Minus etiam per huiuſmodi generalem nullitatis prohibitio-

hibitionem ac remotionem cenſetur remota nullitas ex defectu citationis prouenient. quia cum talis ſit iuris naturalis defectus, à principe vel ſtatuto tolli non poteſt cle.paſtoralis,ver.cæterum,de re iud.1.& ibi Abb.de cau. poſſ. & propr. & in c.cum olim.colum.pen. de re iud.ponunt legiſte in l.1.C.de legi.& l.fi.C.ſi contra ius vel vtil. pub.& ꝙ talis nullitas a ſtatuto qualitercunque loquente & prohibente cenſeatur excluſa. tenet Innoc. in c.tua nos,de cohabi.cle.& mul. Bal.in l.1.colum.3. C.quom.& quand iud. Cald.in conſ.8.in fi.de re iud. Ancha.in conſil. 202. alias 211.incip.de iure communi. Ang. in conſ.221. per dominũ Obicinũ,& in conſ.145.in facto proponitur, cum alijs,quos refert,& ſeq. Alex.conſ.225.in prin.lib.6. & Dec.conſ.38.col.pen.nu.7.& conſ.416.col.4.nu.17.& conſ.603.viſo puncto,nu.11.& conſ.681. col.fin.lib.5.& Abb.in conſ.92.Chriſti,vol. 1.

50 Prout & ab hmõi ſimplici & generali prohibitione nõ intelligitur comprehenſa nullitas ex capite alterius ſtatuti ſeu reſcripti inſurgens: ne ſtatuẽtes ſeu reſcribẽtes ſeipſos incõtinẽti correxiſſe videantur.arg.l.præcipimus.in fi. C.de ap.& l.fi.C.de teſta.tenet Bar.in l.1.§.& paruiff.qđ vi aut clam.& Io. And.in add.Spec.in tit.de execu.ſen.§. fi.ver.16.Bal.in l.1.in vlt.col.de cond.inde.ponunt Doct. in d.c.ex parte,de off.deleg.& firmat Alex.in conſ.87.viſis,col.4.li.3.& conſ.145.viſo proceſſu,in fi.lib. 5. & conſ. 64.circa col.fin.lib 4.& Anch.conſ.73.viſis omnibus,col. 2.& conſ.147.viſis,in fi.& 271.de titulis, in fi.

51 Inſuper neque reiecta intelligeretur vel excluſa nullitas ex facie actorum reſultans,cum talis dicatur euidẽs & notoria vt docet Alex.in con.59.num.17.lib.4 (& diximus ſupra) remota etenim exceptione ſeu nullitate non intelligitur de notoria & manifeſta.c.inter cæteras. c.qua fronte.c.paſtoralis,de ap.c.veniens. el 2. de teſtib.& gl.in c.excomm quæſtio.in verb.appellationem, de teſt.ſpol.& glo.in cap.ſuſcitata.in verb.ſententiæ,de reſtitu.in integ. fecit tex.in l.2. & ibi glo. de edic.diui Adr.toll. & gloſ.in verſicu.imperfectam,in l.prima,in §.ſiue autem. ff.de tab.

exhib. & l.ſi in alterius, in fine. C.ſi mi.ſe maior.dix.cum alijs,de quibus per Abb.in cap.ſuper eodem,de offi.dele. & Anto. Corſet.ſing.90.alias in verb.exceptio ver. ſi ſtatutum tollat exceptionem,&c. Aret.d.conſ.75. diligenter in fin.

Et quòd nullitas notoria & manifeſta ſtatuto ſeu diſpoſitioni nullitates reijcienti non includatur, ſed illo non obſtante proponi poſſit,tenuit Bald.in l.prima.C.ne li.ter.prouo. & in 1. ſi vnus. §.pactus ne peteret. col.14. ff.de pact.Imo.& Alexand.in l.de pupillo.§.qui opus columna pen. ff.de no.oper.nunc.Io.Bapt.Peruſin.(qui fuit Bar.gener.)in tract.de arb.lib.7.capit.11.columna prima, verſi.ſecunda regula.& Abb.in conſi.55.in cauſa,lib.2.& conſil.44.in præſenti,lib.1.& Ancha.in conſil.207.de iure communi.Alex.in conſ.77.viſis,colum.3.in fi.lib.3.vbi poſt Imo. refert domi. de Rota ita tenere. & etiam idem tenet in conſi.86.numero 13.lib.2. & in conſil.105.col.2. in fin.libro 5.& Deci.conſilio 8.numero 8.& in conſi.49. lib.1.& conſilio 404.numero 6.lib.3. latiſſimè examinat Franc.in cap.dilecto,quæſtione 52.in 8.limita. de app.& Fel.in cap.inter cæteras.colum.5.verſ.ſexta declaratio,de re iud.etiam quòd eſſent latè tres conformes, prout latè comprobat d.Pariſ.conſ.99.aſſenta.colum.1.nu.23.lib.3. poſt Oldra.in conſilio 107.& alios de quibus ibi.& vide Goza.conſ.103.colum.3.ver.9.& ſi ſententia Aym.conſil.3.num.4.

Talis etenim ex actis reſultans & notoria nullitas non
52 indiget aliqua propoſitione ſeu allegatione: vt trad.Angel.in l fina. ff.de pet.hæred. & Alexand. & in l.prima,C. vt quæ deſ.aduo.& Feli.in c.cùm ordinem,colum.8.verſ. prima declaratio, de reſcrip. & Deci.in l.lecta,col.9. ff.ſi certum petatur. Ita enim limitari conſueuit illud, quòd licet notorium releuet ab onere probandi non tamen releuat ab onere proponendi: iuxta glo. notab. in clemen. appellanti in verb.iudex,de appel. & Anch.conſilio 388. in caſu,colum.2. num.6. Nam debet intelligi de alio no-
53 torio quàm ex actis reſultante: vt per eundem Felin.in

cap.1.

cap.1.colum.7.verſic.quarta declaratio, de re iudi.& Gome. in reg. de annali. in 4. quæſtio. in fin. prout etiam hoc caſu non requirere, vt quòd iudex per ſuam interlocutoriam declarare huiuſmodi notorium: quamuis in alijs caſibus ſi iudex hoc faceret, eſſet optima cautela: vt docet Abb. in cap. ad noſtram, lo 2.colum.fin.de iureiurando.& ſequitur Deci. conſil.544.ſereniſ. colum 4.verſic. non obſtat, l. 4. hæc igitur nullitas opponi poterit,
54 etiam quòd terminus ſeu inſtantia de nullitates proponendum foret elapſus, maximè per viam exceptionis, & defenſionis: vt declarat Alexan. in conſilio 225.colum.3. numero 11.lib.& melius conſil 82. viſo colum.4.verſicu. non obſtant. lib.3. & ita intellige eundem in conſil. 105. ponderatis, colum.2. in fin. lib.5. & Abb. in dic. cap.55. Iaſ. conſilio 44.lib.3. in princ. declarat. Franc. in d.cap. dilecto. quæſtio. 54. colum. ſi vbi format ſimilem quæſtionem: Quicquid in contrarium dixerit Paul. de Caſtr. conſilio 287. ad princ. in 2. dubio. & conſec.303. ſuper colum.2.verſicu. concludo ergo lib.1. & Aym.qui illum refert conſil.279.in cauſa appel. colum.2 num.4. & facit quod voluit Bald. in l. 1. circa fin.ff.de hæred. inſtit. & in l.ſcire oportet.§.fin.& in l.1.& 2.& 3.col.C. de iur. & fact.igno. Alexan.poſt Barto.in l.facultas, in prin.C.de iur.fiſ.lib.10.& quod ponit Felin.in cap.ex parte, colum. pen. in princ. de offic. deleg. dum voluit quod terminus ad excipiendum non comprehendat nullitatem: & quòd ſi ſtatutum prohibeat alicui ne fiat ius: non videatur denegata defenſio, vt per eoſdem.

Intellige præmiſſa etiam ſi de nullitate conſtaret per inſtrumentum publicũ:quia & tunc diceretur notoria,ſecundũ Abb. in c. cum olim.in vlt. not. de cenſi. probatio nanque facta per publicum inſtrumentum dicitur euidens,vt docet idem Abb. per illum tex.in cap. cum dilecti,in 1.not. de dona.& manifeſta: vt voluit Bart. in l. 1. in prin.col.2.ver.venio ad quæſtiones.ff.de ope.no. nunciat.ac probatio probata, vt per Barto.in l.intereſt.in vl. not.C. de ſolut. & in l.quoties, in fin.C.de iud.quos re-

fert & ſequitur Dec.in conſil.424.negari.col.2.lib.3. habens igitur inſtrumentum in manibus, ac illud abſque alia dilatione oſſendens diceretur incontinenti probare: & ſic ceſſaret ratio malitiæ & fraudis à ſtatuentibus præſumptæ: vt voluit Bald.in l.2.C. de edictio diui Adr. tollen quem adducit in propoſito idem Philip.Dec.conſ. 424.proponitur,colum.2.circa medium, & conſilio 477. bene colum.2.in princ.lib.4.& conſil.488. in cauſa, poſt princi.& conſil.446.in cauſa, colum.2.verſic.tertio concurrit.eo.lib. ac etiam ponit in conſilio 682. in cauſa, in princ.lib 5.

55 Et rationem eiuſdem euidentię & notorietatis,ſtatuto ſeu prohibitione præfatis non obſtantibus poterit opponi de inepto libello: quia & iſta nullitas dicitur notoria ex actis inſurgens,ſecundum Bar.in l.1.C.de error.cal.& nunquam intelligitur ſublata per ſtatutum: vt voluerit Bal.& Ang.in l.tale pactum.§.qui prouocauit, & Canoniſtæ in cap.cum dilecti, de emptio.& vendi. Lanfr.in ca. quoniam contra.in verb.exceptio.nu.8.de probat.& ponit Felin.in d.cap.ex parte, colum.5.verſicu. decimoſexto,de offic.deleg.ad quod pertinet illud quod ponit Alexand.in conſilio 79. num.1.lib.2. dum voluit nullitatem ineptitudinis libelli eſſe irreparabilem, & reformari non poſſe.

56 Idem foret ſi nullitas ex perplexitate ſeu contrarietate prouenirет:quia & hęc non cenſeretur à ſtatuto excluſa:vt declarant Doct.in ſupraſcriptis locis, maxime Fran. in d.c.dilecto,q 52.& Feli.in d.c.ex parte,in nona fallen. & Dec.in conſi.8.nu.8.lib.1.& conſ.644.viſo circa fi.li.5. & in l.vbi repugnantia.ff.de reg. iur.

57 Et nedum nullitates ex actis reſultãtes & notoriæ à litigatoribus propoſitæ reijci non debent, quinimo etiã ipſis litigatoribus tacentibus, idex ex officio ſuo eaſdem quandocunque tollere, & reuocare debet:hoc etenim ad eius officium ſpectat, ne fruſtra litigari contingat. argu. tex.in cap.1.extra de procur. & c.cauſam quæ. de Iud.& c.indemnitati.§.ſanè vbi Dominicus hoc idem voluit de

elect.

elect.in 6. & Bal.in d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, & in d.l.plane.ff.de pet.hæred.& Car.in clem.1.q.16.de re iu dic.& firmat Alex.in d.conſec.225.nu.3.lib.6.conſec.77. num.20.lib.3.& Felin.in d.c.ex parte,col.penult.ff. de officio deleg. & diximus ſupra, & facit quod ponit Guid. Pap.quæſtion.292. ſi alicui & Anchar.conſilio ſexto,viſo,columna 3.verſic. contrarium credo, & conſil.211.de iure communi,in fi.Rom.conſilio 42.& conſil.51. attentis,& 69.nu.2.

Et nempe interpretatio huiuſmodi & declaratio quòd ſuprafcriptæ nullitate & ſimiles ſub generali diſpoſitione incluſæ non videantur,eſt multum æqua,iuſta,& rationabilis,vt per eundẽ Anch.conſi. 227.in quæſtione, col. fin. vbi dixit quod ſimilia ſtatuta ac prohibitiones non cenſeri reiecta nullitate quæ tangit poteſtatem agentiũ, vel quæ habet in ſe dolum tangentem ſubſtantiã negotij de quo agitur: puta quod quis corruperit iudicẽ vel falſum ſugeſſerit, & quod ita interpretari eſt ſanctum & æquum ne quis diſpendium patiatur. & idem tenet d.conſil 211.de iur.columna 1.& Ang. conſi.187.A.& 6.col.fi. nu.1.& in fi.vbi vide de hoc: alias videretur preclusa via quibuſuis defenſionibus: ac ſequerentur mille abſurditates & inconuenientia:& talis diſpoſitio in ſe magnã contineret iniquitatẽ contra ſubſtantialem legis c.erit autem lex.4.diſt.& l.fi.vbi Bal.alij & l.quoties. & l.reſcripta.C. ſi contra ius & no Inno.in cap.quæ eccleſiarum, vbi Bal. col.4.extra.de conſtit.cum alijs,de quibus per Dec.in cõſil.410.colum.4. num.19.lib. 4. & propterea non eſt admittenda talis interpretatio: vt docet Alexan. conſil.83. viſa,columna 2. verſicu. & ſtatuta non ſunt, libro ſecundo quia præſumi non debet quod ſtatuentes voluerint
58 iniquitates fouere, & tollere defenſiones, ac ius vnius dare alteri:vt inquit Abbas in dicto conſi.55.in cauſa, columna 2. lib.2. Talia igitur ſtatuta ac ſimplices & generales nullitatum prohibitiones ad id quod veriſimile & rationabile reſtringi debent. argum.capit. in generali de reg.iur. in 6. cap.fin. de offi.vic. cap.2. de pœn. eo.lib. not.

not.gl.in c.licet, in verb. exceptione, de elect. & tex.in c. ad noſtram, el 3. de iureiuran. cum alijs, de quibus (in terminis ſtatuti loquendo) tradit Alexand.conſil.3. viſis, colum.2.lib.2.& Dec.in conſilio 64.in fin.libri primi, & conſilio 432.columna ſecunda lib.5. Aym.conſilio 3.col. 1.cum ſeq.

Verbi etenim generaliter & indefinitè prolata generaliter & indefinitè intelligi debent, vbicunque ſubeſt eadem ratio, quia moti ſunt ſtatuentes ad id faciendum: ſecus ſi non ſubſit, ſed potius diuerſa, quia tunc ne inſurgat abſonus intellectus, & quis indebitè patiatur, vel cum iactura aliena locupleretur, reſtringuntur, declarantur, & limitantur. l.vt gradatim. ff.de mun. & hono. lib.2. C. de noxal. per Bartol. in l. talis ſcriptura, de lega. primo. cum alijs de quibus per Abb. in conſilio 97. viſo inſtrumento, in fin.lib.2.& Alexand. conſilio 50.viſis & opportunè. colum. penul. verſicu. ſecundo reſpondeo, & conſilio 52. colum.1. lib.1. Talis maximè in materia noſtra capienda eſt interpretatio: quia nullitatis defectus facto, culpa, & temeritate ipſius aduerſæ partis prouenit: & exceptio ex facto aduerſarij proueniens non videtur incluſa ſub generali exceptionem remotione, vel renunciatione. arg.l. qui officij. ff. de contrahen. empt.l.penult.C.de nau.fœ. & ponit Rom. conſilio 472. in eo quod quæritur. colum.fina. & Deci. conſilio 27.colum. 1. verſicu. Tertia eſt, lib. primo cum ſimil. & quicquid ſit ſtatutum ſeu diſpoſitio tollens actionem, ſeu exceptione nullitatis officium Iudicis nunquam tollit, & propterea ex nullitate grauatus, & per ſimilia ſtatuta excluſus ſemper ad Iudicis officium recurrere poterit in 10.not.& in l.planè, verſicu.benignius, & in l.fin.in fi. vbi Bartol.& alij. .de peti. hæred.& in l.1.§. & parui.ff. quod vi aut clam. habetur inter conſil.Anch. conſil.208. Iudex, colum.3.verſicu.de nul.autem. Cum alijs add.per Felin.in cap.ex parte,& 2.colum.penul.verſicu.ſed pone, de offic.deleg.

IN RVB. SEV TITVL. *An quælibet ſententia, &c.*

SVMMARIA.

1 *Sententia quælibet poteſt dici nulla.*

2 *Iudices quicunque ſiue maiores ſiue minores in iudicando generales leges obſeruare debent: aliàs eorum geſta non valent.*

3 *Sententia etiam præfectorum prætorio poſſunt ex vitio nullitatis impugnari.*

4 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

5 *Cardinales in Rom. cu. præſentes præfectis prætorio, abſentes verò proconſulibus adæquantur: ideo illorum ſententiæ nullitatibus ſubijciuntur.*

6 *Legatus de latere non poteſt iuris ordinem remittere. Princeps eſt legibus ſolutus ac ſupra omne ius poſitiuum; ideo nullitas in eius auditorio non attenditur; ſed veritas rei geſtæ. nu. 8. vide de prin. poteſt. hic.*

9 *Fatalia non currunt in auditorio principis & noue dantur induciæ.*

10 *Princeps nigrum in candida vertit, nec eſt qui dicat illi cur ita facis?*

11 *Sententia ſupremi principis, & an quibus nullitatibus ſubijciatur.*

12 *Princeps quandoque ſe declarat in procedendo nolle à ſuis legibus declinare, & tunc ſolennitates iuris ſeruandæ ſunt.*

13 *Sententia & diſpoſitio principis ſubijcitur nullitatibus à iure duntaxat naturali prouenientibus non autem à iure poſitiuo, & nu. 19.*

14 *Citationis defectus eſt de iure naturali, ideo vitiat ſententiam principis.*

15 *Nullitas proueniens ex omiſſione cauſæ cognitionis, ac defectus mandati, contra ſententiam principis opponi poteſt. num. 16.*

17 *Clauſula ſupplente, &c. trahitur ad defectus iuris poſitiuì tantùm.*

18 *Clauſula ex certa ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine, operatur quando cauſa cognita proceſſum fuit, & ſuper his quæ*

ver-

veriſimiliter non præſumitur quòd princeps ignorauit.

20 *Princeps in dubio non præſumitur quòd vti voluerit poteſtatis plenitudine neque certa ſcientia: aut quòd voluerit legum aut iudiciorum ſolennitates & iuris ordinem ſubuertere. num. 21. & 22.*

23 *Princeps conſueuit cauſas coram ſe vertentes diligentiſſimè tã reſpectu iuſtitiæ quàm rectitudinis proceſſus examinare, & perperam factum reuocare.*

24 *Cauſæ in conſiſtorio principis commiſſæ, ſi in illis iuris ordo omittitur facilius impugnatur, quam aliæ.*

25 *Sententia principis ac etiam Romanæ ſedis quandoque in melius conuertitur, & corrigitur & emendatur.*

26 *Princeps præſumitur quod vti voluerit poteſtatis plenitudine, quando actus ab eo factus in totum quoad formam iuris peccaret, & hoc vt actus ſuſtineatur.*

An quælibet ſententia, & a quocunque etiam maximo magiſtratu prolata per remedium nullitatis impugnari poſſit.

VIDIMVS quis poſſit dicere de nullitate: conſequens eſt vt etiã videamus quæ ſñia poſſit ex defectu nullitatis impugnari, & dici nulla. Et breuiter pro regula eſt ponendũ, ꝙ quælibet ſñia ex vitio nullitatis impugnari põt, prout hanc regulã poſuit Alex. in conſ. 2. conſideratis. col. 3. ver. quantum autem ad dubium, li. 3. per iura ibidem allegata: ſiue igitur in poſſeſſorio, ſiue in petitorio vel alias lata fuerit ſentẽtia, de eius inualiditate quęri poterit: prout loquitur ibidem Alex. & vidimus ſupra in præcedenti ti. Nec habet dubium prout neque dubitandum eſt, quin eadem ſententia à quocunque etiam maximo magiſtratu proferatur per remedium iſtud poſſit tractari, cum vniuerſalis lex indiſtinctè præcipiat iudices quoſcunque maiores ſiue minores, in procedendo, ac ſententias proferendo, generales leges

ob-

obſeruare debere, etiam quocunque principali reſcripto non obſtante. vt in authen. de iudi. §.fi. & ſub Rubri. in med.lit. non fie.ſac.iuſſ.& ibi, omnes iudices qualitercunque indicent, ſiue ex non ſcripto, generales leges cuſtodire debent & ſecundum illas ſententias proferre, & aliter latas ita infirmas eſſe iubet vt appellatione non indigeant: neque ex compromiſſo inferatur pœna. &c. & l.fi. in fi.C.de vete.iure enucl.& inſtit.de offi.iudi.in prin.ibi, & quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudice, quam quod legibus aut moribus proditum eſt. & & l.fi. C.ſi cont.ius vel vtil. pub. canonizata in c.dicenti. verſ.omnes iudices.25.q.2. & in cap.iudicet.3.q.ſeptima. Si quid ergo contra vniuerſalis legis prohibentis edictum & formam, expreſſe factum fuerit pro nullo, infecto, ac inutili habendum eſt. l.non dubium. C.de legib. l.pacta quæ contra.C.de pactis. l.ex precio. C.ſi cer.pet.c.imperiali.25.q.3. c.iudex. 10.diſt.cap.2.in fi. de teſt.c.prouida. verſi.verum, de elect.in 6. & ponit glo.ord.in clem.1.in verb.inhibentes, de iurep. quam ſingularem dicit Abb.in c.ex parte, in fi.de conſtit.

3 Poterunt igitur ſententiæ & decreta etiam ampliſſimorum præfectorum prætorio, ſi non fuerint ſecundum iuris tramites, & alias rite latæ, ex vitio nullitatis impugnari: vt eſt tex in l.nemo. C.de ſen.ti.generali, & in l.fi. circa fi. C.de temptor. appe. & in authen. quæ ſupplicatio, in fin.iuncto.glo.in verb.retractationis.C.de precibus Impe.offer.eſt glo.in verb.contra ius, in l.vni. C.de ſenten.præfect.præt. quod etiam probatur per locum a ſpeciali in leg.hac lege, cum ſequen. C.de ſenten. ex peric. recit.& in authen. breuiores. eod. tit. & l.ne quicquam, §.de pleno.de offi. proconſ. & c.fi.de re iud. lib.6.in quibus locis patet, quod præfecti prætorio, & alij illuſtrem adminiſtrationem gerentes, quoad facultatem procedendi de plano, & proferendi ſententias, ſolummodo diſpenſamur quoad certas cauſas ibidem expreſſas, & ꝙ poſſint duntaxat illorum ſententias iam ſcriptas, per os alterius proferre, in reliquis itaque ſeruabunt ius commune:

cum exceptio firmet regulam in non exceptis: vt dicit textus in lege, Iulia. in verb. apparet. ff. ad leg. Iul. repetit. leg. prætor. in prin. ff. de iudic. §. hæc autem lex. in authentica de non alienan. aut permut. cum ſimilibus. de quibus per Alexand. conſilio 36. viſo. in princip. lib. 6. & conſilio 64. circa. in princ. lib. 4. & Dec. conſilio 542. viſo colum. 1. libro 4. & præmiſſa tenet Guid. Pap. quæſt. l. quia.

5 Cum itaque cardinales in Rom. cu. præſentis præfectis prætorio adæquantur: vt eſt gloſ. ab omnibus approbata, in l. vnic. in verb. iudicaturus. ff. de offi. præfect. prætorio. & abſentes a dicta Rom. cui (puta in aliqua prouincia legationis munere fungentes) pro conſulibus æquiparentur: vt eſt text. in c. 2. & ibi ſcriben. de officio delegat. ad inſtar præfectorum prætorio & proconſulum, ipſorum ſententiæ ex defectu ſolennitatis, ac iuris ordinis non ſeruati, corrigi, & emendari poterunt, prout eſt text. in cap. ad petitionem, iuncta glo. 1. extra de accuſ. vbi geſta per Cardinalem etiam ſedis apoſtolicæ legatum ob iuris ordinem non ſeruatum, irritantur: & ad idem tex. in capitulo per venerabilem, ibi, cuius ſententia, quia caſſata fuit ſolummodo propter iuris ordinem non ſeruatum, &c. loquens de legato. extra qui filij ſint legitim. & c. licet tranſeũtes & c. niſi ſpecialis. vbi Paul. & alij notant quod legatus de latere non poteſt iuris ordinem remittere, de offi. legat. de quo eſt glo. in verbo. figura, in c. fi. de hæred. in 6. & ponit Iaſ. in leg. nemo poteſt, col. 1. de legatis primo & Guid. Pap. q. 198. Sed & quod legatus de latere ad iuris communis obſeruantiam teneatur, prout alij probat Alex. conſi. 34. viſis. col. 1. in fi. libri 6. & conſilio 17. viſo inſtrumento, colum. pen. lib. 4. cum ibi add. Vnde Bal. in auth. ſed & ſi quis col. pen. verſi. quidam dicunt. C. de teſtib. relatus ab Alexan. ad Bart. in l. fi. C. de leg. dicebat quod teſtes inordinate etiam a Cardinalibus recepi non probant: & ponunt Canoniſtę in c. ſecundo, extrà de teſt. tenet Anch. conſ. 439. ex prædicta col. 3. verſic. deſcendo ad ſecundum, ac præmiſſa (vt arbitror) ſine difficul-

ficultate procedunt, ac etiam habebunt locum in iſtis vicarijs Papæ, in terris eccleſiæ poſitis: quia & ipſi loco præfecti prætorio ſunt: vt voluit Pau. de Caſt. conſ. 150. viſis & ponderatis, prout eum refert & ſequitur deciſio. Neap. vti per Capicium deciſio. 130. 1. dubium. num. 46. Sed dubium eſt, nunquid proceſſus vel ſententia ſupremi principis, vel ab eo ſumma cum poteſtate delegati ex defectu ſolemnitatis, ac iudiciarij ordinis omiſſi, vel aliàs poſſit dici nulla:

7 Et dubium facit: quia ſcimus quòd princeps eſt ſolutus legibus, vt l. princeps. ff. de legib. quinimo ſupra leges, vt in authen. vt præponatur nomen Imperatoris, circa medium. &c. propoſuit de conceſ. preben. diciturque lex animata in terri, vt in auth. de conſulibus §. fin. ac inſtar ſacrilegij ſit de facto illius velle iudicare. vt leg. 2. C. de cri. ſacrileg. neminique liceat de eo quod factum eſt a ſummo Pontifice iudicium dare, cum iudicet ipſe, & a nemine iudicetur, vt in dicta auth. in medio litis non fie. ſacr. iuſ. col. 2. c. nemo. c. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3. cap. in apibus. 7. q. 1. c. per venerabilem qui fil. ſint legi. cum alijs de quibus per Dec. conſ. 603. viſo puncto, in prin. & Anch. conſ. 30. dubitari ſolet, col. 1 & propterea idem princeps eſt, qui proceſſus & reliqua minus rite facta confirmat & purgat nullitates, vt in d. c. ad petitionem, de accuſ. cap. 1. de tranſac. cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. gl. in c. nullus. 9. q. 2. ponit Abb. in c. cum olim. in pe. col. de re iud. Bal. in l. reſcripta. 2. col. in fi. de precib. Imper. offer. & in prælud. feud. col. 9. verſ. ſed pauca de principe dicamus, &c. & Ro. deci. 230. Papa in not. & Paul. de Caſtr. in conſilio 178. donatio. in prima parte Socin. in conſilio 164. 2. parte, & in ſumma quicquid principi placuit legis habet vigorem: ſiue cognoſcens decernat, vel de plano interloquatur, ſiue edicto præcipiat, vt l. 1. C. de conſtit. princi. inſtit. de iure natu. gen. & ciuil. §. ſed & quod principi placuit. & l. fi. C. de legi. & propterea cum nullitatis regulariter ex tranſgreſſu, & legis inobſeruantia proueniat, vt diximus

ſupra-

ſupra & princeps ſit ſupra ius, vt per multa comprobat Fel.ad propoſitum, in c. canonum ſtatuta, col.2.de conſtit. & Paris de put. in tract. Sindicat. in §. an dictum capitulum.col.4.in fi.verſi.& inquantum.Non videtur poſſe dici, quod ſententiæ ſeu geſta principis nullitatibus ſuppoſitæ ſint, ex quo aliter agendo cenſeatur velle diſpenſare,propoſuit,de conceſſione præb.per quem text. plures notabiles concluſiones facit Feli. in c. cum olim. col.8.& c.in cauſis, in fin.de re iudic.& Alex.poſt Bartol. & alios in d.l.fin.C.de legib.idcirco dici conſueuit,quod in auditorio principis, & cauſis coram eo vertentibus non attenditur nullitas ſed veritas rei geſtæ: quia amplecti debet ſolam veritatem, & non ire per ambages, ex quo iudicat tanquam Deus,qui non fallit,nec fallitur.argum.not.in d.c.ad petitionem,de accuſat.per quem text. ita voluit Bald. in leg. Æmilius. vbi eſt bonus text. ff. de mino.& idem voluit in c.1.de no.for.fid.in verſicu. ſi de inueſtitura. in fin. in vſibus feud. facit text. in c. magnæ, ibi, dum tamen non recedamus a tramite veritatis 3. extra de voto.& in c.per venerabilem.ibi,ſacerdotes Leuiti-
9 tici generis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & c. qui filij ſint legit. & ponit Aym. conſil.198. videtur col.3. ver. conſidero etiam, & Decius conſilio 200. In caſu, in fi.hinc eſt,quod in dicto ipſius auditorio fatalia non currunt.auth. ſed lis & leg.fin.§. ſi autem. C. de temp. appel. & l.fi.& glo.in verb.fatalium. C.vbi ſenat. & nouæ dilationes dantur eiuſdem arbitrio.l.in offerendis. & ibi Bar. C.de appel.Spec.in tit.de appel.§.nunc breuiter. verſicu. Item iuſta cauſa eſt: & Archi. in c. anteriorum. § ad hæc. 2.q.6.cum alijs,de quibus per Alex.conſil.19.col.2.lib.1. & deciſ.Neapol.79. in cauſa Firmani,numero 4.hinc eſt etiam ꝙ idem princeps in foro ſuo quotidie iuris rigorem relaxat, & cauſas de plano & ſine figura iudicij cognoſcendas committit, clemen. ſæpe. de verb. ſigni.clemen.diſpendioſam, de iudic.& ibi gl.in verb.vſuris, quæ dicit hoc poſſe in foro ſuo, ſecus in alieno: vt etiam voluit Bal.in l.eos.in fi.C.de vſur.& Panorm.in c.quod clericis.

ricis.nu.6.de for.compe.& in effectu princeps mutat ſubſtantiam legis,& nigrum in candida vertit. vt in l.vnic.in prin.C.de rei vxor.act.inſtit. de act.§. fuerat. nec eſt qui dicat illi, cur ita facis.c. in memoriam. 19. diſt. & ponit Spec.in tit.de legat.§.nunc tractemus. ver.89.& Paul.de Caſt.cóſ.317. circa fi. in 1.parte.& conſ.287. primũ dub. eo.lib.& plura ponit Ang.in l.princeps.ff.de leg & Rom. in l. ſi quis arbitratur, in 3.col. ff. de verb.obl.cum alijs de quibus per Dec.in conſil.11. in fi.lib.1. & conſil. 655. col.pe.lib.5.& conſil.498. viſo.col.fin. & conſil.588.viſo puncto in prin.libri quarti, & conſi.631. caſus poſt principium & 699.accepi.in fine libri quinti, & 341. viſo.colum.4.nu.8.lib.13.Et quod dicitur de principe ſupremo poteſt etiam in materia noſtra intelligi de ciuitate, ſeu principe non cognoſcente ſuperiorem in terris ſuis: vt voluit Bartol.in l.relegati.ff.de pœn. cum alijs, de quibus per Alex.in conſi.1.nu.26.& conſi.15.vis.colum.2.lib.5. & Dec.conſ.534.nu.2.lib.4.vbi aſſerit quod ita eſt communis concluſio.& idem tenet in conſilio 271.diuino.colum.2.ver.& ſublata.lib.2.& conſil 390. quoniam.col 5. ver.ex dicto priuilegio.lib.3. & conſilio 43.col.1.eod.lib.

11 Pro quorũ reſolutione, ne hic diutius morã faciamus, & inſtitutæ breuitatis terminos egrediamur,conſiderãdũ eſt,ꝙ aut cõſtat,ꝙ aut princeps in procedendo, & ſententiam ferendo a iuris communis diſpoſitione recedere nõ intellexit: Aut conſtat de contrario, videlicet quod vti voluerit poteſtatis plenitudine,aut ſumus in dubio.

12 Primo caſu qñ ex actis ſeu aliũde cõſtat principem poteſtatis plenitudine vti noluiſſe,ſed tanq̃ vniuerſalẽ ordinariũ proceſſiſſe & à legibus noluiſſe declinare, pro vt ipſemet princeps multoties hoc declarat,vt patet,in cap. cum dilecti,ibi,volẽtes tamen iuris ordinẽ obſeruare,& c. & ibi quantum de iure poſſemus, procedemus & c.de dolo.& cõt & c.licet cãm.ibi, qa tamen nõ volumus a iuris tramite declinare & c.de proba.& c.cũ olim.in fi.ibi volẽtes tãtõnes qui canones obſeruare & c.de elect.& c.cordi,de app.in 6.cum ſi.& hoc vltra generalem declaratio-

nem,qua profitetur ſe velle ſecundũ ſuas leges, viuere,vt in l.digna vox.C.de legi.in ſt.quib.mod teſt.infir.§.fi.l.ex imperfecto.de leg.3.cum igitur princeps declarat ſe velle iuris ordinem ſeruare,ac in verbis, nulla ſit ambiguitas, non debet admitti voluntatis q.l.ille aut ille.§.cũ in verb. de leg.3. & propterea dicemus quod ordo iudicarius, & reliquæ etiam iuris poſitiui ſolẽnitates coram ipſo Papa, & ſupremo principe ſeruari debebunt: vt eſt tex. in c.ex cauſis ſi nõ violetur litera,de re iud.& c.de cætero,eo.tit.

13 Quando autem conſtat,quod princeps in procedendo poteſtatis plenitudine vti voluerit: vt quia hoc expreſſit: tunc proceſſus ac ſententia eiuſdem ex defectu duntaxat à iure naturali prouenienti,& tollente defenſiones,& cauſæ cognitionem, ac naturalem iuſtitiam eradicante, non autem ex defectu iuris poſitiui,impugnari poterunt: quoniam ciuilis ratio ciuilia corrumpere poteſt,naturalia verò,nequaquã iſta namque immutabilia ſunt, & tanquam æquum & bonum decet illibatũ permanere. §.ſed & naturalia,inſti.& de iur.nat.ge.& ciuil.§.fi.de legi.agn.tut.eo. lib. l.pen. in prin. ff.de iuſt. & iur. l.2. in fi. ff. de vſufr. ea re &c. prout arguit in terminis noſtris Paul. de Caſt. in conſi 317.in fi.in 1.parte. & Abb.conſi.93.col.4.lib.2. & Dec. conſi. 689. dum voluit quod princeps obligetur ex his quæ ſunt de iure gentium:quia de huiuſmodi iure procedit illud, Semel locutus eſt Deus, &c.& quod ſcripſi, ſcripſi,&c.& quæ procedunt de labijs meis,non faciam irrita,&c.cum ſimi. de quibus per Bal. in conſi.279.pridie, col. 10.lib 3.& eundem Dec. conſi.58. quæritur,col.2.nu. 5.& conſi.583 viſo.col.fi.lib.4.

14 Idcirco cum defectus citationis cenſeatur ob defenſionem à iuregentium & diuino procedere,iuxta tex.in c.3. in lib. Gen.ibi, Adam vbi es?&c.Deus omnipotens.2.q.1. qualiter & qn,de accuſ.l.2.§.ſi ad diem.de re mil.& Bal. in l.ſi executorem.col.19.C.de execu. & re iud.& Bal.in l.filiusfamilias. ff.de dona. cum alijs de quibus per Felt.in c.cum olim.col. in prin.de re iud. ſi curatio omitteretur, ſentẽtia principis redderetur inualida:vt eſt tex.cle.paſtoralis,

talis, verſ. nec prędicta ſuppletio. de re iudi. & l. ſi iuncta glo. 2. & ibi Bald. & alij. C. de legib. cap. 1. & ibi Abb. de cauſ. poſ. & prop. c. nos quemquam. 2. q. 1. & eſt cõis ſentẽtia Doctorum: prout aſſerit Fel. in d. c. cùm olim, col. 9. nu. 12. de re iud. & Ceſ. ad Lanf. in cle. Sępe, in verb. omiſſa citatio de verb. ſig. quicquid alij dicant, quos refert do. Alex. qui cõem opin. comprobat, in conſi. 11. num. 5. li. 7. & tenet Dec. in conſi. 513. viſo puncto, col. pen. in fin. & conſi 544. col. pe. num. 27. lib. 4. & Rom. in ſingu. 664. Tu ſcis. Anch. conſi. 270. in primo, col. 2. in princ & conſ. 277. ex prædicta, col. 3. Idem foret ſecundum aliquos, ſi a principe cauſæ cognitio omitteretur: quia ſententia ipſius principis abſque cauſæ cognitione lata, reputetur iniuſta & inualida, prout voluit Alex. d. conſilio 11. alias conſului, lib. 7. & Deci. in d. conſi. 544. Sereniſſimus, colum. 3. verſi. ſecundò principaliter, lib. 4. & Capicius dec. Neap. 69. in cauſa Ioan. nu. 35. Anch. conſi. 167. viſis, prope fi. Aym. conſi. 5. tria ſunt, colum. 2. vbi præmiſſa declarat: & conſi. 153. vltra iam ſcripta, col. 1. vel ẽt idẽ foret, ſi nullitas proueniret ex defectu mandati & conſenſu partiũ, ex quo talia ab ipſo princ pe ſuppleri non poſſunt, vt voluit Ioan. And. & alij in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. facit c. 1. in prin. de ſpon. in 6. & in c. in noſtra, cum ſua materia, de
17 procu. ponit d. Abb. poſt Inno. in c. 1. in fi. confir. vtil. vel inuti. cum ſi. Nam etiã ꝙ princeps appoſuiſſet clauſulam videlicet ſupplentes omnes & ſingulos defectus ſi qui interfuerint, &c. huiuſmodi ſuppletio reſtringitur ad defectus iuris poſitiui duntaxat, nec ſe ad defectus iuris naturalis extendit: vt declarat Archid. in c. Cenomanenſem. 56. diſt. & Abb. poſt Hoſt. in c. 1. de tranſact. Card. & alij in d. cle. paſtoralis, in 3. no. Spec. in tit. de leg. § nunc oſtendendum, verſ. 18. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. 79. circa prin. colum. 5. lib. 1. & Deci. conſi. 620. diuino col.
18 pen. lib. 5. prout dici conſueuit de clauſa ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine, quoniam per huiuſmodi clauſula ſubſtantialia ſuppſentur & ſanantur, quando proceſſum fuit parte vocata, & cum cauſæ cognitione,

aliàs huiuſmodi clauſulæ parum operatur: vt docet Rot. deciſ. 230. Papa confirmàdo, in no. & ſequitur Soci. conſi. 164. viſa bulla, col. 3. verſ. ſed ad omnia, lib. 2. & Dec. cõſ. 544. num. 28. & 36. lib. 4. prout etiam ſimilis cauſalia non operatur niſi circa ea, de quibus princeps præſumitur habere ſcientiam vt ſunt illa quæ in iure: ſecus in his, quæ in facto conſiſtunt: quia talia præſumitur ignorare: vt vol. Bal. in l. fi. C. ſenten. reſcin. non poſſ. quem ſeq. Alex. conſi. 135. viſo titulo. in fi. lib. 2. & conſi. 215. non obſtat, in fin. lib. 7. & de iſtis ponit etiam in conſil. 92. perſpectis, col. 7. verſ. modò videndum, lib. 6. & conſ. 112. perſpectis, eo. lib. & conſi. 112. viſo puncto, in fi. lib. 4. & conſi. ſeq. col. 8. ver. præmitto, vbi ponit quando dicendum ſit, quòd princeps ex certa ſcientia aliquid fecerit: & vide Philip. Dec. qui etiam præmiſſa ponit in conſi. 198. diuino. lib. 1. & 407. viſis, col. fi. in fi. & 410. in cauſa mota, col. 4.

19 Et quòd principis ſententia & diſpoſitio ex defectu iuris naturalis impugnari poſſit, non autem iuris poſitiui. tenuit Inno. in c. quæ in Eccleſiarum, vbi per Feli. in verſi. limita ſexto, de conſti. & per eundem poſt Panor. & alios in d. c. cum olim, vbi multa congerit de re iudi. & deciſ. Neap. 390. fuit & Alex. in d. conſi. 11. poſt Barr. in verb. figura iudicij. in conſtitutione, ad reprimendum. & Rot. vt per Caſſad. deciſ. 8. nu. 6. de reſcrip.

20 Si vero fuerimus in dubio nunquid princeps poteſtatis plenitudine vti voluerit: quia in dubio nunquam intelligitur vti velle poteſtatis plenitudine, niſi quatenus exprimat, iuxta not. per Inno. in c. innotuit, de elect. & latius per Fel. in c. 1. col. 8. ver. & hinc eſt, de conſt. & in cap. cùm quæ, el 2. in 3. not. de teſt. poſt Panor. in c. ad hæc, de reſcri. & Bal. in l. ſi teſtamentũ. C. de teſt. cũ alijs, de quib. per Alex. in cõſ. 37. viſo. nu. 2. lib. 1. & conſi. 11. alias conſului, col. 2. lib. 7 & conſi. 60. num. 20. lib. 2. Paul. de Caſt. conſil. 317. col 1. in 1. parte. & Ro. ſing 757. dixi alias fieri ẽt dicimus de certa ſciẽtia, quæ in ipſo principe nõ præſumitur, ſi ex tenore literarũ. vel alias de ea legitimè nõ cõſtiterit, vt per gl. in c. ſtatutũ, in verb. literarũ de reſcr. in

ſexto,

ſexto, & cle. principalis, in gl. i. de reſcript. Im a. in l. quidā conſulebat, cum alijs de quibus per Alex. d. conſ. 11. col. 1. lib. 7. hoc igitur caſu qñ ſumus in dubio. nō eſt credendū
22 principē qui iura tuetur, ſolēnia ac obſeruationē iudiciorū a ſe tot vigilijs excogitatā, & adinuentam ita de facili ſubuertere voluiſſe, arg. ſi quādo. C. de inoffi. teſt. c. Eccleſia veſtra. il 2. de elect. & no. gl. in c. cām, de reſcrip. cū potius videamus ipsū principē diligētiſſimè cās corā ſe ver-
23 tentes examinare, cū reſpectu iuſtitię ac veritatis, cū ēt rōne rectitudinis ꝓceſſus, & ordinis iudiciorū, & quicquid ꝑperā factū reperit, caſſare & annullare, & in c. veritatis, ibi nos igitur videntes ordinē iudiciorū in hoc facto fuiſſe ſeruatū & c. de dolo & contu. c. cū ad ſedē. de reſt. ſpol. c.
24 ad petitionē. §. fi. de accu. & propterea Rot. dec. 670. not. ꝙ quādo, in antiq. notāter dixit, ꝙ cauſæ cōmiſſæ Cardinalibus, vel alijs in conſiſtorio Papæ ſunt magis periculoſæ, quàm aliæ: ſi in eius ordo iuris debitus non ſeruetur.
25 Idcirco cum princeps ſe legibus alligatū, & poteſtatis ſuæ plenitudine (niſi id exprimit) vti nolle profiteatur (vt ſupra vidimus) videtur dici poſſe ſnīas ꝓceſſus, & reliquā ab eo iudicialiter geſta, ex pręſumpta eius mente (qm̄ nō cōſtat de contraria) legibus vniuerſalibus ac poſitiuo iuri ſubiacere, ex illisq; impugnari corrigi, & reformari poſſe, voluiſſe per ſupradicta, eritq; pia, æqua, & rationabilis interpretatio, & digna maieſtate regentis: neq; abſurdū aut nouū videri debet, ꝙ ſnīa ēt Romanę ſedis poſſit retractari, aut in melius commutari iuxta tex. in c. ſententiam. c. Apoſtolicæ, & cap. veniam. 35. q. 9. c. cū olim. de re iud. c. alma. in prin. de ſent. excom. in 6. c. fin. & ibi gl. in verb. emendare. de reſcrip. eo. lib. cū alijs. de quibus per Spec. in tit. de excep. §. Viſo col. 10. ver. nam & Papa. & Dec. conſ. 603. in prin. lib. 5. hæc igitur fuit vetus ac ſolita modeſtia, & ſacrorum Canonum prouida doctrina, & ſapientia.
26 In ꝓmiſſis tamē aduertēdū erit: quia ſi actus per princípē factus in totū, quod formam iuris peccaret, ad effectū ꝙ actus huiuſmodi ſuſtineretur, & valeret, in dubio præſumeretur, ꝙ princeps (actum huiuſmodi conficiendo)

plenitudine poteſtatis ſuæ vti voluerit, ac iuri contrario derogare, ſecundū Fel.c.1.col.8.nu.26.de conſti.& c.cū dilecta.col.16.ver.limita regulā.de reſcr. & in c.in cauſis.col.2.ver.obſtat.1.de iud.poſt Pau.de Caſt.in l.ex imperfect.C.de teſt.& in l.quanquam.C.de milit.teſt. & Alex. in l.Centurio.col.12.de vulg.& pup. & Hip. de Marſ.in l.1.§.ſi ſeruus.v.itē pro prædictis.nu.19.ff.quæſt.quod cogitādi relinquo: quia eſt maxima præmiſſorum limitatio, & quamplurium iurium reſtrictio & declaratio.

Viſo igitur quæ ſententia ex defectu nullitatis impugnari poſſit, reliquum eſt vt videamus per quem modū talis impugnatio fiat: id eſt qualiter, & quot modis nullitas ipſa in iudicio deducatur.

IN RVB. SEV TITVL. *Quot, & quibus modis, &c.*

SVMMARIA.

1 *Nullitas duobus modis in iudicio proponitur, principaliter videlicet aut incidenter.*

2 *Nullitas quando in iudicio cenſeatur principaliter deducta, plura exempla vide hic, & num 3.4.5.6.*

7 *Nullitas poteſt eodem libello cum remedio reſtitutionis in integrum proponi & cumulari.*

8 *Libellus in quo aliquid petitur declarari nullum, vel quatenus aliquod reſcindi ſuſtinetur.*

9 *Nullitas & appellatio poſſunt eodē libello intentari, & virunque cenſetur principaliter deductum.*

10 *Appellatio quando interponitur à ſententia reſeruato iure dicendi de nullitate cenſetur conditionaliter interpoſita, videlicet quatenus ſententia ſit aliqua.*

11 *Libellus dico ſententiarum nullam, & ſi qua eſt, appello, à communi iure & praxi receptus eſt: & tali caſu nullitas in iudicio principaliter deducitur, & nu. 12.*

13 *Libellus poteſt declarari per actorem.*

14 *Nullitas & iniuſtitia poſſunt ſimul & ſemel deduci, cognoſci &*

& terminari, dummodo contrarietas non reſultet.

15 *Nullitatis cognitio, cognitionem negotij principalis parte petente præcedere debet.*

16 *Nullitate oppoſita ſi iudex illa non cognita ad vlteriora procedat, proceſſus eſt nullus.*

17 *Nullitas qualiter & quando dicatur incidenter deducta, & nu. 18. & 20.*

18 *Iudex appellationis poteſt incidẽter ſuper nullitate cognoſcere.*

19 *Arbiter ſuper iniuſtitia laudi aditus poterit nullitatem illius declarare.*

20 *Nullitas per modum exceptionis propoſitæ dicitur incidenter deducta & vide exempla.*

21 *Nullitas ex actis & proceſſu inſurgens cenſetur incidenter propoſita.*

22 *Nullitas ex actis inſurgens etiam poſt concluſionem reuocari poteſt.*

23 *Attentata etiam ex mero iudicis officio vſque ad concluſionem cauſæ reuocari poſſunt.*

24 *Nullitas quòd fuerit principaliter aut incidenter deducta, eſt magni effectus: quia vnus modus multum differt ab alio.*

25 *Nullitate ſeorſum ac principaliter in iudicio deducta iuris ordo ac tela iudiciaria ſeruanda eſt: ſecus quando incidenter, & num. 27.*

26 *Sententia lata ſuper nullitate principaliter intentata habet vim diffinitiuæ.*

28 *Attentata abſque aliquo iuris ordini reuocari poſſunt.*

29 *Nullitas ſeorſum & principaliter deducta regulariter executionem non impedit: & intellige prout. num. 31.*

30 *Reſcripta quæ ſuper nullitatibus ſententiarum principaliter petuntur non conſueuerunt concedi in Rom. cu abſque clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, vel ſi quid exequẽdum fuerit &c.*

32 *Nullitas incidenter puta per modum exceptionis propoſita regulariter ſi fuerit in promptu executionem impedire conſueuit.*

33 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens, etiam quod in promptu non ſit executionem retardat.*

34 Nullitas deducta in ſimul cum appellatione dicitur potentior, & tunc ſuſpendit & deuoluit.

35 Appellationis cauſa deſerta, quamuis nullitatis cauſa non cenſeatur deſerta, vt nu. 38. nihilominus executio non retardabitur & num. 36.

36 Nullitas incidenter deducta & cognita poteſt iterum principaliter in iudicio deduci & cognoſci, & nu. 38.

37 Sententia lata ſuper principali non præiudicat incidenti, de quo non fuit plenè cognitum.

39 Libellus quando nullitas incidenter deducitur non videtur neceſſarius.

40 Sententia regulariter ſuper incidenti non proferetur

41 Nullitas per modum exceptionis propoſita ſi fuerit manifeſta ſtatim perimit & non indiget pronunciatione.

42 Nullitas quando incidenter deducitur poteſt in libello cõcludi, vt habita prima ſententia pro nulla, ſeu illa nõ obſtante vel caſſata ex integro ſuper principali negotio pronuncietur.

43 Caſſatio habet vim ſententiæ.

44 Clauſula non obſtante, &c habet vim caſſationis.

45 Sententia ſunt principali negotio lata videtur nullitatem reprobare quando de ea fuit exceptum & cognitum.

46 Nullitas quando principaliter deducitur, quomodo in libello debeat concludi & quid in primis ſit conſiderandum.

47 Nullum eſſe aut caſſandum fore longe differunt ſicuti liberatũ vel remiſſum, aut liberandum vel remittendum.

48 Nullum quòd aliquid ſit vel per ſententiam annullandũ qualiter & quomodo cognoſci poſſit & num. 52.

49 Clauſula nullus momenti ſit, &c. importat ipſo iure.

50 Clauſula viribus careat, &c. intelligitur ipſo iure prout etiam quando lex iubet aliquid non valere.

51 Verba denotantia actum ipſo iure non valere quæ ſint, remiſſiue.

52 Forma quæ dicatur ſubſtantialis & vitians, & quæ accidentalis & non vitians.

53 Lex aliquid prohibens etiam quod vlterius non procedat, actus in contrarium factus eſt nullus, ſecus ſi vlterius procederet.

Pro-

54 *Prohibentur multa fieri, quæ tamen facta tenent, & quomodo intelligatur.*

55 *Forma vel ſolennitas actui iam facto adhibita non cenſetur ſubſtantialis ſed accidentalis dicitur, & non vitiat*

56 *Libellus quibus verbis concipi. & in eo concludi poſſit quando actus eſt ipſo iure nullus. & nu. 57. & vſque ad 58.*

86 *Libellus quibus verbis concipi, & in eo concludi poſſit, quando actus eſt ipſo iure nullus, ſed per ſententiam annullandus, & nu. 87. &c. vſque ad 100.*

101 *Verborum proprietas non ſemper obſeruatur; ſed vnum pro alio ſæpe numero ponitur, & tunc qualiter interpretanda ſint.*

102 *Libellus quomodo & quibus verbis formandus ſit quando dubitatur nunqd actus ſit ipſo iure nullus vel annullandus.*

103 *Libellus etiam quòd non ſit ſpecificata cauſa nullitatis ſi non opponitur. tenet: & ſatis eſt quod in proceſſu ſpecificetur & declaretur.*

104 *Libellus nullitatis adæquatur libello appellationis, ideo totum deuoluit & deducit.*

105 *Nullitatem proponens poterit ſuum libellum quibuſcunque modis defendere & finita, ſeu reiecta via cauſa nullitatis aliam proſequi, & hoc quando proſecutio & ſententia non fuerit generalis, & agitur de nullitate, actus iudicialis, vt hic.*

106 *Nullitatem alicuius contractus vel actus extraiudicialis proponens non poteſt aliam nullitatem quàm in libello expreſſam in illo iudicio proſequi.*

107 *Iudex nullitates ſeu appellationis antequam ſententiam proferat quid agere debeat: & qualiter ac ſuper quo pronunciare poſſit per diſcurſum. &c.*

108 *Sententia in cauſa nullitatis iuxta formam libelli dictanda eſt: & qualiter formanda ſit tã ex parte rei quàm actoris, & quod iudex nullitatis poteſt etiam ſuper negotio principali pronunciare vide nu. 109. 110. cum plur. bus ſeq.*

110 *Sententia confirmatoria vel infirmatoria ſi de iure partiũ non conſtiterit dari non poteſt; ſed tunc danda eſt abſolutoria ab inſtantia iudicij.*

Sen-

114 *Sententia qualiter formari poſſit quam in libello dictũ fuit, dico ſententiam nullam & ſi qua eſt, appello.*

115 *Sententia qualiter ſit formanda quando à ſententia quæ erat nulla fuit appellatum & 118. 119 & 120.*

122 *Sententia in cauſa nullitatis lata quando alijs etiam litiſconſortibus proſit & quando non & nu. 125.*

126 *Sententia in cauſa nullitatis principaliter intentata ferri non poteſt ſine partis citatione, quia habet vim diffinitiuæ.*

128 *Iudex nullitatis quando ſuper antiquis actis poſſit dare ſententiam & quando non.*

Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi ac ſuper ea libellus & ſententia concipi, & formari poſſit.

NVLLITAS altero ex duobus modis ĩ iudicio ꝑponi cõſueuit, principaliter. ſ. aut incidẽter: aut declarat Bar. ĩ l. ſi expreſſim, col. 6. ver. nũc aliqua videamus. ff. de app. & in l. 1. col. pe. C. quan. ꝓuo. nõ eſt neceſ. in l. 1. §. 1. vbi gl. in ver. qualit. ff. quæ ſent. ſine app. reſc. & in l. cũ qrebatur. ff. de re iud. & in l. de pupillo. § ſi qs riuos. ff. de no. ope. nunc. Canoniſtæ in c. dilecto vbi Fra. q 3. & q. 54. de appellationibus & alibi ſæpe.

2 Principaliter autem diceretur nullitas intentata, quando remedium illud, ac ius dicendi nullũ ſolum, & à quouis alio remedio ſeparatum, per modum agendi (ad id nobili iudicis officio implorato) in iudicio deducetur, iuxta ea quæ ponit Barto. in l. quæ ſub conditione. §. finali. ff. de condi. inſtit. vt puta ſi filius præteritus petierit teſtamentum patris pronunciari nullum: vt in l. filio præterito. & 3 ibi Bar. colum. 11. ver. acu. Quæro ergo qualiter. ff. de iniuſt. rup. & in l. ſuus hæres, vbi Bal. colum. 1. verſi. nota hic duplicem modum agendi, &c. C. de repud. hæredi. & idẽ Bar. in l. ſecunda, C. de ord. iud. Idẽ ſi quilibet alios principaliter & directò ageret ſuper declaratione inualiditatis alicuius contractus, vel quaſi; vt in l. ſi mater tua, cum

ibi nota. C. de cõtrah. empt. & l. 1. & l. ſi dolo. C. de reſcin. vend. l. ſi is. de præd. mi. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ign. l. pater. C. de ſenatuſc. Velleia. l. Imperatores. ff. de priuil. cred.

4 Siue ꝙ ageretur principaliter, & directo pro declaran da nullitate alicuius ſententiæ, vel alterius actus iudicialis. vt in l. 1. & l. ſi pater. C. quand. prouo. non eſt neceſ. l. cum ſententiam. C. de ſenten. ſi vt proponis. C. quom. & quãdo & l. 1. & l. ſi ferialis. ff. de feri. c. cum contingat. de offi. deleg. cap. ad audientiam, de reb. eccl. non alie. c. per tuas, de ſent. excom. clem. 1. de re iud. cum ſi. ex quibus iuribus patet ꝙ litigatores ſuper nullitatibus ac inualiditate actorum & ſententiæ contendebat, ex quo princeps per modus legis condendæ, in huiuſmodi materia principaliter propoſita reſcribit.

5 Principaliter dicetur nullitas deducta, etiam ſi in iudicio cum alio remedio reſcindente propoſita fuerit, dummodo ęquè principaliter cum altero remedio deduceretur, vt puta ſi per aliquem ex modis infraſcriptis, deduceretur, videlicet. Dico teſtamentum patris mei nullum, ex quòd non fuit ritè & ſolenniter factum: & quatenus aliquod appareret, dico illud tanquam in officioſum debere reſcindi: quo caſu principaliter cognoſcendum eſt de iuribus teſtamenti: & remedium nullitatis reputabitur principaliter in iudicio deductum: vt probat tex. in l. con

6 tra maiores, & l. eum qui c. de inoffi. teſt. vt diceretur. pono quòd tale inſtrumentum ex defectu talia ſolennitatis & nullum & inualidum, & quatenus conſiſtat, dico me ex eo vltra dimidiam iuſti precij fuiſſe deceptum, & circumuentum: ac propterea illud reſcindi, & rem meam mihi reſtitui, ac iuſtum illius pretium ſuppleri debere. vt in l. 2. C. de reſcind. vend. & cap. dilecti. extra de empt. &

7 vendit. quam ſpeciem libellandi ponit Ang. & Imo. in d. l. ſi expreſſum. col. 29. & commendat Franc. in dicto cap. dilecto. q. 21. de appellationibus ſiue ꝙ eodem reſcripto, ſeu libello poneretur & cumularetur nullitas & integrũ reſtitutio. quod fieri poteſt, vt in c. conſtitutus, de reſti-

tutione

cutione in integrum ponit Guid.Pap.145.in pretendens; Ægidius,deciſ.298.

8 Suſtinetur namq; libellus, dum petitur inſtrumẽtum declarari inualidũ, vel quatenus aliquod, aduerſus illud reſtitui. Nam vtrumq; remedium cenſetur conditionaliter & diſiunctiuè propoſitum,& propter incertitudinem: & quia nulla inſurgit perplexitas aut repugnantia;tolera tur: vt in iſtis terminis declarat Innoc.in c.in literis. de reſtit.in integ.& Barto.in d.l.ſi expreſſim.col.6.ver.quæro quid.& Bald.in republica.l.edita.col.15.q.7.C.de edendis.Eſt deciſio dominorũ de Rota,vt per Ægid.cõſ.298. de conſuet. & Rota deciſ. 116. licet cauſa nullitatis: in not.& Dec.conſ.411.diuino in fi.lib.3.

9 Idem foret ſi nullitas intentaretur ſimul cũ appellatione,aut remedio attentatorum,prout fieri põt: vt notat idem Inn.in d.c.dilecto. & Bal.in d.l. edita col.14.q.6. & eſt deciſio Rotæ.145.not.ꝙ intenians.in anti.vbi.n.nullitas & appellatio tanquam diuerſa propoſita ſeu commiſſa reperiuntur, vtraque principaliter. expreſſa & deducta intelligi debet, per id quod legitur in l. ſicut.ff. de fund.inſtr leg. & l.1.in fi.cum l.ſeq. & ibi Bar.ff.de pecul. leg. & idem Bartol. in l.Titiæ textores.ff. de leg. primo. cum alijs de quibus in terminis noſtris ponit Alex. conſ. 2.colum.penul.lib.3.Et propterea quando dicimus, Appello a tali ſententia,reſeruato mihi iure dicendi de nullitate, &c. prout quotidie in curia practicatur. Appellatio huiuſmodi cenſetur qualificata & conditionalis, videlicet quatenus ſententia ſit aliqua: vt probatur ex notatis per gloſ.in leg.Item Labeo.§.1.in verbo purè.ff.fam.herciſcun. & in leg. obligationum.§ fi.ff. de action. & obligation.& Specu.Ioan. Andr.in titu. de ſenten.§. ſpecies.in verſic.quid ſi iudex. cum alijs de quibus per Alex. in conſil.59.viſo titu.colum.quinta. verſicu. cum probatur. &c. lib.4.

11 Prout etiam idem dicimus ſi eſſet dictũ: dico ſententiã nullum, & ſi qua eſt appellatio:qui modus appellandi,ſeu libellandi a commune iure & practica exceptus eſt: vt eſt

glo.

glo. ord. & ibi ſcribentes in l 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſ. & Bar. in d.l. ſi expreſſim. colum 3. de appellat. & de communi ſtylo & opinione atteſtatur Franc. in d.c. dilecto quæſt. 21. Abb. conſilio 97. ſaluatoris. in princ. l. 1. & Lap. Alleg. 107. factum. verſ. Tamen ſub iſto ordine, &c. Nullitas namque accumulata & taliter propoſita, intelligitur (vt eſt dictum) conditionaliter & diſiunctiuæ, non autem ſimpliciter & copulatiuè, & æque principaliter cum altero remedio cui accumulatur, in iudicio venit & deducitur, non autem incidenter & ſecundario cum res ſub genere contēta, poſt illius expreſſionem, amplius non contineatur ſub eodem, alias expreſſio nihil operaretur: vt declarat Ægid. concluſ. 337. in cauſa, in fin. Et

12 quod nullitas, vt præmittitur, accumulate intelligatur principaliter in iudicio deducta, tenuit Iacob. Butrig. in d.l. 1. C. quand. prouoc. non eſt nec. & ibidem Ioan. de Imol. colum. 6. qui opinionem Iacobi comprobat & defendit: & Anch. in clemen. 1. col. 4. de ap. & Dec. col. fin. & Fran. q. 42. verſic. tu aduerte: vbi dicit hanc opinionem de iure veriorem & in q. 60. ſuper d.c. dilecto. de appellatio. & Iaſ. in l. Titiæ textores. §. 1. de leg. 1. & idem Iaſ. in l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. Eandem partem acriter defendit & tuetur d. Alex. dicens eandem eſſe de iure veriorem & communiorē opinionē, in conſ. 2. conſideratis. col. pen. verſ. ſed in hoc lib. 3. & in conſ. 225. ponderatis. col. 6. ver-

13 ſic. præterea, lib. 6. & quod ſit communis atteſtatur etiā idem Dec. in d.c. dilecto. col. 3. nu. 7. & Gra. in conſ. vlt. nu. 41. vol. 2. quicquid alij in contrarium ſenſerit. Quamuis pro opinionibus vitandis actor poſſet libellum ad ſuam intentionem declarare, an voluerit nullitatem principaliter vel incidenter deducere, per tex. in l. ſi quis intentione. ff. de iud. & leg. Pomp. ſcrib. § fi. ff. de rei vend. & c. literæ. extra de dila. docet Alex. d. conſ. 2. col. pen. in fi.

14 Et nedum remedia hmōi adinuicē non repugnantia in iudicio cumulatur: quinimo eodē tempore, ac ſimul & ſemel vtraq; cauſa, videlicet nullitatis & iniuſtitiæ inſtitui & ſup vtraq; probatione admitti pōt: vt docet Bar. in l. 1. col.

col. 3. verſ. circa ſecundum. C. quand. prouo. non eſt nec. vbi dicit quod communis conſuetudo ita obſeruat. & in leg. ſi expreſſim col. 5. & ibi Imo. col. 32. aſſerens hoc communiter teneri de ap. ponit Abb. in d. c. dile. col. 2. verſ. & hæc faciunt. & ibi Fran. q. 24. de ap. & Bald. in l. edita in rep. col. 15. q. 6. dum ponit quod nullitas poteſt examinari vna cum grauamine.

13 Quod intellige (vt dixi) quando contrarietas vel repugnantia non reſultat alia cumulatio huiuſmodi reciperetur, prout eſſet, ſi proponeretur interdictum vnde vi, cum remedio l. 2. C. de reſc. vend. vel ſi diceremus, dico ſententiam nullam, quia lata cum falſo procuratore & dico eandem iniuſtam, per ea quæ ab ipſo falſo procuratore probata ſunt: quoniam eodem tempore eſſet approbare, & reprobare geſta ipſius procuratoris: quod ſtare non poteſt, per regulam. l. 1. C. de furt. leg. per ſeruum. § denique ff. de vſu. & hab. leg. ſi fuerit. ff. de reb. dub. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & declarat Rot. d. deciſ. 116. licet in no. & Anch. conſi 221. ſubtiliter. col. 1.

14 Intellige inſuper quo eodem tempore ſuper vtraque cauſa videlicet nullitatis & iniuſtitiæ procedi poteſt: dummodo is qui nullitatem proponit non contradicat: ipſo namque inſtante ac petente in primis ſuper nullitatibus cognoſci, ac illas reuocari debere, priuſquam de iuſtitia, aut negotio principali cognoſceretur, audiendus eſſet: ex quo nullitate prius cognoſci conſueuit ſecundum
15 ea quæ poſuit Bar. in l. Cum quærebatur. ſ. de re iu. & in l. ſi vt proponis. 2. col. & Ang. in l. præſes. C. quo. & quan. & Fran. in d. cap. dilecto. q. 10. verſic. vlterius aduerte. & Lanf. in c. quoniam contra. verſi. interlocutoriæ. num. 22. de prob. & facit tex. in d. l. contra maiores. C. de inof. te-
16 ſtam. & ſi iudex oppoſitione ac proteſtatione huiuſmodi non obſtante ad vlteriora in principali negotio, de nullitatibus aliter non cognito procederet, proceſſus eſſet nullus ſecundum aliquos: vt per Bal. in §. qui prouocauit. q. 12. circa fi. ff. de pac. & tenet idem Fran. in d cap. dilecto. q. 10. verſi. ſecundo dubitatur. Quod intellige dummodo

modo ab huiuſmodi vlteriori proceſſu & tacita exceptionis legitimæ deiectione,appellaretur: alias cum ſit peruerſio cognitionis cauſæ, ad cauſam, vel repulſio exceptionis,non crederem proceſſum, ipſo iure nullum, per ea quæ dicam in q.fin.& facit text.in l.1.C.de ap.c.ex parte. extra eod.tit.c.exhibita. de iud.cum ſimi.in ſuprafcriptis itaque caſibus & exemptis nullitas dicitur principaliter in iudicio deducta.

17 Incidenter autem dicitur nullitas in iudicio propoſita,ac de ea tanquam incidenti & ſecundario cognoſcetur ſi petitum fuerit quod (caſſata ſeu habita prima ſententia pro nulla) ex integro ſuper negotio principali pronuncietur ac ſententia prædicta reformetur: tunc etenim principaliter cognoſcendum eſt de cauſa & principali negotio,& incidenter de nullitate ipſius ſententię: vt habes exemplum in c.ad probandum,& c.Cum lo.& A.ibi, irritantes proceſſum eorum,in negotio procedatis. extra de de re iu.& in l.4.leg.abſentem.C.de accuſatio.& l.1.C.de ſent.ex pericul.reci.l.fi. de ſent. quæ ſine cer. quant. prof. l.ſi de proprietate. C.ſi à non comp. iud. leg.cum non ea. C.quand.prouo. non eſt neceſ. cum ſi. in quibus patet, quod habita prima ſententia pro nulla,de nouo pronunciatur ſuper principali negotio, & ponit Bar. in l.ſi expreſſim.col.pen.de appel.

18 Dicetur inſuper nullitas incidenter deducta, ſi ſimpliciter commiſſa cauſa appellationis. Idem iudex examinando eandem appellationem, cognouerit etiam nullitatem proceſſus,& ſententiam ipſam tam reſpectu iniquitatis quàm nullitatis reformauerit, prout poteſt: tali caſu dicetur de nullitate incidenter, principaliter autem de ipſa appellatione & negotio principali cognouiſſe, iuxta tex.in l.Carmelia pia. ff.de iutep.& leg. quædam mulier.ff.fam.erc.leg.ſi is quem.C.de lib. cauſ. ponit Bar.in d.l.ſi expreſſim.colum 3.& Archid. in c.2. in verſic.de partium.de app. in 6.& Fran. in d.c.dilecto,q.29.de appel.& ponit Rot.109.nota quod vbi, in antiq.& Alex.conſi.59. viſo,num 9.lib.4.& conſi.275.ponderatis, num.2.lib.6.

Prout

19 Prout dicimus de arbitrio ſeu iudice ad quem rec'amatum eſt & petita reductio ad arbitrium boni viri qui & ſi videatur.ſuper iniuſtitia principaliter aditus:nihilominus ſi repererit laudũ nulliter prolatũ, poterit etia eandẽ nullitatem declarare: vt ponit Franc.in d.c.dilecto.q.15. & 21. & Dec. poſt plures conſulentes, quos adducit in conſ.59.in fin.lib.1.

20 Cognoſcitur etiam incidenter de nullitate quando per viam exceptionis ſeu replicationis in iudicio deducitur,qui modus eſt frequens, & valde vtilis. Nam finge, ꝙ conuenias me, veluti fideiuſſorem mulieris, quæ pro alio interceſſit: excipiam de nullitate huiuſmodi obligationis ob ſenat. Velleya. per quod tales obligationes irritæ fiunt; vt dicit tex.in l.quam.in fi.& in l.1.cum ſequen.ff. ad ſenatuſconſul. Velleya. & l. mulierem. & l.ſi vxor. C.eod. tit. Vel pone quòd filio hæreditatem patris petenti opponatur de teſtamento condito: is etenim de nullitate illius replicare poterit, iuxta tex.in leg. filio præterito.& ibi Bar.qui hanc praxim plurimum cõmendat.ff.de iniuſt.& rup.teſt.l. Papinianus.§. ſi quis in itum cum.§.ſeq.ff.de inoffic.teſt.& docet idem Barto.in l.quæ ſub conditione.§. ſi.ff. de cond.inſt. & Bal.in l. ſuus hæres.C.de repud.hæredit.& iterum Bar.in conſil.91.in q. vertente in ci.c. vbi allegat pro caſu tex. in l. fina.C. de ord. iud. Idem foret, ſi petenti reſtitui ſibi dominum vel quid aliud iure dominij,vel quaſi ad ſe ſpectans, & exciperetur de illius venditione, vel alio contractu, non poterit replicare de illarum nullitate. vt l. 2. l. non ſolum. l.minorum.l.ſi quidem.l. ſi prædium cum pluribus alijs. C.de præd.mi.& eod.titu.C. plus valde. quod agitur. & quotidie videmus in Ro.cu. reſcripta ſeu literas beneficiales, & reliqua huiuſmodi per exceptiones ac replicationes ſubreptionis & obreptionis,ſeu defectus intentionis concedentis,ac nullitatis,& impugnari:prout latè per

21 doctor. in c. ad aures. in c. ad audientiam. & c. conſtitutus.extrà de reſcript. Nullitas etiam quæ ex eiſdem actis & proceſſu reſultat, ac de ſe patet, intelligitur inciden-

ter

ter in iudicio deducta: vt docet. deci. Neap.283.Diu eſt,
22 col.1.allegando Bar.in d.l.ſi expreſſim. & Oldr.in conſi.
205.cum alijs de quibus ibi: Talis etenim nullitas poteſt
allegari, ſed de ea excipi etiam poſt concluſionem in cau
23 ſa, per tex. in c.cum olim Abb. & ibi Bald. col.2.in fi.de
offi.deleg. Sicuti dicitur de attentatis,quæ etiam ex offi-
cio vſque ad concluſionem cauſæ reuocari poſſunt: vt do
cet Rot.dec.518.no.quod attentata.in antiq.& facit illud
quod ponit Franc.in d.c.dilecto.q.14.de appel.

24 Et pro maiori præmiſſorum cognitione ſcire debes, ꝙ
maximi eſt effectus,& non modici momẽti cognoſcere nũ
quid nullitas fuerit incidenter vel principaliter deducta;
hi etenim modi adinuicem longe differunt,quoniã ſi nul-
litas fuerit ſeorſum & ſeparatim principaliter in iudicio
deducta, neceſſe eſt ꝙ ſuper cognitione huiuſmodi iuris
ordo,ac tela iudiciaria ſeruetur, de qua per glo.& Doct.
in l.prolatam. C.de ſent.& Spec.in tit. de offi.om.iud.§.
poſtremo.col.2.verſ. ſecundò ſciendum. & Ro. deciſ.33.
ſi quando. in no. Ægid. deciſ.27.termini. Caſſad.deciſ.
8.de reſcrip.Officium namque, quod in tali iudicio im-
26 ploratur eſt nobile: vt ſupra dictum fuit: ac ſententia quæ
ſuper nullitate principaliter intentata fertur, habet vim
diffinitiuæ: quinimo cum cauſam in iudicio principali-
ter deductam diffiniat, verè diffinitiua eſt: ſecus ſi incidẽ
ter, quia tunc haberetur pro interlocutoria: vt declarat
Bal in l.præſes col.1. C.quomo. & quando, & ita intelli-
ge Rot. deciſ.13. ſi iudex. & 85.ſi a prouincia. in nouis.
& Guid.Papa,q.220.locũ tenens.& q.16.iudex.ac Ioan.
And.ſuper glo.in cle.ſi.de ap.& Ro. deciſ.340. fuit dubi-
tatum. colum.341. circa fi.in no. Io.mill.in verb.ſenten-
tia lata ſuper nullitate,declarat Imol.in l.quod iuſſit ff.de
re iud.& Franc.in c.cum ceſſante.col.pen. ver.23. de app.
& Rot.quæ ita debet intelligi.215.no.quod ſnia in antiq.
idcirco ſm regulas iuris ad ſententiã huiuſmodi iuris or-
dine omiſſo deueniri non poteſt,per text.in l.1.ibi ad pię
fidem, ſi vis, vt cauſa agatur ſecundum ordinem iuris &
eloquens,de nullitate cõtractus.C.de lib.cauſ.iũcta l.1.&

l.fin. C.de re iud. & l.ſi pacto quo pœnam. C.de pact.& d.l.prolatam cum ſim .

2 Quando autem nullitas in iudicio incidenter deducitur per aliquem ex modis ſupraſcriptis nulla tela vel iuris ordo requiritur,ſed de ea tanquam incidenti ac notorio abſque iudiciorũ ſolẽnitate cognoſcitur:prout in terminis declarat Ægid.deciſ.317.in cauſa.deci.502.& 319. & Rot.dec.340.fuit dubitatũ,in no.& deciſ.821.in antiq. Spec.de libel.cõcep.§.nunc dicendum,in fi.& Bal.in addi. ad eũdẽ,in tit.de ſent.col.4 ver.in cauſa nullitatis.& col.7 verſ.an poſſit declarari & idem Bal.in l.tale pactum.§.qui. prouocauit.ff.de pact.Card. in clem.1 q.16. & ibi Anch. col.3.de re iud.Abb.in c.dilecto. circa fi. & ibi Fran.q.16.

28 & in c.inter cæteras, in fi.de re iudi. Idem Abb in c.tua. in fi.& in c.bonæ memoriæ.vbi loquit de attẽtatis abſque ordine iudicij reuocandis de app. de quo remedio attentatorum etiam ponit idem Abb.in c.ex parte, col.pen.de reſcri.& Franc.in c.conſuluit 2.de app. & Rot.765.ſciendum eſt quod ſi in antiq.-& Bal.in l.appellatione. col.2. C.de app. doct. in c.non ſolum de appel. in 6.cum vulg.

29 Secundo quando nullitas ſeorſum & ſeparatim principaliter in iudicio ꝓponitur,executionẽ nõ impedit:N.i ſi propono teſtm̃ nullum, non impeditur aditio hereditatis ex eo.leg.cũ quidam,in fi.l cum falſum.l.Pãthonius.§.rei. ff.de acqui. hæred. & tradunt Bar. & Bal. in l.ſuus hæres. C.de repud. hęred. prout per ſimile iudicinm principaliter (vt præfertur) intentatum executio ſententiæ non retardatur,vt voluit Inno. in c.cùm in iure, de offic.deleg. quem ſequitur & declarat Bal.in l.1.in prin.C.ne lic.tert. prouoc.& Bal.in l.fi.in fi.de ord. cogni. & in l.appellatione.in fin.C.de appella.Franc.in c.dilecto.q.10.verſic.circa tertium.& ponit Rot.280. licet per viam exceptionis, in no.quæ eſt clauis in materia, & meminit Io. Staſi. in tracta.de lite.grat & iuſt.fol. 151. 2.ſal. & tenet Alex.conſi. 83.interrogat.in fi libri quinti & Fran. in c.non ſolum in fi. de appel.lib.6. & Ant. a Cauario in tract. de execut. inſti.q.52.& ratio eſt:quia cum nullitas in iudicio ordina

rio principaliter ꝓpoſita deſideret ſniam,quę effectualiter nil aliud faciet q̃ actũ euacuare,& executionem impedire, ſi incontinẽti per ſimplicẽ nullitatis propoſitionem executio impediretur, eſſet dare executionẽ ſententiæ nõdũ latæ cõtra regulas iuris cõis.l.1.C. de exe.rei iudi.cũ ſimi.Ideo,ſit ex executiõ ſalua remanẽte qõſte nullitatis. arg.c.ſuſcitata. de reſti.in integ.l.2.C.ad l. Corn.de fal.
30 auth.quæ ſupplicatio, C.de precib.imp.offe.Et quamuis præmiſſa procedãt ẽt ſubſecuta inhibitione à iudice nullitatis ſm Roter. & Doct. ſupradictos. Nihilominus pp formã cõmiſſionũ & reſcriptorũ, & ob generales clauſulas illorum in Rom.cu.practicatur,ꝙ in reſcriptis ſeu cõmiſſionibus ſuper nullitatibus hmõi impetratis, addi con ſueuit clauſula,ſine præiudicio legitimæ executionis, vel triũ cõformiũ,aut cũ clauſula.Si quid exequendũ fuerit, exequatur: vel parito iudicato iuxta caſuũ cõtingẽtias. p quas clauſulas,ẽt ꝙ ſubſequatur ĩhibitio p iudicẽ ad quẽ executio nihilominus nõ impeditur:quãuis forſan ĩpediretur, ſi inhibitio emanaſſet ſimpliciter,& abſque clauſulis & declarationibus prædictis,per tex.& ibi not.per Do
31 ctor.in c.nõ ſolũ.de app.in 6. maximè ob clauſulas prægnãtes,quæ ex ſtylo in hmõi commiſſionibus poni cõſueuerũt (vt dixi) & intellige ꝙ qõ nullitatis principaliter deductæ non impedit executionẽ qñ executio eſt retractabilis, alias ſi eſſet irretractabilis, impediret: vt declarat Bal.in l.ab executione.C.quorũ ap.non rec. & in l. 1. col.6.C.qui accuſ.& in l.eũ q duas, vbi Salic.C. de adul. & Frã.in d.c.dilec.q. 10.ver.limita.niſi executio, &c.cum alijs de quib.per Auguſtinũ cõciuem meum poſt Ang.in tract.maleſi.in verb.præſente Cayo,&c.verſ.ſi aũt non appellauit.fol.304.& latiſſimè ponunt Doct. maximè P. ul. de Caſt.in d.l.3.§.condemnatũ,col.ſi. & ibi Alex.col.4.& d.Iaſ.col.4.de re iud & Dec.conſ.72.præſtant.per tot.lib. 1.poſt Paul.de Leaz.& alios in cle.1. de re iud.
32 Sed ſi nullitas incidenter puta p modũ exceptionis in iudicio ꝓpoſita fuerit: cũ tal s exceptio dicatur ſũmaria ac perẽptoria,& p̃iudicialis,ſi altiorẽ indaginẽ non expo-

ſcit,executionem impedire conſueuit: vt ponit Rot.107. Nota ꝙ vbi aliquis,& 115. not.ꝙ cauſa nullitatis.in antiq.& d.Deciſ.280.licet in no.ponunt Doct.poſt Bart.in d.l.3.§.condemnatû.& l.à diuo pio.in princ.ff.de re iu.& l.1.ff.nil.nou.ap.pe.& l.3.§.ibidé.ff.ad exhibendum. Bal. in l.ab executore. num.7. vbi dicit,quod talis nullitas & taliter propoſita ſtatim perimit.quor.an.no.reci.& in l.5. ne lit.3.prouo.in 1. Lanſ.in c.quoniam côtra, in verb.exceptiones.num.8. de proba.Fran.in c.dilecto.q.10.de appel.deciſ.Neap.233.diu eſt,Rom.conſ.51.attentis.Eſt cômunis ſnia doctorû, vt aſſerit Alex. in conſ.33.viſo in fi. li.1.& de quo per eundem in conſ.95.nu.8.li.2.& conſi. 281.in cá,col.2.lib.6.quinimo ſi nullitas taliter propoſita ex defectu iuriſdictionis proueniret; ét ꝙ altioré indaginé expoſceret,retardanda eſſet executio ſecundû Ang.
33 in l.fi.& ibi Alex.& Iaſ.C.ſi ex fal.inſtr. & in d.l.4.§.iudicatum,vbi Iaſ.col.4.verſ.2.limita.de re iud.

34 Prout ét impediretur executio, ſi nullitas adiûgeretur vt cumularetur cum ipſa appellatione:quia tunc nullitas dr potentiorû, quaſi ab ipſa appellatione vires acquirés, & ob ſimilé immixtioné pendente hmôi iudicio nihil eſſe innouandum.c.exhibita.& ibi per Imo. in fi.de iudi.c.ſuper q.in fi.de offic.deleg. ita voluit Cu. in l.ſi expreſſim. col.11. quem ſequitur Franc.in d.c.dilecto.q.9.in fi.& q. 54.prout dicimus ꝙ etiam tunc totum negotium ad iudicem ad quem deuoluit,vt per Rom.356.fuit dubitatû. in no.& 109. no.quod vbi eſt in antiquę.& Bald.in l.1.in princ.C.de ſent.ex peric.reci. Iſto tamen caſu ſi articulus
35 appellationis deſereretur,& remaneret ſola nullitatis cognitio,executio vlterius non impediretur.c.licet de ſent. excomm.in 6 Bar.in l.ſi expreſſim, col.6. declarat Franc. in d.c.dilectus.q.61. ex his igitur patet longè vtilius eſſe nullitatem appellationi cumulare, & ita cumulatá proponere, quàm ſimpliciter eandem ſolam deducere, & ita obſeruant practici, quando poſſunt.

36 Tertiò nullitas incidenter deducta etiá ꝙ de ea fuerit ſummariè cognitû, non impedit quominus iterû in iudi-

37 cio ordinario,ac principaliter,& per modũ agẽdi deduci poſſit:qm̃ ſnĩa lata ſuper principali non præiudicat incidẽti,de quo nõ fuit plenè cognitũ.l.a diuo Pio § ſi ſuper rebus.ff.de re iu.l.pen ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. l.ſi quis a liberis:§ meminiſſe. ff.de lib.agno.& trad.Bart. in l.1.col.pen.C.quand.prouo.& in l.ſi expreſſim, col.3. & Canoniſtæ in d.c.dilecto.vbi Pan.col.4.& Franc.q.46. & 48.poſt Roter.Dec.118 not.ꝙ vbi ſentẽtia in antiq.& 38 Fel.in cap.ea quæ,in 1.col.de re iud.& Alexan. conſ.79. perſpectis.num.4.lib.1. & Dec. conſil.97.col.2. lib.1. vbi hoc declarat cum ſi. Idcirco deſerta cauſa appellationis, vel illi renunciato,ẽt ꝙ nullitas, quæ tacitè eidem appellationi inerat,& incidenter videbatur deducta,deſerta,& illi renũciatum eſſe videatur: vt per Franc.in d.c.dilec.q. 48. Nihilominus non obſtabit quominus eadem nullitas principaliter & directò in iudicio deduci poſſit:vt declarat idem Franc. in d.c.q.10.ver.ſed aduerte. Et tradit Bart.in d.l.1.col.3.ver.nec obſtat.C.quan.prouo.& Ancha.in cle.1.in princ.de re iud. & Fel.in c. ſi aũt.col.4.in verb.temporalia, de reſcrip. maximè ſi nullitas ad alium finem deduceretur,& per alium modũ agendi:quia tunc geſta in primo iudicio non obſtarent in ſecundo,per leg. & an eandẽ,in princ.ff.de excep.rei iudi.leg. Iulianus verum debitum,& ibi ponunt ſcrib.ff. de cond.inde.l. quod in diem.§.1.ff.de comp. & l.2.C.eo.tit. cum alijs de quibus ad propoſitum per Alex.in conſil.66.col.1.in fi.lib.5. Paul.de Caſt.conſil.308.viſa col.1.lib.2. & Canoniſtæ in c.veniens.extra de teſt.el 2.cum ſimi.

39 Differunt ẽt ab inuicẽ ſupraſcripti modi agendi & proponẽdi nullitatẽ in formãdo libellũ,& ſnĩam ſuper eiſdẽ; quoniã ſi nullitas incidẽter fuerit deducta, nõ videtur neceſſarius libellus,neq; ſnĩa,cum ſuper incidenti regulariter non pronuncietur.c.ex par.el 2.& ibi Franc.de appel. cap 1.de ord.cog.l.1.& ibi declarat Barto. C.de ordi.iu. ponit Fel.in c.ſuborta col.4. verſic.Ang.& quando de re iud.poſt Bar.leg Si a procedente.C.de dilara.igitur nullitas incidenter puta per modum exceptionis, propoſi-

ta, ſi fuerit manifeſta, ſtatim perimit: nec aliqua pronunciatione opus eſt, ſecundum Bal. in l. ab executione. col. 2. C. de re iud. Aut ſi exceptio fuerit dubia per proceſſum, aut non proceſſum iudicis ad vlteriora, apparebit ſuper ea ſaltim tacitè facta pronunciatio: vt declarant doctores in d. c. ex parte M. de app. cũ alijs, de quibus per Alex. in
42 conſil. 37. viſo num. 19. lib. 2. Vel ſi (habita prima ſententia pro nulla) petitum fuiſſet ex integro pronuntiari: ſatisfuerit, quò iudex in ſententia dicat hoc modo cancellata prius ſeu circunducta, &c. vel non obſtante tali ſnĩa tanq̃ ipſo iure nulla, &c. dicimus & pronunciamus præfectum. M. Z. debere reſtitui. &c. Tales etenim cancellatio,
43 ſeu ceſſatio, eo modo facta habet vim ſententiæ, per tex. & ibi declarat Bald. in l. ſi præſes. C. qũo & quando & facit tex. in cap. ex inſinuatione. ibi, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, & c. de procur. & in cap. Raynald. in verbo pronunciauit: non obſtante p ænulſo arbitrio quod ne legatum teneret, &c. de teſta. & ſentit. Inn. in c. Bertoldus, circa. fi. de re iudicata. dum approbat talem
44 modum libellandi, videlicet peto decem non obſtante tali ſententia contra me lata: quia nulla ex tali capite, &c. Talis etenim clauſula non obſtante, &c in ſimilibus caſibus videtur habere vim caſſationis ſeu renuntiationis:
45 vt dicit Bal. in l. ſi diuerſa ad fi. C. de tranſa. de quo meminit Felin. in cap. inter monaſterium colum. 7. verſicu. regulariter ſententia, &c. de re iudicata. Quinimo ſi fuiſſet allegata nullitas primæ ſententiæ & ſuper ea cognitum: ſecunda ſententia ſuper negotio principali lata, valeret, quamuis expreſsè de nullitate non faceret mentiotionem: quia videretur tacitè pronunciare illam nullam & inualidam, & in nihilo obſtare: vt voluit Paul. de Caſt. in l. 1. C. quan. prouo. quem refert Fel. in d. c. inter monaſterium. in ſextò. limita vbi tamen aſſerit ſecurius fore pronuntiare, vt ſupra.

46 Sed ſi nullitas principaliter & per modũ agẽdi in iudicio deducenda fuerit, neceſſarius erit libellus, in quo cauſa nullitas exprimi debebit, vt ponit Ro. decd. 146. Nota

ta ꝙ intentas.in anti.& diximus ſupra.Et propterea ad ef fectum vt legitimè concludatur,in primis aduertẽdũ erit, nunquid actus vel ſnĩa ſuper cuius inualiditate agere in tendimus ſit ipſo iure nullus, vel ope exceptionis ac per ſnĩam annnulandus & reſcindendus: quia his caſibus diuerſo modo cõcludẽdũ eſt: prout dicimus de filio rite ex
18 Sic ergo aliquem non fuiſſe citatum, neque conſtitutum procuratorem, vel non fuiſſe datam poteſtatem iudicandi,minusq́; iuris ordinem ſeruatum, per inſpectionem actorum & proceſſus eiuſdem cauſæ probabitur: vt voluit Bart.in l.2. C.de erro. aduo. & in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel. & in l.1. ff.ſi tut.vel cura. app. Bald. in l.ſi contra.C.de appel.Iaſ.in l.4.§.condemnatum.colum.2.ff. de re iud. & domi Abb. poſt Io. And.circa fin.d.c.ad ſedem.de reſtit.ſpol.& in c.quoniam contra, ſuper vlt.glo. vbi Felin.colum.15.verſi. limita vno modo & Ioan.And. poſt Spec.in tit.de ſent. §. vt autem. in verb. & nota ſecundum quoddam, quia quod non apparet dicitur non eſſe.l.in lege,ff.de contrah.emp.c.ſolennitates, in fin.de conſe.diſt.1.ponit. Affl.dec.43.num.5.& præmiſſa tenet. Alex.conſi.59.Viſo titulo. col.5. no.17.lib.4. & conſi.55. quoniam.2.col.& conſi.105. Ponderatis. colum.2.lib.5. Abb.conſi.92.Chriſti nomine,volum. primo, cum alijs, De quibus per Dec.d.conſ.483.pro reſolutione num 6.& Bar.in conſ.98. apparet. in fi. & Mar.de Fano in tract. de probanda negatiua,tomo 13.Cor.conſi.pen.li.1.

19 Negatiua etiam huiuſmodi ac nullitas ex ea inſurgens probari poterit per teſtes literatos, qui proceſſui ac prolationi ſententiæ præſentes fuerint, ſed viderint ac examinauerint acta,& proceſſum, in quibus talia non fuerint reperta. Cum etenim huiuſmodi negatiua ſit certis

loco

loco & tempore coarctata, erit probabilis vt inquit Bar. in d.l.2. de error. aduo. & Io. And. in locis de quibus ſuprà, & Bal. in l. geſta, in 3. col. vbi ponit qualiter ſuper hoc teſtes interrogari & deponere debeant. C. de re iud. & facit text. in d. c. ſicuti de re iud. & in c. Albericus. in fi. de teſtibus & id quod ponit Rot. 409. fuit dubitatum. in
20 no. & quod notatur in l. ne arbitris. C. de arb. & tenet Alex. d. conſi. 123. colum. 9. num. 23. lib. 4. per tex. in l. 1. C. de exac. tribut. li. 10. cum ibi add. & per Anch. conſi. 276. viſa, col. 1. num. 3.

Vel probari poterit nullitas proceſſus, vt putà litem non fuiſſe conteſtatam, vel quid aliud ſimile per confeſſionem ipſius partis aduerſæ: prou. eſt tex. & ibi hoc notat Pan. in 3. nota. in c. fi. extra de prob. & in c. præſentia. in illius tex. de renunc. facit tex. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. in l. cum te. C. de tranſact. & ponit Ioan. mil. in verb. ſententia à qua non eſt appellatum. & Felin. in c. de cauſis. col. 3. verſi. tertia concluſio de offi. delega. & in cap. vnic. in prin. de litiſconteſt.

21 Et quod diximus de nullitate probanda, & iuſtificanda idem fere dicendum videtur de appellatione interpoſita. Cum appellatio ſit cauſa & intentio appellantis: qa per eam appellans in ſe ſuſcipit onus probandi ſententiam iniquam, petitque illam propterea retractari: vt l. 1. & l. ſcio. ff. de appellationi. l. perfecti. ff. de minor. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Si igitur appellans iudicio obtinere voluerit; huiuſmodi ſuam propoſitam intentionem probare debebit. c. cum eccleſia, de appellatio. cap. interpoſita. in prin. & glo. fi. in c. dilectis. eo. tit. & in l. ad ciuilia. in fi. C. de appell. l. 1. in princ. ſi pendente appellatio. mors. inter. l. 2. cum duabus ſeq. C. ſi ex fal. inſtrum. Et propterea lex mandat exhiberi copiam omnium actorum & proceſſus ipſi appellanti: vt ex illis coram iudice ad quem ſuam intentionem iuſtificet. l. eos. §. ſuper his. l. a proconſulibus. & præcipimus. verſi. in his autem. C. de appell. & tex. in cap. cupientes verſic. cum omnibus actis iuribus, & monumentis ſuis, &c. & in verſic. electos vero.

& verſ.

& ver.ſi vero in diſcordia.de elect.in 6. eidemq; appellanti ad appel.hmôi iuſtificandã, proſequendam,& finiendã certũ prefinitũ tẽpus, videlicet annũ,& ex cauſa bienniũ, ſtatuit.c.Cũ ſit Romana.& c.ex ratione,extra de appel.& toto tit.C. de temporũ appell. quo termino elapſo ſi acta & proceſſus idẽ appellãs non repreſentauerit ,ex illiſque aut nouiter deductis,dictã ſuã appellationẽ non iuſtificauerit , ſententia prima manebit firma , ac ſuæ executioni demãdabitur.l.ſi cõtra minorẽ,& l.quoniã nõnulli.iuncta l.in offerendis.& l.ampliorem,in prin.C.de appel.& l. fin. col.ſi.vbi bonus tex.& auth.ei qui c.de tempo.appel.Debet itaq; appellator ſi vult in cauſa appellationis obtinere , docere imprimis ꝙ ritè & ſolenniter appellauerit, id eſt ꝙ formiter,videlicet in ſcriptis,& intra decem dies:vt voluit Io. And.in nouel.in ver. ſi conſtiterit. in d.c.ſicut Romana,& c.Romana.§. ſi verò. & ibi gl.d. & Doc. eod. tit.in 6.ponit Dec.conſ.295.in cauſa.col.1.lib.2.poſt Bar. in d.l.hi qui.C.de ap.& Rot.cõſ.190. quoad reuocationẽ, in no.Et poſtmodũ eandẽ appellationem quoad ſñæ iniquitatem & iniuſtitiam(vt diximus)iuſtificare,aliàs etiam quòd conſtaret de nullitate ſeu grauamine , & iniuſtitia, ipſe appellans non obtineret ſecundum Francum in c.dile.col.4.in ſi.de appel. cum ibi add.

Et pręmiſſa intellige (vt dixi) quando appellans vult cauſam appellationis ſuæ proſequi , & illam iuſtificare . Si autẽ appellatus appellationem hmôi ex aduerſo interpoſitã ,pſequi, & petere declarari per iudicẽ ad quẽ,bene ſñiatũ,& malè appellatũ, eandemq; ſñiam cõfirmari vellet(qđ facere pôt)vt in d.l.ampliorem,in prin.& l.in exercẽdis.C.eo.ti.& ponit Rot.365.ſi a diffinitiua.in not.cum ipſe ſit qui hoc caſu promouet,& cãm proſequitur,& bene iudicatũ & male appellatum aſſerit, ſi vult effectu ſñię ſuæ potiri, & expreſſam cõfirmationẽ habere, cũ cẽſeatur actor,id qđ aſſerit,oſtẽdere debet. Et per conſequẽs acta & proceſſus coram iudice ad quẽ exhibere producere cõuenit.Ita procedit tex.in d.authen. eos autem, de his qui ingred.ad appel. & ponit Inno. in c.1. de confir. vtil. vel

I inut.

inutil.& Abb.in cap.ea quæ. in fi.& ibi Fel. ponens etiam quid operetur iſta expreſſa confirmatio. de re iudi.l.idem Abb.in c.in præſentia.col.fi.de renun.gl.Bar.& Bart.in d. l.hi qui ad ciuilia.C.de app. & in d.l.1.vbi Alex.ad Bart. ff.ſi tutor appel.& idem Alex.in l.Nam & poſtea.§.ſi minor.col.pen.ff.de iureiur.& Spec. in ti.de ſent.§.ſi.in fine. & plenius Guid.Pap.in tract.de app. q.10. & in deciſ.20. nunquid & 436.cum materia.7. conclu. & q.294.quæro vtrum.& Franc.in c.cũ eccleſia,de app.cum alijs, de quibus per Dec.in conſ.513.nu.10. Nec ſufficeret aliquo caſu partem actorum & proceſſus,vtputa actus & geſta pro parte duntaxat ipſius inſtantis facta, producere: niſi & ea quæ pro parte appellantis facta ſunt,& ſic integer proceſſus,produceretur:quia aliàs veritas rei geſtæ cognoſci nõ poſſet,per tex. in l.nec cauſas. & in l.iudicibus. & l.eos.§. ſuper his.C.de app. quod optimè in Ro.cu.quotidie videmus & experimur.

Et poſtquã hæc pauca vidimus circa modum nullitates probandi, & ad quem ſpectet: non erit extra propoſitum videre etiam,quoties, & intra quod tempus eadem nullitas in iudicio deduci poſſit,ac de effectu ipſius quouiſmodo deductæ.

IN RVB. SEV TITVL.
Quoties & intra quod tempus,&c.

SVMMARIA.

1 *Nullitas quoties fit,toties proponi poteſt: quia oritur cum ipſo actu nullo.*

2 *Exceptio reddens actum retro nullum regulariter non opponitur niſi poſt actum.*

3 *Appellare quamuis tertio non liceat: licebit tamen pluries dicere de nullitate: & in infinitum lis protrahetur, ſecundum praxim de qua hic.*

4 *Sententiæ ac res iudicatæ quomodo illudantur.*

5 *Nullitatem non poteſt proponere is,qui reportauit tres ſententias*

tias contra, antequam exequantur.

6 Reſcripta ſuper nullitatibus poſt tres conformes non conceceduntur in Rom.cu.niſi cum clauſula ſine præiudicio trium conformium.

7 Nullitates ne impediant prouideri conſueuit in Rom. cu. per viam reſcripti prout hic.

8 Nullitatis remedium quanto tempore duret: & intra quod tempus agi poſſit de nullitate.

9 Nullitatis effectus qui ſint tam ante quam poſt illius declarationem, nam deuoluit, num 10. ſuſpendit. & proceſſus principalis negotij retardat, nu. 11. executionem impedit, nu. 15. perimit num. 16.

12 Nullitatis cognitione pendente conquieſcit negotium principale: & fatalia non currunt: quod intellige prout hic, numero 13.

14 Attentatorum cauſa pendente fatalia cauſa principalis non currunt; intellige prout hic.

16 Nullitas facit quod actus nullus habeatur, perinde ac ſi nõ fuiſſet factus. ideo de actu nullo non eſt mentio facienda, nu. 16. vide hic multa exempla, nu 16.20.21. vſque ad nu. 25.

17 Reſcriptum vt valeat, de proceſſu, litiſpendentia ac ſententia mentionem debet.

26 Actus nullus nullum operatur iuris effectum.

27 Citatio nulla non inducit litiſpendentiam neque iuriſdictionẽ perpetuat, num. 28. præſcriptionem non interrumpit 29. & 31. neque malam fidem inducit 30.

32 Acceptatio ſeu nominatio nulliter facta non conſumit poteſtatem iterum nominandi & acceptandi.

33 Nullitas actus non conſumit poteſtatem quominus nulliter factum poſſit iterum bene fieri, & vide exempla.

34 Stipulatio nulliter facta non obſtat quominus iterum poſſit recte ſtipulari.

35 Electio nulliter facta non obſtat quominus poſſit iterum canonice fieri.

36 Matrimonium nulliter contractum non impedit ſecundum.

37 Teſtamentum nulliter factum non tollit primum validum: idem eſt de contractu, & nu. 43.

38 *Teſtium examen nulliter factum non derogat primis depoſitionibus.*

39 *Teſtium publicatio nulliter facta non impedit vlterius examen.*

40 *Sententia nulla non tollit remedium ſpolij.*

41 *Sententia nulla non impedit teſtes prius publicatos iterum examinari.*

42 *Conditionis inualidæ defectus non tollit legata.*

44 *Bannitus nulliter ſi vigore ſtatuti occidatur, occidens non excuſantur. ſed punitur prout hic.*

45 *Diſpoſitio loquens de actu intelligitur de valido.*

46 *Clauſula non obſtante conceſſione alteri facta, intelligitur de inualida.*

48 *Appellatione pendente nihil innouandum intelligitur de valida: ideò illa declarata nulla vel deſerta attentata eo interim non reuocante ſileat per viam attentatorum, vt hic 49. cum ſeq.*

49 *Attentata appellatione pendente ſi appellatio deſeritur non reuocatur per remedium attentatorum, ſed per remedium nullitatis, aut ex officio.*

50 *Appellatio nulliter interpoſita non deuoluit.*

51 *Confeſſio nulliter emanata, vel ex actu nulla inſurgens, licet declaret mentem, nihilominus tanquam erronea non operatur.*

52 *Facto proprio contrauenire quod quis non poſſit, intelligitur de valido quia ſecus ſi fuerit nulliter factum.*

53 *Actus nullus habetur pro non facto quoad præiudicium tertij, ſeu commodum gerentis: ſecus quoad præiudicium illius.*

54 *Nullitas actus non excuſata pœna, & num. 66. & vide hic nu. 53. & 54 55. 56 57. vſque ad nu. 66. vbi habes plurima & ad praxim exempla.*

68 *Gabellæ ſi vigore ſtatuti de omni contractu ſolui debeat, intelligitur de contractu valido: quia ſi fuerit nullus, nil ſoluendum eſt.*

69 *Sermones noſtri veriores redduntur: cum vniuerſalibus cognitis ad particularia deſcendimus.*

Quoties, & intra quod tempus de nullita.agi poſſit: & nunquid pariat aliquos iuris effectus, & quos.

1 TOTIES de nullitate agit, quoties actus nullus cõcipitur. Ius etenim dicẽdi nullũ, ac exceptio huiuſcemodi orit cũ ipſo actu qui ꝓperã fit, ac poſt ipſius natiuitatẽ ſolũ modo cõpetit: ꝓut patet ad ſenſũ, quia nõ entium nullę ſunt qualitates. l. eius qui in pronũcian. §. qđ ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. pet. l. ſi ſeruũ. §. 1. ff. de act. emp. prout arguit Dec. conſ. 583. iuridicã circa fi. lib. 4. non poterit igitur ſententia, niſi poſtquàm fuerit promulgata, per viam nullitatis impugnari, vt in iſtis terminis tradit Bal. in l. poſt ſententiam, in 1. col. circa fin. C. de ſen. & ſentit in l. 1. C. de re iud. quem refert & ſequitur Feli. in c. inter monaſterium col. 8. verſicu. ſed aduerte. de
2 re iudi. & hinc eſt quòd omnis exceptio, per quam iudicium ac ſententia contenditur. retro nulla regulariter opponi conſueuit poſt ſententiam latam: quia ante quam proferretur, ſeu actus conciperetur, nullitatis exceptio nõ erat non neque cõpetebat; prout eſt gl. ord. in leg. tametſi. ff. ad ſenatuſc. Maced. & gl. in verbo momẽti. & ibi ſcrib. in cap. noſtra. extra de procu. & l. licet. C. eo titu.

3 Et propterea quamuis ab eadem ſententia non liceat tertiò prouocare. c. ſua nobis de appella. & C. ne in vna ead. cauſ. &c. iterum tamen de nullitate dici poterit. Nam ſi opponetur de tribus conformibus & re iudicata & ꝙ vlterius, non ſim audiendus, nec vlterior quæſtio refricanda exceptione rei iudicatæ obſtante l. fin. C. de fid. inſtru. l. 2. C. ſi ex fal. inſtru. & per Barto. in l. ſi expreſſim. in 3. col. in princ. ff. de appel. & l. 1. col. pen. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & Ancha. in cle. 1. col. 1. in fi. & ibi Ioan. de Imol. in prin. de re iudic.

Talia opponẽti replicare potero non poſſe dici iudicatũ neque ſententias, cùm omnes, vel ſaltim aliqua ipſarũ vitio nullitatis manifeſte ſubiaceant: ideoque non poſ-

ſenec debere tali nomine nuncupari. l.3. §.condemnatſi. ff.de re iud.& l.1.§.fi.ad Tertul. l.non putauit.§.non quęuis.ff.de cont.tab.l.1.§.hęc autem verba.ff.quod quiſque iuris, &c. & propterea quãuis de nullitate primæ ſententiæ fuiſſet dictum,ac ſubinde per tres alias conformes ſententias declaratũ,ſnĩam quæ ex vitio nullitatis impugnabatur,validam: licetque de viribus primæ ſententiæ vlterius, ſtantibus dictis tribus conſortibus, hæſitari non poſſit,poterit tamen de viribus primæ, vel ſecundæ, aut tertiæ ſententiæ confirmantis adhuc quæri, & diſputari: Et ſi per alias ſententias huiuſmodi confirmatoriæ declaratæ fuerint validæ, iterum de viribus ac inual. vltimę confirmantis quæri poterit, & hoc modo nullus erit finis nullitatibus proponendis: cùm (vt dixi) ſimul atque cum ipſo actu & ſnĩa nullitas oriatur. Et hæc eſt illa vetus & antiqua praxis q̃ docebat Hubertu de Bobio, & Io.de deo ad hoc relati per d.Specu.in tit. de ap.in §.quoties.colum.1.& in ti.de excep.§.viſo.col.fi. in prin.de qua meminit Imol.in c.ſua nobis.de app. & Fran.in c.directè. col. pen. ver.nona concluſio. eo. tit. & per modum iſtius praxis quidam inſtruebant cautum litigatorem, qui ſententias contra ſe reportauerat: vt nullitatem aliquarum ex eis proponeret: quod vt eſt præmiſſũ impediri non poteſt eademque nullitatis cognitione pendente, pedetentim coram eodẽ iudice nullitatis,doceret de iniuſtitia earundẽ ſententiarum: quoniam ſi per diſputationẽ partiũ conſtaret per veritatẽ rei. etiã quod nullitas deducta non probaretur, eadem ſententiæ, quæ iudicatum faciebant, per viam notoriæ iniuſtitię reuocari poſſent.& tali modo ſententiæ ac res iudicatæ fierent illuſoriæ, hoc ponit Fel. in d.c.inter monaſterium per illum tex. col.12. ver. limita ſextò.de re iu. & in c.qualiter & quando col.19.nu.33.de accuſ.poſt glo.in cle.fin.in verb. competente. vt lit.pend. cum alijs ibidem per eum adductis. & quod ponit Aret. conſ.128.clariſ.col.2.verſ.2.eſt aduertendum.

Idcirco eum qui ſententias tot expenſis & laboribus quæſitas obtinuit,ne fiant quaſi ludibrio,& immortali lite in-

te inuoluantur, cautum eſſe oportebit: ac malitiæ & cautelis aduerſarij occurrere, imprimiſque animaduertere, quia lex ſimili morbo medelam aliquem adhibere volens ſtatuit, ꝙ habẽs tres ſententias conformes contra non audiatur ſuper nullitate illarum, vel alicuius ex eis, donec plenariè executioni fuerint demandatæ, vt diſponit cle. vt calumnijs, de re iud. & quãuis illius diſpoſitio nõ procedat, quando ſententiæ ex defectu iuriſdictionis impugnantur: vt voluit glo. ſi cõiter approbata. in clem. 1. de ſeq. poſ. & fru. hmõi tamen exceptio non ita indiſtinctè ac reſupinè recipienda eſt: nec per quamlibet ſimplicẽ propoſitionem aſſertæ nullitatis ex defectu iuriſdictionis, tot conformiũ ſententiarum retardanda executio, neque calũnijs indulgendũ, per tex. & rõnem d. cle. Sed eo duntaxat caſu qui eſſet audiendus, qñ ſaltim ſummariè de exceptione, ac non calumnia proponentis conſtare cœpiſ-
6 ſet, prout ſępius in Ro. cu. in ſignatura ſanct. do. Pa. ſeruari vidi: in qua reſcripta ſuper nullit. poſt tres conformes rariſſimè conceduntur abſque appoſitione clauſulæ (ſine pręiudicio trium conformium, aut priuſquam de prætenſis nullitatibus aliquid guſtauerint: & hoc ne prætextu dictarum nullitatum, debitæ executiones impediantur.
7 In eadẽ curia aliud ẽt conſueuit adhiberi remediũ: videlicet ꝙ cã pro parte illius, qui ſñias contra reportauit, ſuper aſſertis nullitatibus attentatis, ſeu in integrum reſtitutione cõmiſſa (prout ẽt ſæpius ad impediendam executionẽ fieri vidi) pro parte obtinentis ſñias ſolet obtineri aliud reſcriptum: vt iudex nullitatis pręfixo aliquo breui & peremptorio termino eius arbitrio moderando, ipſi aduerſario ad prætenſas nullitates, attentata, vel ꝙ ſibi de iure competat reſtitutio, probandum & deducendum, dictoque termino elapſo, & quod releuet, non probat, ad vlteriorẽ ac finalẽ dict. ſent. ac rei iudicatæ executionem, partibus iuſtitiã miniſtrando, procedat, &c. in vim huiuſmodi reſcripti præfixo ipſi aduerſario termino, ſi de aſſertis nullitatibus nõ conſtiterit, idem iudex poteſt ac debet ſententias & iudicatum exequi, & talis eſt Romanę curię

 ſtylus:

ſtylus:prout etiam atteſtatur Caſſan. deciſ.4. in fi.ſub titu.de dilat.pro quo facit tex.in l. Titia. ff.de accuſ. & in diffamari.C.de inge.& manu. l.ſi ea.& ibi glo. C.qui accuſ.non poſ.l.ſi quis libertatē.verſ.planè.ff.de pet.hæred. l.ſi tibi,in princ.& in l.mancipiorum. ff de opti.leg.l.iuſtas.C.de iure fiſ.lib.x.c.lator. in fi.qui fil.ſint legi.c.frequens.§.fi. de reſt.ſpol. in 6.cum alijs de quibus p gl.in c.licet cauſam.in prin.de prob. & ponit Rot.305.no.qualiter dicēti & c.in antiq.& Alex.conſi 108.viſo in fi.lib.1.

8 Quod remedium inſeruiet ēt quoad ſecundā partem rubricæ noſtrę: videlicet ne perpetuò de nullitate conqueri poſſit, quoniam per huiuſmodi termini præfixionē ſatis ſuccurſum fuerit: aliàs enim ſi eſſemus in actu qui prætenderetur ipſo iure nullus remediū illud nullitatis abſque vlla temporis præfinitione cōpeteret: ex quo ea quæ ab initio nulla ſunt, tractu tēporis non conualeſcāt. l.quæ ab initio.ff.de reg.iur.c.nō firmatur, extra eo.tit.c.auditis. de elec. Maximè ſi ex defectu iuriſdictionis nullitas prætenderetur, vt voluit Ange.in l.1.C.quan. prouo.non eſt nece.ex defectu mandati: quoniā ſi de eo non conſtabit, etiam vſque ad mille annos ſuper nullitate actus agi poterit: vt voluit Bal.in l.1. C.de reb.alien. non alien.& l.1. C.ſi ex falſ.inſtr.declarat Cur.Iunior.conſi.77. quem ſequutus eſt Rot.vt per Caſſad.dec.3.de procu.& Saruien. ſuper regu.de non iudicando,in cōpen.fol.85.nu 73.ſiue ꝙ ageretur de nullitate in cauſa in qua animæ periculum verteretur. iuxta ea quæ ponuntur in c.quia ergo.cū ſeq. 35.q.9.vel in cauſis,in quibus de iure non currit præſcriptio: de quibus in c.vigilanti. & in c.fi.de præſ. &c. quod de eo.q.33.q.3. Aut quod nullitas per modum exceptionis in iudicio deduceretur. Ex quo temporalia ad agendum ad excipiendum ſunt perpetua. l.purè.in fi.ff.de dol. excep.l.ſi pactus.C.de exceptio ponit Alex. conſi.82. viſo.col 4.lib 3. Canoniſtæ in c.ſi autem de teſt. Bal.in l.fi. col.11.infra de præſcr.longi temporis.

9 Si verò nullitas in iudicio ad irritandū ſeu annullandū per modū agēdi directò,& principaliter deduceretur. Cū

pro

pro huiuſmodi remedio officium iudicis nobile competat: vt diximus ſupra, facultas tale officium implorandi eatenus durabit, quatenus durante reliquæ pſonales actiones videlicet triginta annis; vt dicit gl. in l. quærelam. C. de falſ. inſt. de perpet. & tempor. actio. in prin. l. omnes l. ſicuti. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & ſic intra iſtud tempus triginta anno. remedium nullitatis proponi debebit, prout præmiſſa ſentit Spec. in §. quoniam. verſ. in ſumma. & §. iuſta. in fi. ſub tit. de ſent. poſt glo. in c. 1. in fi. 35. q. 9. & Bal. in l. ſcire oportet. §. fi. de execu. tut. in l. data opera col. 29. C. qui accu. non poſſ. & in cap. ſæpe. col. pen. de appel. vbi dicit, quod quærella nullitatis non habet tempus præfixum a iure, niſi prout aliæ actiones, & per Salyc. in l. præſes verſic. vlterius quis poteſt. C. quom. & quand. Card. in clem. 1. quæſtio. 14. & ibi Imo. col. 4. verſi. quo autem iure. de re iudi. & Franc. in c. dilecto. q. 5. de appel. & Lanfr. in c. quoniam contra. in prin. verſic. vnum reſtat videre. numero 23. & in §. interlocutoriæ. nu. 37. extra de probat. cum alijs de quibus per Alex. conſilio 59. viſo titu. col. 4. num. 15. lib 4. & Deci. conſi. 8. Diuino. colum. pen. in fi. lib. 1. Aym. conſi. 108. in iſta cauſa, prope fin. & conſi. 153. vltra col. 2. Bal. in tract. præſcr. in q. 21. quartæ principalis partis. & latius quæſt. 32. eiuſdem partis. tomo. 16.

Quicquid tamen ex l. obi, ſit regulariter per ſtatuta terrarũ de nullitate agere volenti certum tempus, ſeu certa inſtantia aſſignari & pfigi conſueuit. Quibus termino & inſtantia perẽptis, ſuper eiſdẽ nullitatibus audiendus non erit, præterquam in caſibus ſupra ſub tit. quis poſſit dicere de nullitate adnotatis. Et aduerte quoniã præmiſſa ꝑius & facultatẽ ſuper nullitatibus agẽdi duntaxat nõ autem quoad iuſtitiam cauſæ nullitatis intelligi debent: nã vbi nullitas in iudicio deducta fuerit, inſtãtiã cauſę illius tantũ durat quantũ reliquæ inſtantiæ aliarũ cauſarũ, videlicet triennio: qa quod cauſa nullitatis habeat determinata fatalia, ſeu aliam inſtantiam quam legis properandum. C. de iud. nuſquã reperitur. Idcirco ſi nullitas incidẽter acceſſoriè

ceſſoriè cum ipſa appellatione fuerit deducta deſerta cauſa principia ipſius appel.etiam cauſa nullitatis,quæ illi tacitè inerat deſerta reputabitur, per ea quæ ponit Bal.in l.tale pactum. §.qui prouocauit. q.13 ff.de pact. & Fran. in c.dilecto,q.48. & q.58. de appel. vt aliàs dixi. Si verò nullitas ſeparatim, vel principaliter deducta fuerit eius inſtantiam triennio finietur per d.l.properandum. vt docet Bal.in d. §.qui prouocauit eadem q.14. in princ.& in c.ſæpe. vbi poſuit Innoc. de appel.& ponit idem Franc.in c.dilecto. q.5. cum alijs de quibus per Alex. in conſi.59. viſo tit. col.2. lib.4. Dummodo nullitas ex defecto iuriſdictionis non prætendatur, quia fatalia non habent locum in cauſa nullitatis, quæ ex defectu poteſtatis iudicantis procedit, ſecundum eundem Bald. in l.1. in 3.no. C.qui pro ſua iuriſd.&c.

9 His ita præcurſis, aſſumendo vltimam partem rubricæ noſtræ,dico quod ius dicendi nullum, ſed nullitas ipſa quam plures iuris effectus parit,& producit,ac diuerſimo dè operatur,& quandoque incótinenti, & quamprimum in iudicio fuerit propoſita, & aliquando (& magis propriè)poſt illius cognitionem & declarationem.

10 Incontinenti & quamprimum proponitur ius ac remedium iſtud operatur: quia deuoluit negotium ad cognitionem iudicis ſuperioris ad inſtar appellationis vt l.abſentem.C.de app.l.1.§.1.ff.quæ ſent.ſine app. reſcin.trad. Bart.in l.ſi expreſſim.colum.penul.de appel.Imo. in l.iudex poſtquam.de re iud.Fräc.in cap.dilecto.q.10.& q.30. de appel.cum alijs, de quibus per Alex.conſi. 79. num.2. lib.2.& diximus ſupra,

11 Inſuper operatur; quia ſi ſaltẽ per modum exceptionis in iudicio proponatur incóntinenti cognitionem negotij principalis ſuſpendit & proceſſum retardat,& impedit litiſconteſtationem: vt tenent domini de Rot.deciſ.115. nota quod cauſa nullitatis.in antiq.Quoniam quaſi quod ſit exceptio pręiudicialis & peremptoria, de ea prius quã de principali negotio cognoſcendum eſt: iuxta per not. Bart. in l.cum quærebatur. ff.de re iud. & in l.ſi.vt pro-

ponis.

ponis.col.2.C.quom.& quan.Et Lanfranc. in c.quoniam contra.num.22.de prob.& Fran .in c.dilecto.q.10.verſic. vlterius aduerte.de app. vt ſupra diximus & ſentit Aym. conſi.79. quædam Catarina col.3. in verſ.3.redit idcirco
12 nullitatis cognitione pendente conquieſcit ac dormit cauſa negotij principalis ſeu appellationis:nec illarum fatalia labuntur,per tex.in l.contra maiores.C.de inoff.teſt. l.Papinianus.§.ſi quis & irritum . ff.eo.tit. peto quæ iura. ita voluit Bar.in d.l.expreſſim.col.6. & in l.1.col.3. verſi. circa ſecundum.C.quand.prouo.non eſt nec, & in l.quan diu.C.qui admitti.

13 Quod intellige, dũmodo probabiliter dubitari poſſit, nunquid actus de quo diſputatur ſit nullus quia alias te meritas, & nullitas calumnioſa propoſitio non prodeſſet: nec fatalia principalis cauſæ retardares, argum.l.ſed & ad eos cum l.ſeq.& l.ſed & ſi §.proinde.ff.ex quibus cauſ.ma ior.& l.negotiorum.ff.de appel.

Prout formaliter declarat Bald. in d.l.contra maiores. circa ſi, & in auth. ei qui poſt prin. C.de appe.& in l.qui teſtamento.in ſi.ff.de excuſ.tut. Quem ſequutus eſt Ang. in l.Paulus.§.hæres rogatus.colum.1.in ſi.ff.de vſur.& Io. Mil.in verſ.Appellandi tempus.& Fran.in d.c.dilecto.q.6. & q.63.de appel.& Marſi.ſingul.152. ſuccumbens,in cau ſa cum alijs,de quibus per Alex.conſi.62. in cauſa & lite.
14 col.fin. lib.7. prout conſueuit etiam dici & diſtingui de cauſa attentatorum, videlicet quod illa pendente non currant fatalia, ſi modò calumnioſa reperta non fuerint. c.quandiu.de appel.in clem.declarant Abb. Feli. & alij in c.ex ratione.de appel.& eſt deciſ. domi. de Ro.ita formaliter diſtinguens.deciſ.102.fatalia in no.labitur itaque inſtantia culpa illius qui temere & calumnioſè ſuper nullitatibus pertinaciter diſputare voluit: vt dixit in ſim. Ale. poſt multos per eum relatos conſi.42.in cauſa.col.4.verſ. eſt iſtud.lib.3.

15 Nullitas etiã prædicta ſi fuerit liquida, vel ſaltim de facili,aut incontinenti liquidari potuerit, conſueuit ſtatim perimere,vel ſaltim executionem ſuſpẽdere,iuxta ea quę

ponit

ponit Bald.in l.ab executione.col.2.C.de execu. rei iud. Imol.in clem.1.col.2.eo.tit.latè per Barto. & alios in l.3. §.condemnatum.ff.de iu.ponit Alex.conſilio 181.in cauſa.col.2. lib.6. & Rot.280. licet. in no. & diximus ſupra. Nullitas itaque quam primum fuerit propoſita, & antequam declaratur,regulariter deuoluit & ſuſpendit. Poſt
16 illius autem declarationem verè & naturaliter perimit, & facit quod actus per eam impugnabatur, ſit & habeatur: perinde ac ſi factus non fuiſſet.l.1. in fin. cum l. ſeq. ff.de aut.tut.l.quoties.ff.quis ſatiſd.cog.l.de ætate.§.quod ait prætor. ff. de interrog.actio.c.2. de tranſlatio. prælat. Clem.1.de immu.eccle. & l.non dub.C.de legi.c. imperiali. 25. q.2. cum ſimil. in quibus patet paria eſſe, non eſſe,vel eſſe nulliter: vt inquit And. de Iſer.in c.1.§.propterea quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi in vſibus
17 feu. Actus igitur nullus quando de illius nullitate conſtiterit, nullum de iure præſtabit impedimentum, c.quæ contra ius. & c.non præſtat de regu.iur. idcirco etiam ꝙ proceſſu ſeu pendentia litis, ac de ſententia in reſcripto pro illius validitate, mentio fieri debeat: c.inter monaſterium de re iud.c.Coram.de offic.deleg. cap. inter dilectos.de fide inſtrum.& ponit Rot.deciſ.673.dicit quòd ſi aliquis in antiq. & Faſtol.cau.35.dub.64.poſt gloſ. ordinariam in verbo literas.in cap.ſuper literis de reſcrip. An
18 chara.conſil.16.viſo proceſſu per totum, nihilominus ſi ſententia ac proceſſus vel pendentia litis huiuſmodi fuerint nullæ etiam quod de eis nulla ſit facta mentio,reſcriptum ſeu alius actus non dicetur obreptitiũ ſeu ſubreptitium,nec ex eo vitiabitur: vt voluit Rot. dec.557. Nota quod attenta in antiq.& Ægid.conclu.240. in cauſa domi.Robert. & eſt gl.ordin.in c.in noſtra in verb. mentionem.& in c.ex tenore.in fin.glo.magna.de reſcrip. & in c. ſuggeſtum.& in verb.Poſterius de iurepatr.& in cap.cum noſtris.in verſ.de facto.de conceſ. præb. ponit Abb. poſt alios in c.per veſtras.col.3.verſ. Nota bene hoc dictũ de donat.inter vir.& vxorem.deciſ.Neap.366. in pleno nu. 31.& Alex.42.col.2.lib.4.

19 Et quamuis glo. ſupraſcriptæ loquantur de reſcriptis ad beneficia: Doctores nihilominus ex doctrina earundē concludunt de acto nullo vel elidibili exceptione elidente propoſita) neceſſariò quòd mentio fiat, non requiri: prout loquens de priuilegio nullo voluit Dominic. in c. quoniam. 18. diſtinctione. ac de vnione nulliter facta.
20 idem voluit Cald. conſilio 29. ſub titulo de præben. de noua prouiſione ſeu gratia nulliter factam tenet Rot. deciſ.179.not. quod de gratia. in auth. & Rom. conſilio
21 483.col.1.prout de elect.nulla.dicit idem Cald. conſilio
22 14.de reſcrip.ac de appel. nulla ſeu deſerta tenuerit Bu-
23 tri.& Imo.in c. ex parte. de reſcri. & c. bonæ. de confir. vtil.vel inut.De tranſactione nulla poſuit Soci.conſ.120.
24 circa princ. col.1.in fin. volum.4. prout de compromiſ-
25 ſo nullo concludit Card. in conſil. 94. Nobiles viri verſicu. 4. objicitur. cum alijs de quibus per Felin. in capit. ex tenore.colum.3.verſi.de reſcripto nullo & in dicto c. in noſtra.colum.4.verſicu.de primis inualidis. de reſcrip. & in c.illud de præſcript.& Deci.conſilio 126.diuino col. fin.lib.1.
26 Actus itaq; nullum operatur poſitiui iuris effectum:&
27 propterea dici ſolet ꝙ citato nulla non inducit litiſpen-
28 dentiam c.fin.vt lit.penden.in Clem. ponit Deci. conſilio 460.nu.28. nec perpetuat iuriſdictionem ſecundum Ar-
29 chid.in c.non ita. in princ.2.q.6. & Paul. de Caſt. in l. 1. §.1.ff.de feri. Minusq; prǽſcriptionem interrumpit.l.ſi pater.C.ne de ſtat.defunct. & ponit Bart.in l.accuſare.ff.de adult.& gl.in c.vt debitus.de appel. Neque malam fidem inducit, qñ ex tali actu nulliter geſto quis plene inſtrui non potuit: vt per Bal. in auth. offeratur. col.pen.& in l.
30 1.poſt prin.C. ex delict. defunct. vbi dicit ꝙ citatio & litiſconteſtatio ſi nulliter fiūt, nihil operantur vide eundē Bal.in c.1.col.3.de nul.vaſ.qui contra:eſt & mod.in tract. de mora.col.6.verſi.2.tempora tomo 16. vbi ꝙ proceſſus nullus habet vim interpellationis extraiudicialis.

Minus tribuit cauſam præſcribendi, quando nullitas præſcribenti erat nota: vt ſentit gl. magna circa medium.

in c.ſacerdotes. 16. q.3. & ponit Bal. in trac. præſcrip.q. 11.tertiæ partis principalis poſt Bal.in l. 1.C.de præſcrip. 30.vel 40.anno.& Guid.Pap.q.159.duodecima qui in ca ſu ſuo tenet contrarium.

31 Prout nec pacificã poſſeſſionem interrũpit:vt latè proſequitur Gomezi.ſuper regula de annali q.45.& præmiſſa ponit.Fel.in d.c.illud colum.2.& 3.de præſcriptionibus & deciſ.Neap.461. in fi. cum ſimilibus.

32 Prout etiam videmus,ꝙ optio ſeu nominatio,vel acceptatio nulliter facta nõ conſumit gratiã,ſeu poteſtatẽ, iterũ acceptandi,optandi,ſeu nominandi:vt eſt tex.in l.2.& ibi Bartol.ff.de opt.l.& tenet Ror.dec.428.Si habens, in no.& Caſ.dec.9.in fi. de conce.præb.Rom.conſ.319.alias 326.præſens conſultatio.& Fel.in d.c.ex tenore. in verb. regula de reſcrip.Aym.conſi.63.in fin.

33 In actibus etenim extraiudicialibus, & in facto conſiſtentibus per actum nullũ poteſtas nõ expirat, quominus malè & nulliter factum poſſit iterum bene fieri : vt per Inn.& alios in c.in literis vbi Felin. colum.3.verſi.8.limita.& c.de offic.delegat.& Abb.in c.gratum.nu.17. de poſtul.præla.& Bal. in l. ſi vt proponis la prima. ver. & hæc faciunt.C. quomodo & quando. & in l. quod quis. prope.fi.C.de procur.quamuis in ſententijs diffinitiuis ſecus ſit: vt diximus ſuprà.

34 Stipulatio ſimiliter nulla non obſtat quominus poſſit iterũ validè ſtipulari.l.ſi dari ſtipulet ff.de verb.obl.Sicu-

35 ti electio nulla non obſtat quominus poſſit iterũ canonicè eligi. c. Bonæ in fin.c. congregatio. & c.aditis. de electioni.c.conſtitut.de appell.latè Feli.in c.in literis.colum. 3.verſ.ſed quo iure. vbi etiam paulo ſupra ponit de ſubſtitutione inualida, quod non conſumit mandatum extra de offi.dele. prout nec matrimonium nulliter contractum impedit ſecundum matrimonium, legitimum ne-

36 que reliquis actibus impedimento.eſt.l.ſicut.§.1.ff.de op. lib.c.veniens.& c. Cum in apoſtolica de ſpon.

37 Prout nec teſtamentũ nullũ impedit primum validum. l.2.ff.de iniuſt.rup.§.ex eo autem.inſti.quibus mod.teſta.

tolir.

infir. Super quo tamen vide Alex. conſil. 104. Paucis lib. 2. & Gui. Pap. 200. Eymardus. Rom. conſil. 309. Item examen teſtium nulliter factum non derogat primis depoſitionibus etiam eorundem teſtium validè receptis: vt per gl. in c. Cum cauſam. in vlt. gl. de teſtibus & Panor. in c. cum in tua. in fin. eo tit. Nec publicatio dictorum te-
39 ſtium non ritè facta impedit: vt probatur in clem. 2. in princ. & ibi per gl. de teſtib. & tenet Roter. deciſio. 391. ſi ad inſtantiam. in no. & Rom. ſingu. 31. Viſio exempli. poſt Bart. in l. fin. quemadm. teſt. aper. & in l. qui per ſalutem. in fi. de iureiur. facit quod ponit Guid. Pap. q. 124. ſi iudex, cum ſeq. & Soci. in c. fraternitatis. col. 10. de teſti. quem in propoſito refert & ſequi. Hipp. in l. 1. §. cum quis larrones. num. 51. ff. de q. & c. deci. 35. in fin. nec ſen-
40 tentia nulla impedit teſtes prius publicatos iterum produci & examinari, ſecundum Rot. deciſ. 42. nota q vbi teſtes. vbi vide in antiq. & quod ponit Guid. Pap. q. 72. quomodo. prout etiam ſententia nulla non obſtat quominus quis virtute talis ſententiæ rebus ſui priuatus poſſit ad illas recuperandum etiam remedio ſpolij agere: vt in c. conquerente. de reſtit. ſpoli. ponit Ægid. conclu. 105. authoritas. Abb. in c. 110. inſinuatione. num. 4. de proc. Alexan. in l. non videtur. ff. de acq. poſſ. & in l. iuſtè
41 poſſidet. in fin. eod. tit. & conſil. 140. viſis. 2. col. lib. 7. vbi tamen videtur ſentire contrarium. cum alijs de quibus per Felin. in c. dilecto. el 1. de reſcript. & c. cum cauſam in prin. de offi. deleg. Et deci. conſ. 125. in cauſa ſpoliationis. col. 1. & fi. & conſil. 449. col. 3. & Boeri. plura cumulantem in deciſ. 238. col. 2. Aym. conſil. 17. And. col. 2. & conſil. 124 Ioan. col. 1. prout ſententia arbitralis quæ nulla eſt, non meretur obſeruantiam, nec propterea quis incidit in pœnam compromiſſam inquit Rom. in conſilio 167. viſo. nu. 1. neque ſoluens prætextu ſententiæ nullæ liberatur. Aret. conſilio 35. viſo. col. 2. in prin. de quo per
42 Affl. deci. 150. Rex abſenſus. & 191. Abb. colum. 2. Item defectus conditionis inualidæ non impedit, quominus legatum præſtari debeat, vt l. Turpia. §. ſi Titiæ, de Le.

& l.

& l. cum tale. §. arbitratum. ff. de cond. & demonſt. prout neque contractus validus tollitur aut innouatur per
43 contractum nullum, aut ſimulatum. l. ex precio. C. ſi cert. pet. l. ſi id quod. §. 1. ff. de reſcin. vend. & tot. tit. C. plus valere quod agit. Prout etiam ex dicto contractu nullo (ſi fieret a pupillo, vel eccleſia) nulla poſſeſſio transferetur ſecundum communem opinionem Doctorum: vt aſſerit Alex. conſ. 81. lecto. col. 4. in fi. lib. 3. & ponit conſilio 69. circa. col. 3. lib. 5. Neque per ſimilem contractum nullum quis incideret in pœnam puta caducitatis rei emphyteuticæ ob illius alienationem nulliter factam: vt tenet Alexan. in conſilio 99. viſis in fin. lib. 5. Guid. Pap. q. 515. quidam. & Hipp. in l. fi. vt dicit Bal. num. 20. ff. de quæſt. Bald. in l. ſi clericus. col. 1. verſic. ex præd. infra de emptione. Andreas.
44 Videmus etiam ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bannitus impunè offendi poſſit occidens eum qui fuerat nulliter bannitus non accuſabitur quominus puniatur ordinariè, videlicet ſi taliter occidens habuiſſet notitiam nullitatis huiuſmodi, alias cum diligenter perquirere, & ſe informare antequam ad actum cui naturaliter ineſt dolus, deuenire debuiſſet, tanquam, culpabilis iudicantis arbitrio plectendus erit, iuxta communem theoricam ſcribentium, de qua per Alex. in conſilio 77. viſis. col. 1 lib. 3. poſt Bar. Bal. & alios in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cont. tab. & in l. penult. aliàs fin. ff. de adult. & Bald. in l. ex morte. C. ad leg. Aquil. Doct. maxime Iaſ. in d. l. 4. §. condemnatum. colum. fina. ff. de re iudi. cum alijs, de quibus pen. Dec. conſi. 327. quod eſt primum conſilio tertiæ partis. & conſ. 482. pro nu. 10. & de quo per Bal. in l. 1. C. de pœ. & Saly. in l. eum qui duas. C. de adult. & idem Bald. in addi. Specul. in tit. de cita. col. 4. verſicu. non valet citatio. & Alex. conſil. 214. nu. 4. lib. 1. & conſ. 160. viſis. lib. 7. & Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. 2. verſic. Tertius caſus. de conſtit. poſt Bald. in auth. quæ ſupplicatio. circa fin. c. de precib. imp. off. vbi etiam ponit nunquid pendente cauſa ſuper nullitate banni licitum ſit bannitum occidere:

de

de quo vide Bart.in l.3.§.ſi ſeruus ff. de acq.poſſ. Statutum etenim, de quo ſupra, & quæuis alia diſpoſitio de actu loquens, intelligenda eſt de valido ac ritè & recte facto: vt trad.Bald.in l fin.§.computatione,in fin C. de iure deliber. tenet do. Iaſ.in d.l.4 §.condemnatum, in primo not.de re iud.& do. Alex. in d.conſil.77.num.15.lib.3.& Dec.conſ.360.nu.2.Cum alijs, de quibus per Fel. in c.ex tenore.in verb.reg.de reſcr.

46 Et propterea dici cõſueuit,ꝙ clauſula in priuilegio vel alias apponi ſolita, videlicet, nõ obſtante quãuis cõceſſio ne alteri facta &c. intelligi debet de conceſſione inualida & nulliter facta, nõ aũt de valida: vt per Alex.in conſ.3. ex his.nu.4.& conſ.23.Viſo.num.11.lib.5.& conſi.35.viſo.col.2. lib.4. & ponunt moderni in tractatu de beneficio.q.13.nu.3.parte & Dec.conſ.33.col.fi.in prin.lib.1.& fuit originale dictũ Cõpoſtellani in c. cãm quæ de reſcr. vt in ſupradictis locis habetur.& ponit idem Dec. conſil. 580.quæritur circa fi.lib.4.Gozad.conſi.14.nu.18.

48 Videmus ét ꝙ quamuis regula ſit ꝙ appellatione a diffinitiua pendente,nihil innouãdũ ſit: vt ff nil no.ap.pend. & ſi ſecus fiat,per remediũ atẽtatorũ in primis & ante oĩa reuocari debeat.c. non ſolum. de ap.in 6. Rot. dec.195.ſi pars. in not. nihilominus ſi appellatio ex poſt declaretur nulla attẽtata reuocari non deberent,cũ intelligi debeant de appellatione lrĩa: vt per Rot.dec.357.No.ꝙ attentata. in ant.& Æg.239.in cã d.Gul. ꝓut nec reuocarẽtur ipſa

49 appellatione deſerta, ſi mõ ex actis de deſertione conſtaret: vt per Rot.dec.1.in no.& ꝑ Æg.dec.420.Quãuis attẽtata hmõi ꝑ viã ordinariã nullitatis, ſi nõ per viã attẽtatorũ reuocari poſſent,ſm Franc.in c.conſ.el 2.de ap.& c. ſępe.col.x.eo.ti.& ponit Saruen.in reg.de trien.q.54.vel

50 poſſent reuocari ex mero iudicis officio,ſm Rot.dec.13. in no.de quo per Æg. 623. proceſſus cum ſeq.appellatio itaq; informis & nulla in præmiſſis parum vel nihil reuelabit,ſicuti etiam non deuoluet: vt per Rot.dec.385.ſi appelletur.in no.& dicemus infra. & interim ꝙ non deuoluat & nullitatem,vide Are.conſi.75.col.4.in fi.

K Tu

51 Tu audiuiſti ēt ꝙ confeſſio tacita, vel expreſſa, quę nul liter emanauit, ſex ex actu nullo reſultat, quamuis mentē confitentis declaret, vt in l. legatū ſub cōditione. §. fi. ff. de alim. l. 2. C. de fideicō. l. in teſtamēto. ff. de fideicom. lib. & no. Bar. in l. fi. ff. de reb. eo. cū alijs, de qbus p Dec. in conſ. 176. Viſo. col. 1. & 407. in fin. lib. 3. & conſil. 172. in cauſa col. 1. lib. 1. Aym. conſi. 113. Anc. nu. 6. Nihilominus cum reperiatur contra legis prohibitionē emanata, nō habere pro veritate, ſed pro eronea reputatur, ſi aliud nō interue niat vt no. Bal. in l. alia. col. 2. C. de his quib. vt indig. & deciſ. Neap. 25. in fi. & Alex. conſ. 30. ex allegatis colum. 1. lib. 7. & Ro. vt per Caſſad. dec. 5. de iurepat. & facit tex. in c. at ſi clerici. de iud. & l. mater decedens. ff. de inoffic. te- ſta. vbi agens ex teſtamento licet videatur illud fateri va lidum, ſi tamen declaretur nullū non obſtabit quominus poſſit ēt agere ab inteſtato: prout iudicauit Cu. Neap. vt per eundē Afflic. deciſ. 32. quidā. vide Ro. cōſ. 69. nu. 10.
52 pro quo facit ēt ꝙ licet regulariter quis cōtra propriū fa ctum venire prohibeatur: vt not. Bar. in l. poſt mortem. ff. de adopt. & in l. qui ea mente. ff. de furt. & not. in c. ſi quis presbyterorum de reb. eccl. non alie. Nihilominus ſi ta- le factum fuerit nullum, poteſt illi ad ſui libitum contra uenire. c. Cū laici &c. fi. & ibi Abb. de iurepa. & per eundē Ab. in c. noſtri. de elec. & in c. diuerſis fallacijs in fin. de cl. cōiug. cū alijs, de quib. per Ale. in cōſ. 123. Diſcurſis. col. 4. li. 1. & diximus ſupra ſub rub. quis poſ. dice. de nul. in prin.
53 ~~Et ne in pmiſſis~~ decipiaris, aduertēdū eſt, q a actus nul lus ~~habetur pro inutili~~ & nō facto, quatenus ~~pindicrater~~ tij concernit, non aūt quoad fauorem & commodū eiuſ- dē gerentis: quoniā, ſi culpa aut dolus in eo, qui actus nul liter & perperam fecerit, deprehendetur, non obſtante ~~ꝙ actus~~ quē geſſit non valeat punietur, ne ex improbita- te ſua gaudeat, vel locupletetur l. Dolum. C. de peri. & cōmo. rei vend. l. itaq; fullo. ff. de fur. & l. nemo ex ſuo de licto. ff. de reg. iur. l. ita demum. in prin. ff. de arb. & no. gl. in l. 2. in verb. tribuimus. ff. de orig. iur. Idcirco prælatus obligans eccleſiā ſuā pro alicuius debitis, licet contractus

& obli-

& obligatio huiuſmodi non teneat, idem tamen prælatus
54 puniri debet: vt eſt tex.& ibi Abb. & alij in c. quorundã extra de ſol & facit cap.2. & c.ſi quis presbyterorum. de reb.eccl.non alie. vbi etiam voluerunt doctores ꝙ eccleſia nõ teneatur ad reſtitutioné precij emptori quãdo cõtractus véditionis rei eccleſiasticę nõ valuit in pœnã contrahentiũ (ſi modò nõ fuerit probatum precium hmôi in vtilitaté eccleſiæ versũ fuiſſe) quod tenuit Ale. poſt alios per ipſum relatos, in conſ.4.Viſo.col.1.in fi.lib.2.
55 Prout dicitur de eo qui iudicé incõpeteté adijt: quoniã & ſi nihil egerit, & tali tamé additione quamuis nulla & inutilis puniendus eſt l.2.& ibi Bal.C.de don.c.ſi diligenti de foro comp. Prout etiam videmus idem in vendente
56 ędificia ad effectum demoliédi: quia licet contractus irritus ſit, contrahentes nihilominus pœnam ſoluunt: vt l. ſenatus de contrahenda emp. & l.fin. de dam. infe ponit gl.& ibi Bal. in l. martyres.C. de ſacroſ. eccl. Dans ete-
57 nim cauſam contractui nulli, etiam per dolum, licet contractus non teneat tamen dolo faciens ex eo côueniri poteſt, quia reſpectu ipſius ac in eius pœnam reputatur validus.l.eleganter. & ibi gl.in verb. nullam.ff. de dolo. facit tex.cum ſua glo.in l.tranſactione.C. de tranſ.& ponit Bar.in l. bona fides.ff. de act. empt. Et propterea ſi vnus
58 ex contrahentibus non ſolueret gabellam:& ſi quoad illũ contractus eſſet inualidus (caſu quo vigeret ſtatutum de ſoluendo gabellam pro quolibet contractu, aliàs ꝙ eſſet nullus) prout de ſimili ſtatuto meminit Bar.in l.Vniuerſa.in fin.C. de r rec.imp.offe. & in l.cum mulier.ff.ſol. mat.nihilominus pp culpam ipſius gabellam nõ ſoluentis ex eodem contractu conueniri poſſet.ne dolus & culpa propria ſibi patrocinaretur: vt vol.Bal.in l.ſi.C.de peri. & commo.rei véd.& Bar.in d.l.bona fides.ff. de act.emp. Dolum itaq; aut culpam cómittens ét nulliter gerat: vel
59 actus aliqua ratione ſit inualidus, pęnas non euitabit: vt dicimus de eo qui violauit ſequeſtrũ appoſitũ per fructibus beneficij vigore ſniæ nullę, quia nihilominus incidit in pęnas cle.ad cõpeſcédas.de ſequeſt.poſſ.& fruc.vt con-

cludit Rot. 510. Nota vtiũ pœna. in antiq. & ſæpius iudicauit Rota, ꝓut refert Saruē. ſup regula de annali. q. 5. in
60 fi. Sicut dici cõſueuit ēt de clerico in ſacris exiſtēte & matrimoniũ cõtrahēte: q̃a & ſi matrimoniũ non teneat, nec effectũ ſortiatur, nihilominus ob culpã ipſius pęnã incurrit, ac perdit beneficia: vt voluit Rot. dec. 103. nota ꝙ vbi clericus in antiq. & ponit Card. in cle. 1. q. 8. de conſang. & affin. facit tex. in l. quod ergo. §. cum aũt. ff. de his q̃ no. inf. In talibus nãq; non iuris effectus, ſe animi deſtinatio cogitatur & hęc pęnã ſuſtinet: vt voluit tex. ĩ l. eũ q̃ duas. C. de adult. & d. l. nemo martyres iuncta gl. C. de ſacroſ. eccl. ſenſit. Bar. in l. vbi pactũm. prope. fi. C. de tranſ. tenet Card. Imo & Ab. in c. 1. de cle. coniug. tangit Dec. cõſ. 166. Ego Philippus. vbi tamen conſulit cõtrariũ, vt ibi per eũ, ac pręmiſſa etiam ſequitur Aym. conſ. 191. in cauſa egregijs. col. 3. verſ. 2. reſpõdeo, &c. Idē dicimus de condenti-
61 bus ſtatuta: quia & ſi non habuerint poteſtatē, ac illa nõ valuerint, nihilominus ſi animõ occupandi iuriſdictionem talia fecerint, incidunt in pęna. l. Iul. maieſt. l. 3. in fi. ff. de l. Iul. maieſtatis. & ponit Bart. in l. omnes populi. in
62 8. q. princi. ff. de iuſti. & iur. Sicuti ſeruari videmus in corrumpente ſeu falſificãte inſtrumētum nullum quia & ſi talis corruptio, & falſitas non ſit apta alicui nocere: ex quo tamen actus eſt de ſe illicitus, culpa & dolus corrumpentis ſeu falſificantis punitur, & nullitas nõ excuſat, quominus ſaltem pœna extraordinaria iudici, arbitrio plectatur: vt ponit Bal. in l. 1. C. de ſepulch. vio. & Barto. in l. ſi quis legatũ. & in l. 1. §. ſi quis in rationib. ff. ad l. Cor. de falſ. & idē Bar. in l. quid ergo. §. cum autem. infam. & ponit Ang. & Aug. poſt eũ in lib. maleficiorum in §. fallario. verſ. quęro quot modis dicatur falſum. & Fel. in c. ex teno
63 re. col. 6. de reſc. & hoc modo intellige Alexan. in conſil. 70. Viſo proceſſu. circa fi. lib. 1. & latius conſil. 145. Viſis.
64 li. 6. per totum cõſ. 74. viſo. eo. lib. 1. Idē dicitur de falſific. literas Papę, quę erant nullę, quia nihilo. punietur: vt per But. Pan. & alios in c. olim. de reſcr. & in c. cum ad falſariorum. de crim. fal. Prout etiam dicitur idem de teſte falſum

ſum(quamuis nulliter) deponente, ſecundum Bal.in l.iuris iurandi.C.de teſt.& l.fi.C.ſi eſt falſ.inſtru.
65 Et ponit Fel. in d.c. ex tenore, & alij doctores in locis de quibus ſupra. Idem pariter dici conſueuit de iudice, qui nulliter pronunciauit,& fecit litẽ ſuã: quia eatenus tenebit parti læſæ, quatenus ſua intererit: qa ptextu officij publici de facto partẽ grauauit: vt vol.Bal.in l.ſi vt proponis.in fin.C.qũo & quan.& in l.obſeruare.§. proficiſci.q.12.ff.de off.proconſ.& conſueuit notari in l.fin.ff.de vari. & extraor.cogn. & in l.fin.C.de pęn.iud.qui male iud.eſt dec.Rot. vt per Faſtol. dubio.14. cau.4. tenet Paris de put in trac.Sind.in § an ſi ſententia eſt lata. in prin.& ita intellige eundẽ in pręcedenti. §.in fi.vbi dixit ꝙ quis nõ tenetur in ſindicatu pro ſnĩa nulla: Intellige niſi quatenus interſit partis: prout voluit Barto.in q.9.quæ incipit Iudex per imperitiam in ſolutione arg. Et facit tex. in l.1.§.1.ibi,ſed ſi iudex cõſtitutiones principiũ neglexerit, punitur, ff.de falſ. & declarat Ang. in l.filius.ff. de iud. & Bald.in l.Veniales.C.qũo & quando & magis clarè tenet
66 idẽ Paris in verb.corruptio.ibi, Iudex corruptus.&c.eo. trac.Tho.grãma.conſ.54.verſ. prȩterea dato qđ decretũ Ægi.concl.149.ſi ille. Vbicunq; igitur lex notat factũ tãtũ ac ſuper eo ſe fundat: quãuis factum hmõi de iure nõ cõſiſtat, nec validũ ſit non euitabitur pęna, quæ, nõ quod nullitas pariat in ſimilibus caſibus aliquẽ iuris effectum, ſed ob dolũ & culpã cõmittẽtis, iniũgitur. Et propterea regulariter concludi põt ꝙ ex actu ipſo iure nullo nullus
67 oritur poſitiui iuris effectus, ſed pro inutili ac non facto
68 habẽdus eſt: Ideoq; ſtãte ſtatuto ꝙ de omni cõtractu gabella ſoluat: de cõtractu ipſo iure nullo & inualido quicquam ſolui non debet: cum ſtatutũ intelligi debeat de cõtractu, p quã ius trãsferatur, nõ aũt de inutili: vt declarat Bar.in l.vnum ex familia, in prin.de leg.1.& in l.cum Titio.ff.ad l.Falc.& in l.non putauit.§.nõ quæuis.ff.de contra.tab.& Bal.in l.2.in fi. C.de enuch. & in l. non dubiũ. C.de l.& Ang. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. cum alijs, de quibus per Alex.in conſil.104.col.2.li.1.&

conſ.36.viſo.columna 2.in princ.lib.4. poſt Ro.conſ.77. licet. Et quoniam veriores redduntur ſermones noſtri, cum vniuerſalibus cognitis, ad particularia deſcendimus: vt proba.in l.prima, de iuſt.& iur.& inſt. eo.in prin.& l.1. ff. ſi cer.pet.cum multis ſim. nam opinamur tunc vnumquodque cognoſcere, cum cauſas cognoſcimus primas & prima principia vſque ad elementa, vt inquit Philoſophus, & ponit Bar.in l.pupillus.in prin.ff.de acqui.hære. quem retulit Ang. in l.qui bonæ.§.duo fratres. in 1.q.ff. de verb.oblig.& Iaſ.in l.in ſuis.in 5.col.in fi.de lib.& poſthum.& idem Ang.conſ.396.doct.in princ.Ordo igitur fuit à generalibus inchoaſſe, cum ad cognitionem ſpecierum præcedere debeat cognitio generum: vt dixit Bal.in d.l.1. ff. ſi cert. pet. Idcirco his ita generaliter præcurſis, quæ nullitatis materiam concernebant: reliquum eſt, vt ad particularium cognitionem deueniamus: ac defectus & nullitates vndecunque prouenientes, de quibus in iudicijs ſæpius dubitari cótingit, ſummatim & concluſiuè, eo quo poterimus ordine, pertractemus.

Quoniam quæ iudex potiſsima pars, duxque, & Imperator iudicij exiſtit: ideo, vt de nullitatibus ex defectu poteſtatis iudicantis prouenientibus, præmittamus, eſt inſtituto ordine neceſſe eſt.

IN RVB. SEV TITVL. *De nullitate ex defectu, &c.*

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictiones defectus maxima eſt nullitas.*

2 *Iudex eſt potiſſima pars, duxque & imperator iudicij.*

3 *Iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habuit.*

4 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis ſtatuto nullitates reijciente non comprehenditur.*

5 *Iuriſdictionis nullitas ſi eſt euidens poteſt à iudice declarari parte non citata.*

6 *Iuriſdictionis nullitas pro defectu inſanabili habetur.*

7 *Iuriſdictionis defectus omnes ab illorum multiplicitatem recenſeri non poſſunt.*
8 *Iuriſdictionis ex defectu qualiter proceſſus & ſententia regulariter impugnari conſueuerunt.*
9 *Iudicis poteſtas imprimis eſt quærenda: quia iuriſdictio ſolum reſidet apud principem.*
10 *Iuriſdictio à principe fluit & ad illum refluit, prout flumina ad mare.*
11 *Præſumitur quòd nullus habeat officium publicum, neque priuatum.*
12 *Iuriſdictio etiam ordinaria non præſumitur, niſi de ea appareat publica ſcriptura*
13 *Iudex nemo præſumitur.*
14 *Iudicum creatio hodie ad principem ſpectat.*
15 *Iudex quicunque ſaltim à principio oſtendere debet literas ſuæ poteſtatis.*
16 *Iudex delegatus de ſua delegatione etiam in ſcriptis fidem facere debet.*
17 *Cardinali vel alij magno officiali quoad ſuam iuriſdictionem credendum eſt: ſecus quoad alia.*
18 *Iudex qui non eſt, ſi aliquem per ſuam ſententiam diffamaſſet, vel condemnaſſet, debet ipſe eadem pœna puniri.*
19 *Iudices ſeu terrarum ac prouinciarum præſides tempore quo officia vel prouincias ingrediuntur publicant literas illorum poteſtatis.*
20 *Iuriſdictio ordinaria poſtquam fuerit ſemel publicata tanquam notoria in partibus illis non eſt vlterius probanda.*
21 *Iuriſdictio ordinaria ſi negetur, & notoria non ſit eſt probanda per publicam reputationem & famam.*
22 *Iudex quòd quis fuerit præſumitur, quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & contrarium aſſerens probare debet.*
23 *Iudicis ordinarij intentio videtur de iure fundata; ideo non ſufficit negare ipſum iudicem.*
24 *Iudex quod quis fuerit præſumitur quando partes habuerint eum pro tali, & coram eo litem conteſtatæ fuerunt, & qui contrarium dicit probare debet.*
25 *Iuriſdictio ordinaria dicitur quaſi naturalis amica legibus*

& fauorabiliter interpretanda.

26 *Iuriſdictio alicui ſpecialiter data accumulatiuè cum ordinario, non priuatiuè cenſetur data.*

27 *Iudex vt ordinarius non vt delegatus in dubio videtur aſſumptus.*

28 *Iuriſdictio delegata tanquam odioſa ſtrictè interptetatur, neque pro ea eſt præſumendum.*

29 *Iuriſdictio delegata probari debet per ſcripturam: vel ſi eſt deperdita per teſtes, aut eſt recurrendum ad delegantem.*

30 *Iudex ordinarius quouſque toleratur in officio, ad eius geſta inualidandum nulla iuris vel facti exceptione repelli poteſt.*

31 *Iudex ordinarius quis dicatur.*

32 *Iudex ordinarius regulariter de omnibus cauſis ſui territorij cognoſcit.*

33 *Iudex ordinarius poteſt eſſe incompetens ratione cauſæ perſonarum loci, & temporis.*

34 *Iudex pedanæus vel aliàs de minimis dicitur incompetens in cauſis meri aut mixti imperij, vel ſummam ſuæ iuriſdictionis excedentibus.*

35 *Sententia quæ eſt indiuiſibilis non valet etiam quoad partem ſub iuriſdictione comprehenſam, ſecus ſi diuiſibilis.*

36 *Ciuitates ſingulares in pleriſque locis habent hodie diſtincta regimina, prout olim habebant prouincia.*

37 *Ciuitates lombardiæ per pacem Conſtantiæ conſecutæ ſunt iuriſdictionem in illarum territorio.*

38 *Ciuitates hodie multa ex priuilegio, & permiſſione principis faciunt.*

39 *Ciuitates Italiæ merum imperium ſibi preſcripſerunt ac pleraque vſurpant.*

40 *Iudices & magiſtratus terrarum hodie ex illorum ſtatutis, & conſuetudinibus poteſtatem capiunt, & in cauſis procedunt.*

41 *Iudices ordinarij antiquitus in vrbe qui & quod erant.*

42 *Auditores Rotę in locum antiquorum iudicum qui ſedebant in aula lateranenſis ſucceſſerunt.*

43 *Iudices ordinarij, licet olim eodem tempore plures eſſent in vrbe tamen quilibet ſuis partibus fungebatur, & de cauſis*

ad

ad officium alterius ſpectantibus non cognoſcebant.
44 Iudex vnus non debet vſurpare, quæ ſunt iuriſdictionis alterius.
45 Iudicis ordinarÿ geſta ſi ad ſuam iuriſdictionem non pertineant nihil valent.
46 Procuratoris Cæſaris poteſtas erat limitata.
47 Iudex criminalium de cauſis ciuilibus principaliter cognoſcere non poteſt, incidenter vero poteſt.
48 Iudex ad ciuilia deputatus de cauſis criminalibus ac meri imperÿ principaliter non cognoſcit.
49 Iudex ciuilis teſtem coram ſe falſum deponentē puniri poteſt.
50 Clericus teſtis coram iudice ſeculari falſum deponens, nunquid ab eo poſſit puniri.
51 Iudices ex forma ſtatuti, vel alias ad certam ſpeciem cauſarum deputati non cognoſcunt cauſas alterius ſpeciei etiam ex tacita vel expreſſa partium prorogatione.
52 Prorogatio non poteſt fieri, niſi de cauſa ad cauſam eiuſdem ſpeciei.
53 Iuriſdictio ſi fundatur ratione alicuius qualitatis: qualitas legitimè debet in libello deduci: & ſi fuerit negata primis ſaltim ſummariè debet probari.
54 Iudex ſecularis ſpirituales cauſas quouiſmodo cognoſcere non poteſt, ſiue ſit criminalis ſiue ciuilis, ſiue realis, ſiue perſonalis, ſiue poſſeſſoriæ, ſiue petitoria.
55 Iudex ſecularis procedit in cauſa ciuili corā ſe mota, donec corā ſe excipiatur, & fiat fides de litiſpendentia coram iudice eccleſiaſtico ſuper aliquo articulo præiudiciali ipſi cauſæ.
Deuolutionem cauſarum quære ſub verbo (Cauſa)
56 Iudex non procedit in cauſa ad ſe legitimè non deuoluta.
57 Cauſa ciuilis inter laicos ob defectum iudicum ſæcularium deuoluitur ad cognitionem eccleſiaſticam.
58 Moſes habuit vtrunque gladium.
59 Cauſa feudalis non deuoluitur ad ordinarium, niſi ob negligentiam domini feudi.
60 Cauſa ſuffraganeorum non deuoluitur ad Metropolitanum, niſi per viam appellationis.
61 Cauſa appellationis a grauamine non deuoluitur ad iudicem

ad

ad quem, niſi in euentum legitimæ appellationis.

62 Cauſa de partium conſenſu poteſt deuolui ad iudicem ſuperiorem, quando iuriſdictio eſt prodigabilis, & non alias.

63 C. vt debitus loquitur de iudice ordinario ſecundum communem lecturam.

64 Iudex grauaminis ex tacito vel expreſſo partium conſenſu (omiſſo grauamine) in neg. princ. procedere poteſt.

65 Cauſa grauaminis commiſſa cum negotio principali eſt conditionalis reſpectu negotij, videlicet ſi pronunciatum fuerit malè proceſſum.

66 Cauſa appell. ad Ro. curiam interpoſita regulariter non deuoluitur: ſed cognitio eſt in partibus committenda.

67 Cauſæ maiores, beneficiales, ac ſpirituales, de ſui natura de facili ad curiam deuoluuntur.

68 Cauſæ clericorum, ac perſonarum eccleſiaſticarum, ac laicorum temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſuppoſitorum de facili ad curiam deuoluuntur.

69 Cauſæ appellationum à grauamine in curia commiſſæ deuoluunt totum negotium principale, etiam quod appareret malè pronunciatum.

70 Cauſa ſemel in curia commiſſa propter appoſitionem manus Papæ non remittitur niſi ex magna cauſa.

71 Cauſa ſemel in palatio commiſſa non extrahitur per rationem de qua hic.

72 Cauſa appellationis à grauamine ad Papam interpoſita, & à iudice vel à parte approbata deuoluit ob huiuſmodi mutuũ conſenſum etiam tacitum, vt nu 73.

74 Dilatio pro iuribus habendis non datur parti interpellatæ vt compareat cum ſuis iuribus.

75 Cauſa deuoluitur etiam quod appellatio fuerit nulla & nulliter interpoſita, ſi modo fuerit à iudice vel à parte comprobata.

76 Appellationis cauſa commiſſa, ſi de appellatione non conſtat, iudici non competit iuriſdictio, & ſatis erit conſtare per confeſſionem appellati.

77 Cauſa appellationis à diffinitiua interpoſita ad Papam totum deuoluit.

Ter-

78 *Termini præfixio non operatur deuolutionem cauſæ, licet habeat vim peremptorij.*
79 *Appellatio à diffinitiua etiam quod eſſet nulla ex ſui natura ſuſpendit, & deuoluit & citat.*
80 *Cauſam eſſe deuolutam in dubio iudicandum eſt.*
81 *Cauſa ex ſpeciali mandato Papæ in curia commiſſa dicitur deuoluta.*
82 *Procurator conſtitutus ad cauſam quatenus ſit deuoluta, cauſam de ſpeciali mandato commiſſam defendere tenetur.*
83 *Cauſæ in Ro.cu.committi ſolitæ quæ ſint.*
84 *Cauſa cenſetur ad curiam deuoluta, quando partes in ea ſunt præſentes.*
85 *Ius reuocandi domum non competit præſentibus in curia.*
86 *Appellatio non deoluit, niſi id quod in iudicio pendere reperitur, & ſic non deoluit petitorium ſuſpenſum.*
87 *Deuoluto poſſeſſorio quando cenſeatur etiam petitorium deuolutum.*
88 *Appellatio ſiue bona, ſiue mala quoad appellantem deuoluit, & citat: adeo quod ſi in termino non comparuerit, poteſt per audientiam contradictarum contra eum procedi, dummodo ſit acceptata à iudice vel à parte.*
89 *Appel. vt deuoluat reſpectu appellati ſi illi non detulit eſſe debet legitima & legitimè intimata prout hic.*
90 *Appellatio, vt deuoluat in qualibet cauſa vbi & qualiter in Rom.cu.ſit repræſentanda.*
91 *Appellationis cauſa ad curiam legitimè deuoluta contra appellatum proceditur per audientiam etiam ad expeditionem negotij principalis prout hic.*
92 *Appellatione interpoſita ad Papam ſi interim Papa moritur, deuoluit ad ſucceſſorem, & etiam ſede vacante eſt comparendum.*
93 *Cauſa propria quomodo intelligatur.*
94 *Cauſa propria nemo ſententiam dicere poteſt, & ſi dixerit, eſt nulla.*
95 *Verbum (non debet) honeſtatem nõ neceſſitatem importat.*
96 *Fratres minores an poſſint eſſe executores teſtamentarij & arbitri.*

Sen-

97 *Sententia in cauſa ſuorum prolata valet.*
98 *Cauſæ cognitionis ſedi Apoſtolicæ reſeruatæ.*
99 *Iudex nullus ſe intromittit in cauſis ſedi Apoſtolicæ reſeruatis.*
100 *Sententia contra perſonam alterius territorij, & nullo modo ſuppoſitam lata non tenet.*
101 *Iudex ſecularis inter clericos regulariter iudicare non poteſt, cum iure diuino ſint exempti. fallit in pluribus.*
102 *Iudex ad certum genus hominum deputatus inter alios non iudicabit.*
103 *Auditor cameræ Apoſtolicæ antiquitus ſolummodo habebat poteſtatem in curiales.*
104 *Illuſtres perſonę ratione pręcedentis adminiſtrationis coram principe vel eius delegato conueniendæ ſunt.*
105 *Legati & alij in aliena ciuitate publica munere fungentes non ſunt iudici illius loci ſuppoſiti, ſi alligant priuilegium.*
106 *Sententia contra defunctum vel pro eo lata eſt nulla.*
107 *Iudex extra territorium exiſtens habetur pro priuato.*
108 *Idem ſi foret in territorio, ſed in loco exempto.*
109 *Iudex ſecularis in Eccleſia in territorio ſuo exiſtens iudicium exercens non valet quod agit ſecus de iudice eccleſiaſtico.*
110 *Iudex extra locum vbi ius reddi conſueuit ius dicens nulliter agit.*
111 *Iudex ordinarius non habens locum deſtinatum ad ius reddendum poteſt deputare in qualibet parte ſui territorij.*
112 *Iudex finito temp. ſui magiſtra ſent dicere non poteſt.*
113 *Iudex ſeu rector alicuius prouinciæ per duos dies antequam ſucceſſor veniat, & ipſe certificetur, etiam ſi elapſum fuerit tempus ſui magiſtratus, ius dicere poterit.*
114 *Iudex quicunq; ſemel valide in cauſa diffinitiua pronuncians definit eſſet Iudex, & vlterius quicquam facere non poteſt, fallit prout hic.*
115 *Inſtantia perimit acta litis ordinatoria: ideo ſi fertur ſententia eſt nulla*
116 *Appellatione deſerta inſtantia. perimitur: & ſententia tunc ſuper negotio principali lata eſt nulla.*
117 *Inſtantia ne deſeratur, debent exhiberi acta, & interpellari*

Iudex pro expeditione cauſæ aliàs iudex non prℯſumeretur negligens.

118 *Iudex delegatus cui à ſtatuto vel aliàs præfigitur certa inſtantia: illa elapſa indiſtinctè deſinit eſſe iudex.*

119 *Iudex ordinarius an & quando extra tempus inſtantia poterit valde pronunciare.*

120 *Inſtantiæ & ipſi cauſæ in dubio tempus eſſe prℯfixum intelligitur.*

121 *Verbum (non poſſit) tollit omnem potentiam.*

122 *Verbum legis ſimpliciter prohibitorium facit actum in contrarium factum eſſe nullum: ſi lex vlterius non procedat, puta pœnam imponendo.* 123.

124 *Actus contra legem pœnalem factus non eſt nullus.*

225 *Inſtantia perempta iudex debet ex ſe ſuperſedere.*

126 *Inſtantia le. properandum non procedit de iure canonico, ſecundum quod cauſa quandocunque cognoſci & terminari poteſt.*

127 *Inſtantia perempta iudex poteſt declarare ſe non iudicem vel inſtantiam peremptam, & aliàs prout hic.*

128 *Iuriſdictione a iure vel ab homine ſuſpenſa ſi quid ſit non valet.*

129 *Feriarum tempore iuriſdictio ſeu exercitium ſuſpenditur: & propterea ſi quid ſit non valet.*

130 *Feriæ repentinæ vel aliàs a principe ob publicam cauſam indictæ adequantur ferijs ad honorem Dei.*

131 *Feriarum diuinarum tempore non modo ſententia ferri quinimo ne exequi poteſt.*

132 *Noctis tempore ſententia ferri non debet: & ferratur non valet, prout hic.*

133 *Sententia lata tempore, quo iudex naturaliter ſiue accidentaliter patiebatur aliquem defectum iuriſdictionis impeditiuum non valet.*

135 *Iudex cur eſſe non poſſit infans mutus, ſurdus, mentecaptus: & quare ſecus ſit in cæco, & alijs in ſenſu olfactus, guſtus, & tactus defectum patientibus.*

135 *Iudex alius eſt ſurrogandus, quando primus diuturno impedimento detentus eſt.*

Impe-

136 *Impedimentum proueniens ab ipſo iudice nullam coram eo requirit probationem.*

137 *Excommunicatus iudex eſſe non poteſt, ſi de hoc conſtet.*

138 *Iudex inferior præſente maiore magiſtratu ſententiam dicere non poteſt & quando.*

139 *Petitorium ſi fuerit ſuſpenſum iudex ſuper eo procedere non poteſt.*

140 *Iudex vt ſuſpectus legitimè recuſatus vlterius procedere non poteſt: & ſi ſecus ſit, proceſſus eſt nullus.*

141 *Iudex à quo eſt cauſa probabili fuit appellatum vlterius procedere non poteſt, quia ſuſpenſa eſt iuriſdictio.*

142 *Appellatio eſt nulla nullum operatur effectum: ſi fruſtratoria, iudex apoſtolos concedere debet, ſi fuerit peti alias proceſſus eſſet nullus.*

143 *Relatione alicuius cauſæ principi facta, iuriſdictio referentis ſuſpenditur, & eo interim nil fieri poteſt.*

144 *Cauſa in totum principi remiſſa, poſtquam illi fuerit præſentata, tollit omnem poteſtatem iudici remittendi.*

145 *Conſultatione pendente nihil eſt innouandum quia per eam ſuſpenditur iuriſdictio.*

146 *Sententia an & quando poſſit eſſe nulla ob defectum conſilij ſapientis: de quo vide hic plenè.*

147 *Iudex de iure communi non cogitur ab aliquo petere conſilium, quinimo vitium reputatur.*

148 *Aſſeßorem vel conſultorem capere, vel non remittitur conſcientiæ iudicantis.*

149 *Conſilium ſapientis non eſt concedendum in caſu claro.*

150 *Auditores Rotæ in cauſis claris abſque conſilio & voto coauditorum pronunciant.*

151 *Conſilio ſapientis cauſa remißa quando eo minime expectato iudex cauſam poſſit expedire.*

152 *Conſilium ſapientis an & quando Iudex ſequi debeat in ſententia: vide hic, etiam ſi ſuper hoc vigerent ſtatuta: & ſi non ſequitur quando ſit nulla.*

153 *Conſilij ſolennitas ſi requiritur probari debet, quia non præſumatur.*

154 *Conſiliū ſapiētis debet a iudice ante ſentētiā aperiri & legi.*

Con-

155 *Conſilio nondum exhibito, ſi iudex pronunciauerit prout in eo, ſententia non valet.*

156 *Conſilio iuxta quod fuit pronunciatum ſi reperitur perplexum, aut dubium, reddit ſententiam nullam.*

157 *Dilatione pendente ſententia ferri non debet: vide hic.*

158 *Termino iuris, vel ab homine conceſſo durante, manus iudicis cenſentur ligatæ.*

159 *Termino ad dandum vel recipiendum Apoſtolos pendente, ſi quid fit non valet.*

160 *Termino non includitur nec computantur dies termini.*

161 *Impeditus iuſto aliquo impedimento puta infirmitatis carceris vel ſimilium ſi coram iudice fuerit excuſatus, & ablata fides de impedimento, condemnari non poteſt.*

162 *Præuentus à ſuperiore non debet ab inferiore iudice in eadem cauſa moleſtari.*

163 *Litiſpendentia coram alio opponi & probari. & quandoque iudici ſecundo inhiberi debet.*

164 *Iudicibus duobus eodem tempore in eadem cauſa eundem citantibus, coram quo velit citatus comparere poteſt.*

165 *Citatus ad locum non tantum, putà ob inimicitias capitales, ſeu hoſtium incurſus, etiam quod offerretur ſaluus conductus, vel ob peſtem, ſi non comparuerit excuſandus eſt.*

166 *Impedimenta ſi notoria ſunt non indigent probatione, aliàs debent allegari & probari prout hic.*

167 *Iudex ignorans fundamentum iuriſdictionis ſuæ non poteſt valide quicquam facere.*

168 *Iudex probabiliter credens ſe iudicem facit proceſſum validum.*

169 *Iudex circa poteſtatem ſuam principalem dubitans, facit proceſſum nullum.*

170 *Iudex errans circa eius poteſtatem, vt ſi eſt delegatus pronunciat tanquam ordinarius, vel econtra facit proceſſum nullum.*

171 *Iudex duplici ordinaria putà & delegata iuriſdictione fungens, non cogitur alteram eligere.*

172 *Iudex in dubio cenſetur procedere eo meliori modo quo poteſt, ad effectum quòd actus valeat.*

Ar-

173 *Arbiter & arbitrator ſimul ſimpliciter procedens vt arbiter proceſſiſſe intelligitur.*

174 *Clauſula (Omnis meliori modo, &c.) multum operatur quo ad actus validitatem.*

175 *Iudices ſi ſint plures, quando cenſeantur inſolidum dati, & quando non.*

176 *Sententia lata ab vno ex pluribus iudicibus non inſolidum datis regulariter non valet.*

177 *Iudices ordinarij ſi fuerint plures, vnus ſine alio procedere poterit: & erit locus præuentioni: vel ſi omnes incœperint ſimul procedere, inſimul etiam cauſam debet terminare.*

178 *Iudex datus ad vniuerſitatem cauſarum fungitur vice ordinarij.*

179 *Iudicibus pluribus delegatis cum clauſula (vos aut vnus veſtrum &c.) quilibet cenſetur Iudex inſolidum, & præfertur qui præuenit.*

180 *Idem ſi eſſet a dicta clauſula Si vnus intereſſe nequeat alter exequatur.*

181 *Clauſula ſi intereſſe non poteſt, intelligitur ſi nec per ſe, nec per alium.*

182 *Iudices ſi fuerint plures omnes debent eſſe ſimul tempore, quo fertur ſententia, & omnes pronunciare: nec ſufficit quod vnus nomine alterius abſentis pronunciet etiam ſi abſens ex poſt ratificaſſet.*

183 *Iudices ſi fuerint plures non inſolidum dat inhabilitas vnius vitiat omnium ſententiam: ſecus ſi inſolidum.*

184 *Iudex alium ſibi aſſocians, an & quando ratione ineptæ ſocietatis faciat proceſſum nullum.*

185 *Actus qui fiunt per plures vt vniuerſos, vt per capitulum, collegium, & ſimilia ratione inhabilium qui interuenerunt non vitiatur.*

186 *Iudices ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue arbitri, ſi plures ſint & diſcordent qualiter & quando illorum ſententia teneat.*

De nullitate ex defectu iuriſdictionis, & vnde ac quibus modis proueniat tam in iudice ordinario quàm delegato.

1 Defectus Iuriſdictionis maximus eſt, vt pote
2 ab ipſa cauſa efficiente proueniens Iudex nanque (vt diximus) potiſſima pars, & baſis, ac fundamentum, Duxq; & Imperator iudicij vocatur: vt per Bal. in rub. C. ſi à non competente iu
3 dice. Vnde iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habuit. l. 1. §. ff. ad Tertullianum. l 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſquis iuris. l. 2. in fi. ff. de pœn. & nullitas huiuſmodi ſtatuto, vel ſub alia diſpoſitiõe nullitates reij
4 ciente non comprehenditur: vt ſentit gl. fi. in cle. vnica. de ſequeſt. poſ. & fruct. & ponit Ang. in l. non erit. §. dato. ff. de iur. iu. Fel. in c. ex parte. el 2. in 7. fall. de off. deleg. & in rub. de foro compe. ver. Tertium fundamentum, &c. in c. paſtoralis. ver. amplia etiam, &c. de exceptio. & illa gl. in hoc eſt magis communiter approbata: vt inquit Alex. in conſ. 79. in cauſa & lite, &c. in fi. lib. 7.

5 Et ſi nullitas iſta ex actis euidẽs ſit: iudex eã etiam abſente parte & non vocata, reuocare poteſt ſecundum gl. fi. prout ibi declarat Dominicus in c. tua per illum tex. de offi. vicarij. & ponit Abb. in c. cauſam q. in 3. notab. de reſcrip. & Ægid. concluſio. 207. Auditor circa fi. & Fel. in c. cum olim col. 7. de re iudic.

6 Conſueuit etiam reputari irreparabilis, & inſanabilis defectus ſecundum modernos, in tract. de lit. grat. & inſti. fol. 145. & d. Seruen. in comp. ſuper reg. de non iudi. & c. fol. 185. prima facie; & propterea ab ea valde præcauendum erit.

7 Et quamuis nullitas ob defectũ poteſtatis iudicãtis ex varijs poſsit cauſis deſcẽdere. Ideoq; in genere diuidi facilè non poſsit: vt inquit in ſimili Iuriſconſultus, in l. cognitionum numerus. in princip. ff. de var. & extra ord. cogni. Omnes etenim articuli ob varietatẽ & caſuum multiplicitatẽ ſingulatim recenſeri non poſſunt. l. neque leges. l.

L non

non poſſunt.ff. de legib. ſed & ſi. ver. multi.n.caſus, &c. ff.ex quib.cauſis maiores. quoniã omniũ habere memoriã potius diuinitatis quã humanitatis eſt.l.2.§.ſi quid aũt.C. de veter.iur.enucl.l.peregrè in prin.ff.de acq.poſſ.Aliqua tamen magis regularia & vſu quotiana,pro aliquali iuuẽtum excitatione,eo quo poterimus ordine ponemus.

8 Dico igitur in primis ꝙ ꝓceſſus & ſniæ ex defectu iſto impugnari cõſueuerunt ex eo,ꝙ nullibi,de poteſtate iudicantis apparet.Secundo ſi apparuerit, & ius dicẽs fuerit ordinarius:ſæpenumero geſta illius impugnãtur ſub prætextu,ꝙ fuerit iudex incõpetẽs, ratione cauſæ,aut ipſorũ litigatorũ,vel loci,ſeu tẽporis,aut culpa eiuſdem, qui ius dixit, vel ex defectu ipſiuſmet iuriſdictionis. Sed ſi fuerit iudex delegatus, poteſtas & iuriſdictio ſua reprobari (vt plurimum)conſueuit ratione delegantis,delegati cauſę litigatorum,loci temporis,ac formę ipſius delegationis:de quibus omnibus aliquid per ordinem dicendum eſt.

9 Siue ergo is qui ius dixit proceſſerit vt ordinarius,ſiue vt delegatus, ante oĩa de poteſtate,qua in iudicãdo vſus

10 eſt,quæri & dubitari ſolet:quia naturaliter omnis iuriſdictio & publica poteſtas pęnes Papam & Cęſarẽ duntaxat reſident:ipſi nanque ſunt veluti fontes,a quibus poteſtas hmõi fluit, & refluit, prout flumina ad mare:ab eis nãq; per reſcripta,& conceſſiones fluit,& ad eoſdem per appellationes,nullitates,& quærelas eadẽ iuriſdictio refluit: vt inquit Bal.in c.vnico.§.ad hęc col.2.ver.not.hic ꝙ oĩs &c. & col.5.verſicu.ex præmiſſis ergo,de pace iura.firman.in vſib..feudorũ.Et ponit Alex.conſi 24.Ponderatis in prin. lib.5.& facit tex.in c.r.22.diſt.& quod ponit idẽ Bal.per illum text.in c.1.in prin. in ti.quis dica.dux March.vbi dicit ꝙ oẽs dignitates tã ſpũales ꝙ temporales ab ipſo Papa & Imperatore reſpectiue proueniunt.Et ponit Deci.conſil.537.in caſu in prin.lib.4. Iudicare igitur publicũ munus eſt.l.quippe.ff.de iudi.& l.fin.§ iudi.ff. de var. cogn. Habere aũt publicũ vel priuatũ munus,aut officium,nemo præſumitur.vt inquit Bal.in l.1.poſt prin.C.de rebus alien.non alien.& in l.1.col.3.in 6.q.C. de teſt.ordi.quia

ſunt

ſunt facti,& in facto conſiſtūt.l.cōſ.§.ſi.ff.de curat.fur.l in libello.§.factæ.ff.de capt.& poſt li.riuerſis. cū alijs de qui
11 bus ad propoſitum(loquens de mandato non præſumendo)per Deci.conſi.437.quæritur.colum.1.lib.3.& conſil. 672.quæritur nu.3.lib.5.propterea dicebat idem Bal. ꝙ iuriſdictio etiam ordinaria, nunquam præſumitur neque
12 cenſetur collata. niſi inde appareat publica ſcriptura:vt per eum in l.prohibitum.col.3.verſic.3.C.de iur.fiſc.cuius dictum pro notab.refert & ſequitur Iaſon. in l. more maiorem col.8.verſi.item aduerte.ff. de iuriſd.om.iud.& idē voluit idem Bal.in d.c.vnic.§. ad hæc ver.quæro nunquid poſſit probari & c. de pace iuram. firman. & ſentit Alex in conſi.107.videretur.in prin.iuncto verſi.ad allegata &c. lib.7. declarat Paris de Put. in tract. de ſynd.in §.an officialis per totum.& in ver.ſucceſſor in officio & c. Nullus igitur prǫſumēdus eſt iudex:inquit Bal.in l.2.col. 12.verſ.ſed his obijcitur.C.de ſeruit.& aqu.quoniā iuriſdictio eſt qualitas quędā accidentalis,quę naturaliter homini nō ineſt,ſed ita cōpetit vni,vti non alteri:propterea neceſſario probanda eſt per Doct.gl.in verb.ſcientiæ.in c. ſi forte de elect.in 6.ponit Abb.in c.poſtquam.col.fin. de elect.& Deci.conſ.522.in cauſa col.fi.lib.4.

14 Creatio itaq; iudicum & magiſtratuum hodie ad curam principis ſpectat.l.1.in prin. ff.ad l.Iul. de Ambitu. c.iudicibus.2.q.6. ibi, ordinarij iudices ſunt qui ab Apoſtolico vt eccleſiaſtici, & ab Imperatore, vt ſeculares legitimam poteſtatem accipiunt, latius ponit deciſ. Neapol.vt per Capic.deciſ.130.primam.nu.26. cum ſeq.

15 Ideoq; vterque ipſorum (ſaltim à principio)literas illorum poteſtatis,& collationis, ſeu inueſtiture oſtendere debet: vt de eccleſiaſticis extat conſtitutio extrauag.quæ incipit iniunctæ.ſub tit.de elect.& de ſecularib. facit tex. in c.1.qs dicatur,dux Marchio.in vſib.feud.& c.fundamēta.verſ.Marchio.vbi gl.in verbo literis.de elect.in 6.

16 Et de iudice delegato,nulli eſt dubium,quin fidem de poteſtate ſua facere debeat cum aſſerenti cum mandatis principis veniſſe, credendum non ſit,niſi hoc ſcriptis

probauerit: prout nec dicenti ſe delegatum ſedis Apoſtolicæ credetur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat oculata: vt probantur iſta in l.vnic.C.de manda.prin.c.fin. 97.diſt.c.cum in iure peritus. vbi Inno. & latiſſimè ſcribentes.de offi. deleg.§. eos autem.in authen. de colla.& ibi Bar.& idem in l.legato ff. de legatio.& habentur formaliter in dicta extrauag.iniunctę.& ponit Alex.conſil.6. ponderatis.col.2.in princ.lib.4.& Decius in conſilio 214. diuino.colum.2.verſi.ad tertium lib. 2.Guid.Pap.q.322. non creditur.

17 Quamuis ſi his qui iudicauit eſſe magnus officialis, ac in alta dignitate, puta Cardinalatus, conſtitutus, ſibi ob præeminentiam dignitatis circa iuriſdictionem ſuam crederetur d.c.fin.17.diſt quem tex. ita declarat Rot.deciſ.714. Not. ꝙ non creditur aſſentioni. & facit alia deciſio.176.not.ꝙ legatus. in antiq. & text.in c. Romanorum 91. diſtin. tenet Innoc. in c. olim, de priuil. ſequitur Lanfranc. in c. quoniam contra. in §. teſtium depoſitiones verſicu.vlterius dubitatur.nu.75.de proba. tenet Alexan.conſi.92.perſpectis, colum.2.in fin.lib.6.vbi aſſerit quod curia ita ſeruat.& vide Angel.in conſ.182.man datum principis Corn.conſilio 155.quanquam.in fin.l.1. & late ponit d.Iaſon.in l.admouendi.in 2.lect.num. 189. verſi.limita & ſi Papa. de iuramen. Thom.Gram.deciſio. 36 tolon.col.6.num.27.

In reliquis autem, præter iuriſdictionem, quoad tertij præiudicium, etiam ſi Cardinalis eſſet, non crederetur: vt voluit glo.in c.Sicut in ſi in ver. alio modo.de ſenten. excom. quem ſequitur Pan. & Fel. in c. ad eminentiam. verſic.limitationes.eo.ti. & idem Abb.in c. cum a nobis, in prin. ibi, not. pulchrum, quòd excepto Papa nemini creditur in præiudicium tertij. de teſti. Idem ſentit Æg. conclu.628.cum ſeq.& 183.Aſſertioni.& deciſ.636.ſuppoſito.in fin. ſaluo Rom. cu.ſtylo, de quo per eundem in d.dec.628.& per Alex.in loco de quo ſupra.Aymo.conſ. 104. in cauſa col.1.

18 Debet itaque imprimis de iudicantis iuriſdictione cōſtare:

ſtare: aliàs ſi iudex cum non eſſet, aliquem in iudicio capitali. vel actione famoſa. condemnaſſet, prout ſi priuatus illum interfeciſſet, vel diffamaſſet. plectendus eſſet: vt voluit Bal. in l. 1. col. 5. verſ. caueat tamen iudex. C. ſi à non cõp. iud. & in terminis ponit Æg. concl. 169. ſi ille. vltra q ſi dolo malo feciſſet & pœnã criminis læſe maieſtati, quã ſi iuriſdictionem principis vſurpans incurreret l. 3. in fi. ff. ad l. Iul. maie. & tenet Bar. in l. omnes populi. 8. q. pe. principalis q. de iuſt. & iur. & Bal. in l data opera. col. 3. C. qui accuſ. non poſ. declarat Cap. d. dec. 130. in 3. dubio.

19 Idcirco terrarũ è prouinciarũ præſides & rectores, tempore quo prima vice prouincias ingrediũtur, & magiſtratus ſubeũt, prouincialibus literas poteſtatis eorũ in locis publicis & cõſuetis publicare & debẽt & conſueuerunt, vt inquit Spec. in tit. de l. §. ſupereſt. verſ. & pp hoc Apoſtolicæ ſedis legati. & Io. And. §. fi. col 7. in 7. verb. liquet. eo. ti. & per Bar. in l. probatorio. C. de diuerſ. offi. lib. 12. & l. prohibitum. C. de iur fiſ & in §. eos. in auth. de collat.

20 Poſtquã vero poteſtas hmõi ordinaria fuerit ſemel publice notificata, tanquã in eadem curia ſeu prouincia notoria ſit, vlterius eam probare non oportebit, cum omnibus ſit not. & manifeſta: ita intelligitur Bald. in l. 1. in fi. C. qui aduer. quos. & in l. ea quidem col. 3. ver. Notorium vero facti. C. de accuſ. & l. 2. colum. 11. C. de ſer. & aq. & in l. ſi quis per calumniam verſi. deinde quæro. C. de epiſ. & cler. dum vult quod non ſit opus de iuriſdictione ordinaria fidem facere. & idem tenet Bar. in l. 2. circa fin. repet. ff. ſi quis in ius voc. non ierit alleg. tex. in l. ſed & ſi. § proſcribere ff. de inſti. & Guid. Pap. q. 259. Si in ciuitate. in prin.

21 In aliena verò prouincia ſeu loco, aut tribunali, in quibus iuriſdictio hmõi non fuerit facta notoria, ſi de ea conſtiterit, & a parte negetur, ſaltim pro cõem opinionem, ac reputationem & famam probanda erit: ſecundum Bar. conſi. 82. Punctus quòd & Spec. in tit. de iud. deleg. §. excipi. verſ. item quia dixit ſe &c. & ſentit Bart. in ſimili loquendo de nuntio, in extrauag. ad reprimen. in verb. nunciũ ponit Felin. in cap. exceptionem. nu. 37. de exceptio, in

terminis tenet Rot.deciſ.47. valent acta in not.& 449.valent.in antiq.

22 Vel ſi ſententia fuiſſet lata contra præſentem & non reclamantē,ob authoritatem rei iud. & partis tacitū conſenſum pro huiuſmodi ordinaria iuriſdictione præſumeretur,ac contrarium aſſerenti:videlicet illum qui proceſſit,non fuiſſe iudicem, incumberet onus probandi,iuxta doctrinam Innocen. communiter approbatam in d.cap. cum in iure.de offi.deleg.& in c.innotuit. de eo qui furt. ord.ſuſcip.& cap.nihil eſt.de elect. Abb.in c.ſicuti. in prin. colum.ſi.de re iud.Ægid.conclu.89. Sententia.Rot.deciſ. 301.Si petatur.& 327. (quæ hoc modo intelligatur) Inno.Dec.conſi.42.col.5.lib.1.Caſſad. deciſ.1.de præſump. vbi atteſtatur Innocen.in hoc communiter approbari: & idem atteſtatur Alex. conſil.22. lib.2. & Felin. in c.quoniam contra.col.15.ver.quarta concluſio. de proba.

23 Idem eſſet etiam (ſecundum aliquos) ſi lis per ipſas partes coram huiuſmodi iudice fuiſſet conteſtata,quoniā ex poſt aſſerenti eum non iudicem, non creditur,niſi probet,ſecundum Inn.in d.c.innotuit. quem ſequitur Bal.dicens ita tenendum, in l.geſta. col.pe. verſic.quæro nunquid.C.de re iud.& l.licet.col.3 C.de procur.Nam quem ſemel pro tali approbaui, non videor amplius reprobare poſſe.cap.quod ſemel. extra de re.iur. l.ſi propria.§.1. & ibi Bal.ff.de pet.hæred.

24 Et præmiſſa procedūt in iudice ordinario:quia ex quo de iure fundata eſt intentio iudicis, negatio ex aduerſo facta iuriſdictionē dubiā non facit:ſi exceptio eam negantis non fuerit legitimè probata, ſecundum Rot.327.Si contra potentem. in no. quia cum iuriſdictio huiuſmodi ſit quaſi naturalis, & legibus ac ſacris vallata Canonibus, pro ea fauorabiliter præſumitur:vt voluit gl.in c.1.in gl. magna.& cap.diſpendia. de reſcrip. in 6.& cap. ſi contra vnum,in verb.Epiſcopi. de offic.deleg.eo. li.ponit Hoſt. in ſumma.de reſcrip. §.cui præiudicet. colum.3. de offic. deleg.§.quæ iuriſdictio.& Rot. deciſ.24. not. quod proceſſus.in antiq.& præmiſ.tenet Guid.Pap.q.322. non auditur.

ditur.& facit tex.in cap.1.§.ex parte.de conceſ. præbend. lib.6.& cap.pro hoc. de hære.eo.lib. & l.ſtudentibus. C. de off.præf.vrb.dũ in eiſdẽ probatur ꝙ in dubio pręſumẽ
26 dũ eſt,ꝙ iuriſdictio alicui ſpecialiter data,cenſeatur datã accumulatiuè,& non priuatiuè ad iuriſdictionem ordinariã:quia illi fauendũ eſt:& ſi cõcurrit, pręferri dẽt ordinaria:vt ponunt Doct.maximè Abb.& Fel.in c.cæterũ.in 2. col.de iud.& firmat idẽ Dec.conſ.3.col.2.lib.1.de quo latius quã alibi poſuit idẽ Fel.in c.paſtoralis.vbi ponit hoc pro regula.quã tamẽ octo modis limitat,extra de off.ord. poſt Alex.in l. Titiæ textores.ff.de leg.1.& And. Sicu. in c.ſtuduiſti, de offi.leg.refert idem Dec.conſil.654.viſo.in fi.lib.& tenet Anch.conſi.163.de iuribus col.3.
27 Pręterea,ex eadẽ rõne,quis vt iudex ordinarius,nõ vt delegatus à partibus in dubio aſsũptus p̃ſumitur:ex quo firmiora reputantur, quę iure cõi aguntur quàm quę iure ſpeciali.l. eius militis.§. militia miſſus.ff. de teſta.mili. prout concludit Alex.conſil.55. quoniam.col.2. in prin. lib.5.& conſi.17.viſo col.pen.in fin.lib.4.
28 Secus autẽ dicendum foret de iuriſdictione delegata, nam cum ipſa quaſi ordinariæ derogans, odioſa, & ſtrictè intelligenda ſit,pro ea non præſumitur, niſi quatenus conſtet:vt dicunt ſcribentes in locis præmiſſis:& glo.pen. in cle.fi.de offi.ord.& Lap.alleg.55.in 2.col.circa fi.igitur de ea conueniet formiter & legitimè docere, exhibendo mandatum in probanti forma, vt in d.c. cùm in iure. vbi glo.& ſcrib.omnes.de offic.deleg.& d.l.vnic.C. de mãda. prin.cum alij,de quibus per Alexan. conſil.17.videretur lib.7.& conſi.200.in fi.lib.2.cum ſimi.

Vel ſi ſemel,illud foret exhibitum,ac parte vocata regiſtratum, & poſtmodum deperditum, poſſet per teſtes deponentes ſuper tenore illius, & amiſſione probari: ſec. glo.in ver.reprehenſionem.in c.cum olim per illum tex. & ibi Abb. in fin. de priuil. & in d.c. ſicuti. de re iudi.& Bald.d.l.vnic. de mand.princ.Rom.deciſ.459.circa. in 3. col.in not.magiſtraliter ponit Spec.de prob.§.Videndum reſtat, poſt prin.

Aut habendus eſſet recurſus ad ipſum delegantem, vt hoc declaret, ſecundum eũdem Spec. in ſupradictis locis. Et ponit Hoſt. in ti. de recuſat. §. fi. col. pen. verſ. quid de audit. & vide Rom. in l. ſciendum. de verb. oblig. Alex. in in l. 1. de offic. præt. Iaſ. in l. admonendi col. 54. de iureiur. Fel. poſt alios in d. c. cum in iure. cum ſimi. vbi ponunt qualiter & quando iuriſdictio probanda ſit.

30 Et præſuppoſito quod legitime de iuriſdictione iudicãtis conſtiterit, ſi de iudice ordinario tractabitur, contra ipſum aliqua exceptio impotentiam iuris vel facti concernens (quouſque in officio ac dignitate toleratur) ad acta & proceſſus ſuos inualidandos opponi non poterit: vt dicit Hoſt. in ſumma, de offi. ord. §. quis poſſit in fin. & Spe. §. fin. eo. ti. & idem in tit. de iudic. deleg. §. excipi poteſt verſ. item quod criminoſus, &c.

31 Ordinarius aũt reputabitur is cui à lege, conſuetudine, populo, ſeu vniuerſitate, vel principe, aut legitima pręſcriptione, iuris dicẽdi poteſtas cõpetierit: vt declarãt doctor. in l. more. & l. quia. ff. de iuriſ. om. iud. & Canoniſtæ. in c. quoniã, ne pręla. vices ſuas. & c. cõquerẽte. vbi Inn. & c. cũ ab eccleſiarũ. de of. or. & c. cũ in eccleſijs de ma. & obe.

32 Licetque regulariter iudex talis, de omnibus cauſis ſui territorij cognoſcat, & illas ſub poteſtate ſua complectatur. l. ſi pupilllus. §. territorium. ff. de verb. ſig. & in auth. vt omnes obed. iud. prouin. §. 1. & in tit. vt iudic. ſine quo. ſuff. §. volumus & §. quod autem. eo. lib. & in c. licet in regulis. in ſi. 2. q. 3. & c. 1. 16. q. 5. ponit Spec. de iuriſd. om. iud. in prin. & Dec. conſi. 3. col. 3. in fi. lib. 1.

33 Nihilominus poteſtas & iuriſdictio ipſius circunſcribitur & ẽt multipliciter limitatur: ac geſta per iudices hmõi quantũuis ordinarios ex defectu illorũ iuriſdictionis impugnantur, tanquã à iudicibus incõpetentibus, rõne cauſæ vel rei litigatorum, loci, vel tẽporis, facta: ẽt ꝙ eſſemus in actu voluntariæ iuriſdictionis: quia & ille corã competenti iudice fieri debet: alias non valeret. l. ſecundũ diui. C. de dona. l. fin. C. de emancip. tenet Petr. & Ancha. in conſil. 221. primum dubium. & Deci. conſ. 557. Accuratè

col. ſi.

col.fi. verſ. prędictis tamen lib.4. quamuis conſuetudine contraria non obſtante. c.ad noſtram. & ibi no. extra de conſuetud.firmat. Guid.Pap.q.333 poteſt.

34 Rône cauſæ ſeu rei ordinaria iuriſdictio pôt limitari, & ſnia nô valere:ſi(exêpli gratia) cauſa agitata fuiſſet capitalis,& ſic meri imperij:vel circa quã nobile iudicis offiiciũ vel mercenarium,aut decretum, vel authoritas(quæ imperij mixti ſunt)principaliter implorabantur, vel êt q cauſa foret pecuniaria,q̃ ſolidorum 300. ſummã excedebat. Is autê q iudicauit (licet eſſet ordinarius)fuit tamen iudex pedanæus,vel defenſor ciuitatis, aut duumuis, ſeu prior vel poteſtas alicuius terræ, vel magiſtralis municipij. quouis noie nũcupantur:q̃a iſti,ea quæ magis Imperij, q̃ iuriſdictionis ſunt facere non pñt:vt inquit tex.in l.magiſtratus.cum l.ſeq.ff.ad muni.l.fi.C.de pedanæ.iud. l.3.cum ſeq.C.de defen.ciui. §.iudicare. & §.audient. in auth de defenſor. ciui.dũ ibi habetur tales vltra ſummam trecentorum ſolidorum cognoſcere non poſſe. & facit text.cum ibi not.in l.ſi idem, cum eodem.& l.magiſtratibus & l.fi.ff.de iuriſd.omn.iud. ponit gl. in l.inter côuenientes ff.ad muni.& in auth. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eam in verb.poſt magnificentiſſimos.cum vulg.

35 Si tales ergo in cauſis vel rebus illorum iuriſdictionê excedentium.iudicauerint,ſnia, êt quoad ſummã de qua cognoſcere poterant, & ſub ſua poteſtate deprehenſam, non valebit:ſi modo ſnia vnicum caput contineret, ac eſſet indiuiſibili.Sed ſi ſeparabilis foret, rône formę ipſius, vel rei, ſuper qua lata extitit vtile nô vitiabitur per inutile,ſed valebit vſque ad limites iuriſdictionis iudicantis, ſecundum communem doctorum ſententiam: de qua teſtatur Iaſ.in d.l.fi.& Alex.ibi,de iuriſdictio.omnium iud. quia quod capitula,tot videntur ſententiæ. l.quid tamê. in prin.ff.de arb.l.ſcire debemus. de verb.obli. & pro his eſt gl.poſt tex.& ibi ponunt ſcriben.in l.etiam. §.1.in verborum audiendis. ff.de minor.cum ſim. & ſentit Ang.in conſ.8.his proximus.nu.3.Rom.conſi.66.viſo.

36 Hodie tamen in pleriſq; locis ſingulares ciuitates habent

bent ſua regimina diſtincta: vt olim habebāt ſingulæ pro uinciæ: vt aduertit gl. in l. fi. in verb. idem in vna. C. de prę
37 ſcr. long. tēporis. ac inſuper per pacem Conſtantiæ oēs fere ciuitates Longobardiæ iuriſdictionem in ſuo territorio cōſecutę ſunt vt toto tit. de pace Cōſtant. & per Alex. conſ. 1. in prin. & conſ. 16. in cauſa. col. 2. in prin. lib. 5.
38 Pleraq; etiā ex priuilegio ſeu principis permiſſione faciūt: vt inquit gl. in verb. iuriſdictiōe, in fi. de defenſ. ciui.
39 Vel per tēpus immemorabile (prout ſunt ciuitates Italię) merū imperiū ſibi pręſcripſerūt: vt voluit Bar. in l. quominus. in 2. q. ff. de flumi. & in l. infamē. in fin. de publi. iudic. & Bal. in l. fi. C. quæ ſit long. conſuet. quos ſeq. Ro. in rub. C. qui admit. & Alexan. conſi. 24. ponderatis. col. pen. circa med. lib. 5. & Dec. conſ. 468. 2. col. & conſil. 638. communitas. in prin. lib. 5.

Plurima ēt de facto ſibi vſurpāt, vt inquit Spec. in tit. de iuriſd. omniū iudic. col. 2. ver. infirmi. ſunt. & ibi Ioan. And. & Bald. in add. in verſ. poteſtates terrarū. & in eo. li. de offi. ord. § conſtituit. de aſſeſſore in §. officio: vbi Ioan. And. & per Bar. & Doctores in l. 1. de damno infect. & Doctores in l. 3. de iuriſd. om. iudicum.
40 Magiſtratus itaq; ac iudices & officiales terrarū, ac ciuitatum hmōi (quicquid ſit de cōmuni iure) ex earū legibus ac ſtatutis municipalibus, vel antiqua conſuetudine poteſtatem capiunt, & ſecundum illā quotidie iudicant. pro quo facit tex. in l. 1. & l. fin. C. de emanci. & l. 1. C. de off. q. c. duo. de off. ord. c. cum contingat. de for. comp. c. fin. de except. in 6. & bonus tex. in d. l. magiſtratus. ff. ad municip. ponit in terminis Bal. in auth. Caſſa. colum. 3. de ſacroſ. eccl. Rom. conſi. 101. vbi declarat, in fi. & Dec. conſil. 5. in prin. & conſil. 8. col. 2. in prin. & conſil. 72. in prin. & cōſ. 18. Diuino. in 1. col. idcirco tales etiam quę ſunt meri & mixti imperij in multis locis exercent: vt dicit Ang. in l. 1. §. ſolet. ff. quand app. ſit. & Iaſ. in l. 1. 5. col. in prin. ff. de off. eius. Et Alexan. conſil. 16. in cauſa. in 1. lib. 5. Propterea fori & loci in quo fuerit conſuetudo attendenda erit: ex qua qualis, & quanta iudici competat iuriſdictio,

depre-

deprehendetur,& pręmiſſa ſeq. Aym.conſ.196.& ſi.col.2. verſi.& videmus glo.3.

41 Inſuper audiuiſti quod antiquitus in vrbe Ro. decem tribuni plebis, conſules duodecim prætores octo, & ſex ediles, tanq̄ ordinari popvlo Ro. ius dicebant: vt ponit text.in l.2.§.poſtea alios duodecim iudices,octo videlicet de numero minorum, & quatuor de ordine maiorum Imperator Iuſtinianus ſubſtituit,illiſque ſedem & locum iudicandi in Lateranenſi aula, vbi adhuc cellulæ viſuntur, conſtitui:vt in authen.de iud.§.1. & § ſedebunt.indeque poſt modum in Vaticanũ vbi hodie ſacri palatij Apoſto-

42 lici auditores,qui illorum loco (vt arbitror)ſucceſſerunt ſedes ſuas conſtituerunt & tranſtulerunt.

43 Hic tamen,ac q̄ plures alij eodem tempore, in eadem ciuitate ordinarij iudices exiſtentes, nõ indiſtinctè quoſlibet,& cuius licet generis cauſas ad ſe venietes vel delatas audiebant: ſed illorum quiſq; quaſi limitatam poteſtatem gerens, patribus ſuis fungebatur; nec vnus in meſſẽ alterius falcem ponebat: ſed intra poteſtatis ſuæ limites continebatur: ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia argu.l.Conſulta diualia.C.de teſta.Imò cognitio-

44 nem alteri iudicij debitam: ſi quis ſibi vendicaſſet, puniebatur: vt C.de off.comit, ſac.pala.l.2. Nam ad vnum officium deſtinatus, in off.alterius ſe intromittere nõ debet.l.quæcunque,C.de execu.& l.exacto. & l.in prouincijs. C.de numera.l.12. quia alterius iura vſurpare quis non debet.c.cum ad verum 96. diſt. ponit Bal. in l.repetita.C.de Epiſ.& cle.

45 Factum igitur a iudice quantumuis ordinario,ſi ad officium illius non pertinet,ratũ non erit, l.factum a iudice. ff.de reg. iu. l.1. C.ſi a non comp. iud. vbi ad certam rem iudex datur, ſi de alia cognouerit, nihil agit:& patet in l.1.C.de iuriſd.omn.iud.& l.2.C.ſi aduer.fiſcum.& l.1.C. de ped. iu.l.2. C.de pœn.l.ſi pater. C.ne dę ſtat. defun. l procurator. C.vbi cauſ.ſtatut. l.2. cum duabus ſequen. C.de mod. mulct. in quibus locis poteſtas procuratoris Cæſaris ratione cauſarum limitata, & reſtricta deprehen-

prehenditur: & quicquid extra limites ſuę poteſtatis gerebat, nullius momenti reputabatur.

47 Idcirco iudex ſe latrunculator ad cognitionē cauſarū criminalium deputatus, de cauſis ciuilibus & pecuniarijs principaliter cognoſcere nō poterit, cū iuriſdictio ſua rōne certarū cauſarū ſi limita, vt probatur. in l.ſolennis. §.latrunculator.ff.de iud.l.defuncto. l.de publicis iud.l.ex eo ſecundum vnā lecturam.C.de agen.in reb.lib.12.ét ꝙ de crimine (ciuiliter tamen) ageretur: quia & tunc talis non eſſet iudex competens: vt tenet Rot.dec.226. nota quod vbi agitur.in antiq.& dec.10.in ti.de ap. per Biſſignet.

Et præmiſſa (vt dixi intelligas ꝙ principaliter de re ciuili cognoſcere nō pōt ſecus tamē incidenter & ſecundariò qa cognito de crimine principaliter, puta de furto violētia, aut amotione cōfiniū incidēter cognoſcere & declarare ſup ciuili & pecuniaria ex cognitio crimine deſcēdente poterit, puta de reſtitutione rei ablatæ damni dati, ſeu dominio, vel ꝓprietate loci aut confiniū amatorum iuxta doctrinā Bar.cōiter approbatā, in l.interdū. §.qui furem. ff.de fur.l.ſed loci.§.ſi dicatur. vbi tex.ff.finiū regund. l.ſi de poſſeſſione.C.vnde vi.Et idē Bar. in d.l.defuncto.§.fi. ff.de pub.iud.& in l.ſi qs.ad ſe fundum in fi. C.ad l.Iul.de vi. & hoc maximè quando de crimine per confeſſionem partis, ex qua inſurgit officiū iudicis cōſtaret: vt declarat Bal.in l.qui crimen.col.4.C.qui accuſ.nō poſſ.& latius ponit Ang.in l.ſi vacantia in vlt.q.C.de bo. vacan. & in l.1. C.quando ciuil.actio.crim.pręu.Salic.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi.Inn.in c.cum oporteat. in verb.ſed dices quomodo. extra de accuſ. cum alijs, de quibus per Fel.in c.poſtulaſti.de iud.& Ang.in lib.maleſi.in verb.per iudicem maleficiorum.fol.20.ſecundum paruas impreſſiones. Et ſecundum præmiſſa intellige Bald.in conſi 175. Præſuppoſito. col.1.lib.3. & Dec. conſi. 550. iuridicam. num.3.lib.4. dum voluit iudicem maleficiorum eſſe iudicem competentem ſuper damno dato.

48 Econuerſo neq; iudex ad ciuiliū cauſarū cognitionem deputatus, cās criminales & criminaliter motas cognoſce-

re poterit, cũ iuriſdictionẽ ſolã veluti ſpeciẽ diſtinctam à mero & mixto Imperio habeat, iuxta tradita in l. Imperiũ.ff.de iuriſd.oĩum iud.& ideò in his quę ſunt meri Imperij ſe ingerere non poterit d.l. Magiſtratus. & l.inter cõuenientes.vbi hoc tenet Bar.ff.ad muni. Prout ẽt concludit Albericus Gandinus in tract.maleſi.ſub rub.de aliquibus quæſtionib.varijs, verſi.pone quæſtionem de facto.& facit quod ponit Bar. in l.pen.ff.de calum.

Quæ ſimili mõ ſunt intelligenda, videlicet ꝙ principaliter & ordinariè talia cognoſcere nõ poſſit, ſecus incidẽter: putà ſi ciuili qõni incideret criminalis: vt ſi teſtis in cã illa examinatus falsũ depoſuiſſet: nam eo caſu de falſitate idẽ ciuilis iudex cognoſceret, & ſaltim extraordinariè falſariũ caſtigabit cũ illius aures ac maieſtatẽ, & iuriſdictionẽ ſuã offenderit, & ſaltim tacite a l.ẽt ſimilis poteſtas ſibi in euẽtum hmõi conceſſa videatur vt eſt tex. in l. nul-
49 lam vbi Bar.& ſcrib.C.de teſtib.& in l.ſi lis. C.ad l.Cornel. de falſ.tenet idẽ Bar.in l.hoc iure.§.aqua.ff..de acqua quotidiana, & æſtiua. & Abb.in c.1.col.fin. de crim.falſ. Spec.in tit.de teſte.§.1.col.10. verſicu. ſed qualiter, licet Bar.in l diuus.la 2.ff.de falſ.etiã tali caſu voluerit ciuilem iudicem articulum huiuſmodi criminalem debere ad ſuperiorem remittere: quod forſan intellexit de iudice ciui
50 li totaliter incõpetente, vt puta qñ teſtis fuiſſet clericus & iudex ſecularis, ſuper quod Doctores varie ſenſerũt: vt per Ang.in tract.maleſi.in verbo falſario.verſic.quæro an quilibet iudex.fol.66.poſt Anch. conſilio 173. circa primum dubium.& latius tres principales opiniones ponendo, ponit. Matth. de affl.dec.230.fuit per relatorem vbi reperies an & qualiter clericus coram iudice ſecularis falſum diſponens ab eodem iudice ciuili puniri poſſit: & quod indiſtinctæ talis clericus ſit ad eccleſiaſticũ remittẽdus, eſt cõis opinio: ſed Felin.in c. verum. de foro comp. & Cap.in dec.5.Neap.in fin. Qualiter autem puniendus ſit, ponit Guid. Pap.q.42.teſtis.

51 Et quod de iudice ciuilium & criminaliũ diximus, ex eadem ratione dicendum erit: ſi ex forma ſtatuti, vel alias

aſſoient

aſſorent iudices ad certā ſpeciem cauſarum.puta mercantilium,vſurarū,ædificiorum,damni dati,viduarum,pupillorum,Iudæorum,aut ſimilium deputati:quia tales iudi-
52 ces ét ex tacita,ſiue expreſſa partium prorogatione,cauſas alterius ſpeciei iuriſdictionis audire & cognoſcere non potuerunt, ex quo prorogatio duntaxat de cauſa ad cauſam eiuſdem,non aũt diuerſæ ſpeciei: in qua is iudex nullam habeat iuriſdictionē, fieri pōt: cum nullius iuriſdictionis ad aliquē ſit impoſſibilis prorogatio: vt inquit Bal.in l.ſi quis ex conſenſu in fin.C.de Epiſc.aud.& in l. teſtamenta omnia vbi tex.C.de teſtam. ponit Barto.in d. l. inter conuenientes. ad Municip. & idem Bald. in l. repetita. per illum text.C. de epiſco.& cler.& in l.2.§. ſed & ſi iudex.ff. de iud. firmat. in terminis noſtris Panor. in colum.6.verſic.venio ad ſextam. & ibi Felinus.colum.fin. verſic.poteſtas officialium loquens dé huiuſmodi iudicibus ad certam ſpeciem cauſarum deputatis.in c. 1. & gl. de off. deleg. latè Marian. in c. ſignificaſti. vbi inquit ſe ita conſuluiſſe.de for.comp.& per Fel.in c.cæterum poſt prin. de iudi. Idem ſentit Dec.in nota caſu conſuluendo. conſi.18. loquens de ſtatuto limitatam iuriſdictionem tribuente lib.1.& deciſ.Neap.vt per Capic.dec.209.in cauſa.col.fi.& Anch.conſ.201.prętermittendum.col.2.in fin. Ang.in conſi.6.nu.2.Rom.conſi.132.vt retulit num.2.& facit doct.Bal.in l.fi.§.vbi autem verſ. item no.C.de cad. tol.& dec.Affl.quidam medicus.num.41.

53 Et aduertendum fuerit,ꝙ qualitas cauſæ,tribuens iuriſd.liquere & conſtare debebit iudici:quia id ꝙ eſt cauſa exercendæ iuriſdictionis ſemper debet ipſi prætori conſtare alias non valeret quod ageretur: per id quod ponit Bar.in l.multum.ff.de cond. & demonſt. & in l.ſi finita.§. Iul.ff. de dam. infect. & ponit Pariſ. in tract. de ſynd. in §.iudices puras. colum. 3. verſicu. iudici ſemper ſentit gl.in verſic.ac peremptoriè.in cap. ſæpe de app. qualitas tamen huiuſmodi quoad tribuendum iuriſ. exercitium, ſatisfuerit quod in libello deducatur, licet de eius veritate dubitari poſſit.prout no.Ant. de But.in c. cæterum.

verſi.

verſi.venio ad gl.de iud.quem ſeq.Mill.in verb.iudex,cui vult procedere &c. Et ponit Lap. alle. 59. in Dei nomine.verſ.quæritur.& alleg.65. nunquid poſt prin.& Ang. d.conſ.6. dictum ſtatutum nu.2.

Et ſi à principio ad impediendã iuriſdictionem qualitas hmõi ex aduerſo negata fuerit, ſaltim ſummariè probari debebit ſecundum cõem opinionem doctorũ de qua teſtatur Alex.conſ.1.col.2.verſ.præterea id quod &c.lib. 4.& idem atteſtatur Felin. in c. ſi clericus laycum. col.2. verſ.1.conclu.de foro compet.vbi etiã per Socy.& Aym. conſi.196.& ſi abundè.col.2.in fi.Afflic.dec.297.pluries. non tamen ſufficeret ad iſtud probandum iuramentum patris prout nec vnus teſtis,ſecundum Inn.in c. ſuper literis.de reſc.& Bal.in l.præſcriptione. col.9.verſ.4. quæro.C.ſi contra ius vel vtil.pu.

54 Poterit etiam in præmiſſis exemplum poni de cauſis eccleſiaſticis vel ſpiritualibus, aut ab eis dependentibus: vt puta ſi ageretur de crimine hæreſis, ſacrilegij, vſurarum,adulterij,ſimoniæ,periurij,vel de cauſa elect.poſtulationum,prouiſionum,dignitatum, officiorum, canonicatuũ,aut quarumuis rerum eccleſiaſticarũ,vel ad eccleſiam pertinentium,vt ſuper decimus,matrimonijs,cauſis natalium, & alijs quibus in cle. diſpendioſam. de iud. & per gl.in ſumma.11.q.1.& in cap.ex tenore.de for.compet.c.fin.in princ.iuncta gl.de iud.in 6. & per gl. in c.cùm ſit generale.de foro comp.c. vt inquiſitionis. §. prohibemus.de hæret.in 6.c.cum tu.de vſur.c.fin. de foro comp. in 6.c.Nouit.in fi. de iud.glo. in c.1. de offic.ord. & in c. quanto.dum loquitur.de iure patronat.tanquam iuri eccleſiaſtico annexo. de iud. & c.de iure, extrà de iurepatr. cum ſim.de quibus Spec.de comp.iudi.adde.col 1.

Et iudex qui cognouerit fuiſſe iudex ſęcularis & laycus,qui cauſas hmõi principaliter,neque incidenter(ſine Roma. Pontifices licentia) cognoſcere poteſt.c. decernimus.c.quanto. de iud.c. lator.c. cauſam quæ. qui fil. ſint legiti.c.tuam de ord. cognitio. gl.in verb. ſpirituali. in c. 5.iudex. de ſent. excom. in 6.auth. cauſa.& auth.ſtatuimus

mus.C.de epiſ.& cler.Anch. conſil.28. in q.col.1. prout de cauſis præmiſſis ponit Rom. in l. Titia. ff. ſolu. matr. Alex. ad Bart.in l.omni nouatione. de ſacroſ.eccle.11.q.1.per totam. Felin. in c 2. vbi ponit de cauſa periurij. de ſponſ.de quo vide Guid.Pap.q.178.de periurio, vbi dici cauſam mixtam.& idem Fel.in c.Cauſam.vbi loquitur de decimis.de præſcrip.& in c.cum ſit. vbi de cauſa vſurarum.de for.comp. cum ſim.

Quæ procedunt,ſiue quod quæſtiones huiuſmodi eccleſiaſticæ fuerint reales,ſiue perſonales:quoniam de his iudices ſæculares indiſtincte non ſe intromittent.c. ſi diligenti. de for. comp.c.ſæculares.eo.tit. in 6.tradunt Doctores in c.vno.de cleric.coniug.vbi Archi.lib.6. Doctores in c. qualiter & quando. de iud. & c. eccleſia ſanctæ Mariæ vbi Fel. col. 8. de conſtitu. & Bal. in c. cum vniſſent.de eo qui mitti.in poſſeſ. & Io. Fabr. in d. auth.ſtatuimus.Et latius per Nicol.Boer.in deci.parla.69.vbi aſſerit de iure ita communiter teneri ſed in Regnis Franciæ in realibus non obſeruari.

Siue ageretur petitorio,ſeu poſſeſſorio, puta pro conſequenda re Eccleſiaſtica,vel ſpiritualis.vt cle.vni.de cauſis poſ.& prop. quoniam etiam poſſeſſorium rei ſpiritualis non ſit ſpirituale:vt Bal.in l. ſi de proprietate.col.pen. verſicu.quæro nunquid C.ſi a non comp.iud.& per gl.in d.cle.diſpendioſam. cum alijs, de quibus in dec.1. Guid. Pap. tamen quæſtio huiuſmodi licet non ſit mere ſpiritualis, dicitur tamen quaſi ſpiritualis, & a ſpiritualibus dependens,idcirco fori eccleſiaſtici eſt, vt declarat Abb. in c.literas.de iur. cal. & Caſſa. dec.4.num.2. vt lit. pendent.Io.milis.in verb.ſpiritualis cauſa,ſæpius tenuit Rota vt per Gomez.ſuper reg.de anali.q.46.Eo maximè quod etiam ſimili cognitioni poſſeſſionis incidit(ſaltim ad colorandum) ſummaria cognitio petitorij & iuris agentis: ne detur vitioſus ingreſſus. vt c. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſio.lib.6 & not.in c.in literis. & c.tranſmiſſa. de reſtit. ſpol. quæ cognitio non cadit in iudicem laycum: vt declarat. Petrus de Ancha. poſt Bar.in d.cle. diſpendioſam

ſam.in 4.not.& Matt. de Afflict. deciſio.24. quidam clericus.in princi.Felin.poſt alios in cap. cæterum.in 1.col. de iudic.

Reliquos caſus in quibus poſt ſententiam iudex retineat poteſtatem immutandi, declarandi, interpretandi reuocandi, vel diffinitiuè ſeu interlocutoriè pronunciandi vltra doctores. in locis ſuprà adductis. vide Hoſtien. in ſumma. in tit. de ſent. §. quot ſunt eius ſpecies colum. 2. in fin. & in §. qualis in prin. & glo. in d. l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſ. Guiliel. de Cun. in l. quia arbiter. ff. de arb. vbi dicit quod recitata ſententia incontinenti deſinit eſſe iudex, præterquam in acceſſorijs, vt putà expenſarum, per l. Paulus. de iudic. cum pluribus adductis per Alexand. conſi. 90. ferè omnis. lib. 1. & conſi. 180. lib. tertio. Deci. conſi. 43. col. 2. numero 3. latiſſime ponit regulam, & Fallentias in huiuſmodi materia. Felin. in cap. qualiter & quando. el 1. extra de accuſat. colum. 4. vbi doctè & copiosè (eius more ſolito) differit. poſt Imol. Roman. Alex. & alios in l. quo iuſſit. ff. de re iudic. & in l. iudex, poſtea quam eodem titul. latè etiam ponit Vital. in tract. clauſ. ſuper clauſula, non errore ducti, in 6. ſed an iudex, & Anto. Capic. in dec. Neap. deciſ. 1. colum. 6. verſi. 3. videamus.

115 Poteſt etiam exemplum ponere, ſi iudex ſententiā tulliſſet inſtāria perempta, videlicet poſt terminum a l. cōi, ſiue ſtatuto, aut reſcripto ipſi ius dicenti, ac ſuæ iuriſdictionis præfixum. Nam tu ſcis ꝙ de iure communi, ne lites fiant immortales, generaliter ſtatutum eſſe quaſcunque cauſas, criminales videlicet intra biennium, & ciuiles intra triennium, a die litis conteſtatæ numerandos, terminari debere. l. properandum, in prin. C. de Iud. & tot. tit. vt infr. cer. temp. cri. q. terminē. & dicto termino decurſo, inſtantia dicitur perempta: & pereunt omnia in ſimul acta litis ordinaria, remanentibus deciſorijs, iuxta l. 2. cum

ibi

ſibi not.ff.iud.ſol.cum alijs,de quib.per Alex.concl.58.viſa.lib.2.& conſi.309.in cauſa poſt prin. lib.7.

Vnde termino huiuſmodi inſtantiæ effluxio, ſi fertur ſententia, ex ipſo iure nulla: aut communiter not.Doct. in d.l.properandum,in prin. & de communi opinione atteſtatur Iaſ.in §.rurſus.verſi.quid autem ſi reſtitutio fuerit conceſſ. Inſti. de actio. Idem atteſtatur Pau. de Caſt. conſi.174.videtur dicendum.col.5. verſi.vlt.in 1.parte.& Fel.in c.de cauſis,col.fi.verſi.concluſio ſit. vbi dicit iſtam concluſionem ibidem Doct.omnes tenere,de off.deleg.& ponit Alex.conſ.136.in cau.in prin.cum conſi.ſeq.in prin. lib.& conſi.166.in cauſa,in prin.lib.6.

Quod procedit etiam ſi inſtantia huiuſmodi foret per ſtatutum, vel etiam legem communem diminuta & abbreuiata:prout eſt in cauſa appellationis, pro qua expedienda datur annus, & ex cauſa biennium; vt in c.Rom. de appel.& in cle.ſicut, eod. tit.& auth.ei qui.C.de temp. appel. quo tempore fatali decurſo inſtantia huiuſmodi cauſæ perimitur: & ſententia ex poſt ſuper negotio principali lata,eſt ipſo iure nulla.clem.pen. de app.tenet Rot. dec.604.dic quod ſi appellatio in antiq.& Alex.conſi.64. viſo.lib.6.& conſi.59.colum.4.lib.4. & conſi 79. in princ. lib.7.de quo tamen videtur dubitaſſe Ægi.concl.207.auditor. ſed ipſe loquitur in diuerſis terminis.& quod ſententia in caſu noſtro, ſit nulla,ex defectu poteſtatis,videtur eſſe ex eo,quod inſtantia cenſetur cauſæ & iuriſdictioni præfixa:vt ſentit Bal.in d.l.properandum. in 2.col.Et propterea conſueuit adhiberi cautela, ne inſtantia effugiat:vt acta exhibeantur coram iudice aepellationi: & illis exhibitis idem iudex interpelletur pro expeditione:nã facta ſimili proteſtatione iudex quaſi negligens cõſtituitur, & in præiudicium partis tempus non currit: vt in authen.Item ſi.C.de temp.ap.& ponit Pau.de Caſt.conſ. 184.videtur. colum.fi.li.1.& Ale.conſi.64.viſo proceſſu. col.1.in 1.parte.& conſ.69 in cauſa.colum.fi.& conſ 200. viſo in fi.lib.7 dec. Neap.l.Iudices. col.3. & idem Alex. conſi.164 viſo proceſſu.colum.fi.lib.2. & clarius conſ.14.

viſo

viſo proceſſu col. 1. lib. 6. vel ſi currit, actor nihilominus erit reſtituendus aduerſus lapſum huiuſmodi: vt communiter tenent Doctores ſecundum Abb. in cap. venerabilis col. 4. in prin. de iud. quem etiam ad hoc retulit & ſequutus eſt Alex. conſi. 42. in cauſa, colum. 3. verſi. & an reſcriptum lib. 3. & vide eundem conſilio 72. videtur. in princ. eodem lib. & Dec. conſi. 677. viſis. & melius. conſi. 356. in cauſa. & Bal. in l. fi. §. illud. C. de temp. app. quod procedit (vt dixi) in cauſa appellationis, non autem in prima inſtantia in qua tempus indiſtinctè currit: vt declarat Millis in verb. inſtantia cauſæ. & deciſ. Neap. vt per Cap. dec. 11. col. fi. vbi vide. Item ſecus foret, parte de ſua diligentia non proteſtante neque inſtanter iudicem p o expeditione interpellante: quia tunc iudex non præſumeretur in aliqua negligentia & tempus curriſſet: vt probatur in l. ſi quando ibi per eum ſteterit &c. C. de teſtibus & in l. quibus diebus in prin. ff. de cond. & demon. ponit Bar. in l. damni. §. Sabini, de dãno infe. & in d. l. properandum. §. ſin autem vtraque, poſt gl. in verſi. prope. & & in c. cupientes: in §. quod ſi. & ibi Imol. de elec. in 6. & Fel. in c. licet cauſam. colum. 15. verſi. Item non ſufficeret. de proba. & faciunt ea quæ ponit Alex. conſi. 19. viſo. col. 2. l. 1. & melius in conſi. 114. viſa. col. 2. lib. 5. an autem ſufficiat vnica interpellatio pro cauſæ expeditione, vel potius requiratur trina, ponit Paris. in tract. ſyn. in verſi. inſtantia. verſi. dicit conſtitutio, in fi. vbi concludit quod ſufficit vna interpellatio, quando non reſtat aliud quam pronunciare: ſecus ſi adhuc cauſa non eſſet inſtructa, neque in calculo ferendæ ſententiæ: quia tunc non videretur ſtare per iudicem, vt ibi per eum. & Felin. in c. ex literis col. 6. verſi. fallit. 7. de conſt. & Panor. in c. ex parte. in v:t no. & ibi Dec. de ap. & Tho. gran. §. 54. in Chriſti. num. 8. vbi de trina interpellatione ponunt eum ſi.

Et quoniam inſtãtia huiuſmodi a iure communi præfixa, hodie communiter per ſtatuta terrarum, ac conſtitutiones locales alteratur: ad cognoſcendum nunquid ſententia dictis terminis, & inſtantijs affluxis lata ſit nul-

la, erit diligenter ad verba huiuſmodi cōſtitutionum, ſeu ſtatutorum, aut reſcriptorum conſiderandum.

118 In primis namque ſi fuerit iudex delegatus, ſiue iudici dirigantur verba, ſiue iuriſdictioni, cauſæ, vel partibus, quandocunque (tranſacto termino, intra quem cauſa decidenda fuerat) ſententiam proferat, erit indiſtinctè ipſo iure nulla: cum mandatum iuriſdictionale per lapſum tēporis expirauerit: vt l.1.§.ſi iudex.ff.de iud.c.in cau. de offi. dele. & loquens de arbitris, eſt tex.in d.l.1. C.de arb.& l.non diſtinguemus.§.2.& l.ſi cum dies.ff.eo.ti.niſi terminus & inſtantia aliter per partes prorogata fuerit: nam poſſunt illam vſque ad terminos inſtantiæ iuris communis prorogare, nō vltra, vt d.c.in cau.& tenēt doct.in d.l. properādum. vbi alios laſ.ſuper quinto notabili declarat.

119 Si vero fuerit iudex ordinarius, puta magiſtratus mūnicipalis tunc ſi tempus præfigitur cauſæ & inſtantiæ, prout eſt quando ſtatuitur, quod quælibet cauſa intra cētum tempus expediri debeat: vel quod aliquod (puta triginta) dies inſtantia cauſæ perempta cenſeatur: vt ſit in d.l.properandum.& in rubr.vt intra cert.temp.&c.

120 Et in dubio hoc ſemper præſumere debemus: videlicet quod tempus cauſæ & inſtantię præfixum intelligitur, ad effectum vti mortalitati litium obuietur: vt declarat Bal.in d.l.ſi.C.vt intra cert.temp.& l.obſeruare.§ proficiſci.3.q.ff.de proconſ.& l.ſeq. Ror.dec.9. nu.4. de app.per Caſſad.& pro concluſione ponit Feli.in c.venerabilis.col. 6.verſ.ſecunda concluſio.de iud.

Iſto igitur caſu ſi decurſa inſtantia.ſnīa lata fuerit, erit ipſo iure nulla.& ita loquitur Bal. in d.l.properandum.in prin.col.2.verſ.4. vbi dicit. qđ hæc opinio communiter approbatur: & eſt in frequenti vſu: his etiam terminis loq̄tur Paul.de Caſt.d.conſ.184.colum.2.vbi dicit quod hęc fuit opi. Richar. Malum quæ eſt verior & communior, in prima parte; & eam tenet Alex. conſi.82. viſo proceſſu, in prin.lib.3.& Ro.ſing.738.poſt lapſum.& dec.Neap. 283.diu.colum.2.& Abb.poſt alios. in c.penul.col.pen.in verb.de iure.de iud. vbi etiam dicit illud dictum eſſe com

munius,

munis,& idem atteſtatur d.Socy.ibi.in 15.art. principali, ad quem in materia inſtantiæ ſemper recurras: quia ponit & illam examinat ibi per articulos 32.principales. & melius quam alibi.

Idem foret etiam ſi verba dirigerentur iudici & iuriſdictioni,ſeu officio eius ſimul,vt pura ſtatuendo quod iudex deberet intra certum terminum cauſam expedire: & termino hmôi decurſo,nequiret ſe vlterius intromittere.Aut ꝙ ſuper debito cognoſcere non poſſit,niſi vſq; ad annos decem,& alias iuxta terminos quæſtionis poſitæ per Bart.in l.omnes populi.in 2.q.prin.de iuſt. & iur. & Alex.conſi.138.Lancello.col.2.lib.3. his nanque caſibus tempus conſtitutum diligẽter obſeruare conuenit: vt inquit tex.in l.ſcire oportet.§.multum. & §.conſequens. vbi hoc not.doc.ff. de excuſ.tut. quia termino hmôi elapſo expirat eius poteſtas. arg. d.l. 2. §. ſi iudex. de iud. & c.in cauſis.& tenet Bal. in aut.clericus col.2. verſic.ſed iuxta hoc quæritur.de Epiſc.& cle.cũ alijs ad hoc congeſtis per Ale.conſ.137 in cauſa poſt prin. lib.2.& facit etiã id quod ponit conſ.84.conſideratis.col.fi.in fi.lib.4.

Si aũt verba ſolum iudici dirigentur, foret aduertendũ quibus verbis ſtatuẽtes vſi fuerint: Nam ſi dixiſſent ꝙ iudex nõ poſſit certo termino decurſo,aliquid facere,idẽ dicendum videretur ex quo per illud verbũ nõ poſſit, ne
121 gatiue poſitũ,tollitur oĩs potẽtia,ſecundum gl.ord.in c. 1.in verb.non pôt.extra de reg.iu.& de quo per doctores in l.Gallus,in prin.de libe.& poſthum. vbi Iaſ.dicit gl.illam communiter. approbari. & in l.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verb.ob.& gl.illam vocat ordinariam Panor. in c. ſi quis contra de foro com.& alias dixi. & in præmiſſis vi de Anch.conſ.171.de titulis,col.fi.& Corn.conſ.126.multum col.2.vbi dicit negatio propoſita verbo potes.reddit actum nullum ipſo ipſo iure. lib.1.

122 Sed ſi ſimpliciter ſtatuentes dixiſſent,iudex non faciat, nõ ſe intromittat,nõ cognoſcat,vel per ſimilia verba ſimpliciter prohibitoria:ſi ſtatuẽtes ipſi vlterius nõ proceſſiſſet,idem putarẽ, videlicet ſentẽtiã cõtra,huiuſmodi prohibi-

hibitionem latam, ipſo iure nullam, ſtet regul. l. non dubium. C. de leg. & l. Iubemus. §. ſanè. el 1. de ſacroſ. eccl. & c. quæ contra ius. de reg. iur. cap. imperiali. 25. q. 3. eſt gl. in verſi. inhibentes. in cle. 1. de iure patr. quam reputat ſingularem Panor. in c. ex parte. in fi. de conſti. & hoc medio arguendi vtitur Alexan. conſi. 77. viſis dubitationibus, in princ. lib. 3. & conſil. 81. Ponderatis. num. 4 libro 2. & Dec. conſi. 84. in princ. lib. 1. & conſilio 494. col. pen. & fin. & 599. col. 2. & 502. in prin. etiam in iſtis terminis loquitur Pau. de Caſt. conſi. 184. col. 1. verſic 5. & vlt. lib. 1. & Anch. conſi. 271. de tit. col. fi. verſi. conſtat enim nam ꝙ ſimilis iudex talia faceret, nõ fuit ſibi data, imò expreſſe prohibita omnis poteſtas: ideo ex defectu poteſtatis ſententia ſua corruet, etiam ꝙ partes conſentiret: quia ꝙ perempta inſtantia, non ſit perempta, partes, & iudex facere non poſſunt: vt in terminis inquit Alex. conſ. 802. viſo proceſſu in prin. lib. 3. Sed ſi verba iudici directa eſſent inſtructoria, & quaſi officij ſui excitatoria, vt puta Iudex expediat, ſiue quando fuiſſent prohibitoria & ſtatuentes (vlterius procedendo) pœnam ipſi iudici contra facienti adieciſſent, ſententia tunc, ſeu actus, in contrarium facti, valerent, etiam dictis ſtatutis ſeu terminis diſcurſus: licet iudex pœnam incurrere: vt inquit Paul. de Caſt. in d. conſil 184. in 2. colum. in princ. vbi aſſerit iſtam eſſe communem opi. legiſta. in d. l. properandum. & ponit Alex. conſi. 72. col. fi. ver. 2. reſpõdeo. lib. 6. & conſi. 14. in fi. eo. lib. & conſi. 24. inſpecto. col. 1. lib. 4. & Dec. conſil. 500. iuridicam. col. 2. verſ. non obſtant. lib. 4. & vide Paridem in tract. Sind. in verſi. inſtantia, cum ſeq. verſicu. vbi plura, quamuis confusè, & inordinate, ſuo more ſolito, poſuit, tenet omnes Doct. in d. c. de cauſis. prout aſſerit ibi Fel. col. 4. verſ. limita primò. de offi. deleg.

124 Actus namque contra legem pœnalem factus non eſt nullus, ſecundũ Bal. in l. ait prætor. §. 1. ff. de dam. infect. ponit Abb. & Feli. poſt alios colum. 5. in verb. limita 2. in c. venerabilis. de iud. & in d. c. in cauſis, de offic. deleg. Et tenet Abb. in c. veritatis. colum. 11. in verbo. non obſtante

extra

extra de dolo & cont.& gl.in c.1. in verb. cauſam in fin. de ſent.excom. in 6. Aduertas tamen quia d. Socy. in d. c 1.art.12.principali diſputando materiam aſſerit ꝙ communis opinio ſimpliciter tenet, ꝙ per lapſum temporis ſtatuti ipſi iudici, non poterat inſtantia: & per conſequẽs ꝙ acta ex poſt (dummodo ſit intra tempus inſtantiæ iuris communis per ipſum facta, indiſtinctè valeant. Sed ego intelligo communem opinionem vt ſupra.

Si autem terminis præfigeretur partibus litigantibus, vel illorum actioni & iudex extra illum terminum pronunciaret, ſententia non conſueuit eſſe nulla: prout præmiſſa diſtinguendo videtur tenere Barto.in d.l.properandum.poſt Iaco.But.& Oldr. quem doctrinam Iaſ.ibi aſſerit, quam cæteri omnes ſequuntur: prout illam ſequuntur etiam Canoniſtæ in d.c.pen.vbi Abb. colum.6.in d.c. in cauſis de off.deleg.& ad iſtud dictum vltimũ vide Parid.in loco de quo ſupra.vbi dicit quod ſtãte ſtatuto, ꝙ ſi quis intra terminum octo dierum non dederit petitionẽ, vlterius non audiatur, ſi iudex conſtito ſibi de lapſu 8. dierũ proceſſerit, proceſſus eſt nullus: ſecus ſi ignorauerit lapſum temporis: quia tunc proceſſus eſt validus: & propterea quod iſtud tenet in actis opponi & allegat Bar. in l.abſente.de cenſ.quæ lex non reperitur in lib.meo.& in l.1 §.accuſationem.verſic.circa legem iſtã.ff.ad Turpil. & Bald.in l.non dubium.in fi.de leg. & l.1.ff. de in ius voc. & Rom.conſ.15.cum alijs, de quibus ibi.

125 Et quandocunque peremptа fuerit inſtantia, iudex etiam parte non opponente debet in cauſa ſuperſedere: vt docet Alexan.in conſilio 9.vertitur lis.in prin.lib.5.per not. in l.1.C. vt quæ deſunt aduo.

126 Inſuper aduertas quia inſtantia legis properandum, de iure Cano. non procedit: vt inquit Hoſt. in ſumma de iud.§.quæ ſunt.col.4. ideò cauſa in prima inſtãtia quãdocunque, abſq; aliqua termini præfixione, cognoſci poterit, per tex. in d.c. pe. vbi d. Abb. in 2.col.in verb.prima eſt, per illum tex. Aſſerit a Doctor.moder.cõiter ita teneri & ſeq. Rot.411. ſi lite pendente. in no. quæ dicit litem

tem non finiri per ſentẽ iam, ſecundum Rot.de quo ponit d.Gome.ſuper reg.de annal. q.44.& Caſſa.dec.5.num.4. vt lit.pen.& verè communis eſt opinio, de qua atteſtatur Fel.in d.c.in cauſis. in prin.de off.dele. & Iaſ.in d.l. Properandum. in prin.col.pe.in fi. An autem eadem lex procedat in cauſis ſummarijs & executis, in quibus non conteſtatur lis vide Alex.in conſ.50.viſis colum.2.& 3.lib.2. & conſi.131.c. in cauſa, in fi.lib.6.

117 Intellige inſuper ꝙ perempta inſtantia iudex non poſſit iudicare, videlicet in negotio principali condemnando, vel abſoluendo: ſed bene inſtantiam peremptam, vel ſe non iudicem, ſeu reum cõnuẽtũ ab obſeruatione iudicij abſoluendum, ꝙ actorem in expenſis fore condemnãdum declarare poterit: per l.fi.C. ſi intra cert.temp.l.ſi præſes quaſi deſertam. & ibi gl.C.quom. & quan. Inn.in c.fi.de iureiuran. Alex.in conſ.137.in prin.& 136.in prin. lib.2.& conſilio 39.vertitur lis. in princ.lib.5.Rom.ſing. 788.Dec.conſil.34.in fin.lib.1. & tenet Rot.dec.98.licet. in nou. abſque alia deſuper ſpeciali commiſſione, etiam ꝙ foret iudex delegatus; cum hoc ſit quoddam incidentes in cauſa, vt tenet.Rot.dec.153.auditor.in no.& 692. qualiter.in antiq. & Ægid.conclu.22.& conclu.28.iudex licet ex ſtylo palatij inter dominos conſueuerit etiam ſuper hoc requiri ſpecialis commiſſio, ex quo ipſi ſtrictiorem quàm alij delegati habẽt iuriſdictionem: vt per Ro. 599.licet iudex & 818.ſciendum eſt, in antiq. Nota etiã ꝙ tempus inſtantię huiuſmodi ſiue de iure communi ſit, ſiue ex forma ſtatutorum, licet à iudice, ſeu partibus poſſit ſuſpendi, prorogari tamen non poteſt: vt tenent Doctores in d.l.properandum.& ponit Alex. conſilio 24.inſpecto.col.2.in fi.lib.4.vbi latè ponit.& conſilio 64.circa. col.2.eo.lib. & Pariſ. de put.in tract. de ſynd.in §.reſtat vnum aliud. in prin. vbi hoc dicit procedere etiam ꝙ talis prorogatio eſſet facta cum iuramento partium: quia iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem. Talis igitur prorogatio ſolummodo per principem fieri poteſt qui inſuflat ſpiritum vitæ, & illam quaſi Deus terre-

terreſtris viuificat, vt dicit Ang. in l. 2. C. de temp. ap. quẽ retulit & ſecuta eſt deciſ. Neap. vt per Cap. deciſ. 165. in cauſa domini. & in curia quotidie experimur. Id etiam tenent Canoniſtæ in c. ex ratione vbi Abb. col. 3. in prin. & Fel. col. 1. ver. 2. dum firmat Abb. extra de app. & Alexan. conſ. 137. in cau. col. 2. lib. 2. Et in præmiſſis vide Boer. in hac materia, vtiliter loquentem deci. 248. col. 6. cum ſeq. vbi inter alia ponit nunquid reparatio inſtantiæ fiat ipſo iure, vel ope reſtitutionis, & quando inſtantia huiuſmodi perempta a principe reparari debeat: & tunc quis teneatur ad expenſas retardati proceſſus, ibi vide.

128 Vel pone exemplũ de iuriſdictione ratione tp's limitata: ſi iudex tempore, quo iuriſdictio & poteſtas ipſius erat à iure, vel ab homine ſuſpenſa, ſententiam tuliſſet: nam geſta per iudicem ſuſpenſam iuriſdictionem habentem, ſunt ipſo iure nulla, per tex. in c. quia diuerſitatẽ. de conceſ. præb. eſt gl. in c. pręſenti in verb. ad cautelam. de ſenten. excom. in 6. & hoc probat Ægi. concl. 623. proceſſus. Et tenet Rot. deci. 560. iudici delegato. in antiq.

129 Ratione aũt temporis ſuſpenditur iuriſdictio: & exercitiũ illius impeditur puta ob ſuperuenienciam feriarum: ſiue feriæ fuerint indictæ in honorẽ Dei, & ſanctorum: de quibus in l. oẽs. & l. fi. C. de ferijs. & c. fi. eo. ti. ſiue repentinæ. i. ob res publicas proſpere geſtas, aut aliã publicã gratulationẽ, ab ipſo principe indictæ, vt in l. a nullo. C. eo. l. ſed & ſi §. ſi fortè. ff. ex quib. cau. maio. quæ feriæ repentinæ primis adæquantur: cum ius publicum & diuinũ pari

130 paſſu ambulent: ideo ſicuti ferijs in honorem Dei indictis, partes tacitè expreſſe renunciare poſſunt; ita nec repentinis, vt voluit Spec. in ti. de fer. §. fi. in prin. poſt glo. in verb. ob neceſſitatem in fi. in cle. ſæpe. de verb. ſign. tenent Alb. Bal. Ang. Pau. & Iaſ. in l. 1. in prin. ff. de ferijs. & idem Bal. in l. ſi feriatis. ff. eo. & Alexand. in l. 1. §. nunciat. col. 8 de nou. oper. nunciat.

Licet ſecus ſit in ferijs a lege, vel ſtatuto ad vtilitatem hoium indictis prout ſunt ferię meſſium, & vindemiarũ: quia illis tacitè & expreſſe renunciari põt, vt patet i. l. in

ff.eo.& ponit vtrunque Alexan.conſ.36. viſo.col.3.lib.2. Cum igitur tempore iſto feriarũ, exercitium iuriſdictionis ſit ſuſpenſum & iudicis officium conquieſcat: vt ponit Ancha. conſ. 201. prætermittendum, col.2. circa medium, quicquid in cauſis nõ exẽptis factũ fuerit, ex defectu ſuæ poteſtatis non valebit, vt eſt Dec.Bal.in l.cum antea, col. pe.ver.vlterius ſciendum eſt.C.de arb.& idem ſentit in d. l.ſi ferialis & gl.in d.l.1. in prin.ſuper verbo infirmabitur vbi Alex.& alij.ff.eo.& in d.c.fi.& illud dictum Bal.declarat Feli. in c.ſignificaſti.col.3.ver.tene menti.de fo.comp.

131 Et non modo ſententia ferri, quinimò nec illius executio tẽpore in honorẽ Dei feriato, fieri poterit, ſecundum communem doctorũ ſententiam: de qua atteſtatur Alex. conſ.53.quæritur.col.2.li.5. prout tenet conſulendo Sig. de Homod.conſ.54 cum quæritur. vbi vide.

Licet ſecus in ferijs ad vtilitatem hominum indictis, vt ibi, & in c.fi.vbi glo.fi.extra de iud.& latius per eundẽ, Alex.conſ.130.in cau.col.1.& 2.lib.4. cum ſimi.de quibus ponit Gui.Pap.215.an executio. vbi vide.

133 Siue (exemplum ponas) quod ſententia fuiſſet lata tẽpore noctis, qñ iudicium debet cõquieſcere: cum in tenebris exercendum non ſit c.conſuluit.de offic.deleg. Nam magiſtratibus temporibus veſpertinis in publicum eſſe, non conuenit. l.2. §.deinde cum eſſet. ff.de orig. iur. Sed cauſas audientes matutino, mox meridie.& demũ veſpere.i.ante noctẽ, ſedere debent.§.ſedebunt.in auth.de iudi. Igitur ſententia de nocte, quaſi extra tẽpus a lege ſtatutũ & quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur lata, non valebit, ſm cõmunem ſcribentium authoritatem, prout tenuit gl.Bar.Bal.Ang.Pau.Alex.& Iaſ.qui dicit hanc eſſe opinionẽ communem in l.non minorem. C.de tranſactio. & in l.more.vbi glo.& alij.ff.de fer.& Ang.in §.omnes. vbi gl.magna. in verb.tribui.in fi.inſti.de verb.oblig.qui etiam aſſerit opinionẽ Bar. ſuperius relatam ſeruandam: & quòd recedens ab ipſa litem ſuam faceret. & ita conſuluit Sig. de Hom. conſil. 52. quæritur an ſententia vbi etiam de communi atteſtatur.

Con-

Contrariã tamen ſnĩam tenuit Hoſt. in ſumma de ind. §.qualiter. vbi dicit opinionem, de qua ſupra, non eſſe ab vſu receptam, maximè in Rom.cu.in qua ipſe contrarium obſeruari ſæpius expertus fuit:q̃a ꝙ ſnĩa de nocte non ſeratur, ex honeſtate quadã potius, qui neceſſitate inductũ fuit:& ꝑpea ſententia lata ipſo iure tenebit.Cuius opinio procederet tacito,vel expreſſo partium cõſenſu accedẽte: ſiue quando iudex negotiorum multitudine impeditus, de die pronunciare nõ potuiſſet:aut quãdo talis in loco vigeret conſuetudo,prout declarant Doct.in d.c.conſuluit. vbi per Felin. de offic. deleg. & Io.And. in Spec.de ſent. §.iuſta, col.4.in ver.de nocte. & Iaſ.in d.l. non minorem. & not. quia nox dicitur quando ſunt tenebræ ſuper terram, adeò quod homo de facili non cognoſcitur c.per fodiens.extra de homici quem tex. ad hoc allegat Ang.in l. 1.C.de cuſt.reo.declarat Bal.in d.l. more. in princ. refert Dec.conſ.354.in caſu. in fin.lib.3.

133 Vel ꝙ ſententia fuiſſet lata tempore, quo ob aliquod impedimentum, quod iudici ſuperueniſſet, iuriſdictio, vel ſaltim illius exercitium,fuiſſet ſuſpenſum.vt lite pendente efficeretur mente captus, aut mutus, ſurdus, vel quauis alia iudicij, & intellectus infirmitate corriperetur nã tunc licet non perdatur,ſuſpẽditur tamẽ iuriſdictio: & iudicium diffunditur in tempus habile:vt l.iudex & l.cum furioſus.ff.de iud.l.qui furere. cum ibi not.ff. de ſtat.ho.l. nec mandati.§. præt.§ de tut. dat. ab his. & l.2.§.ſi quis. ff. ſi quis cautio. quia carens ſenſu intellectus à natura ipſa impeditur eſſe iudex.l. cum præt.ff. de iud.c.2.3. q.7. ponit Abb.in proœ.Decret.ver.ſecũdò collige. Quoniã iudicare eſt æquum ab iniquo ſeparare : vt l. 1. ff. de iuſt. & iur.quod nõ facere poterit iudicio carens:Idcirco iudicã-

134 tem conuenit eſſe rationis capacem.i. primo habere organa diſpoſita ad audiendum: quia per illum ſenſum obiectus primò potentijs intellectus repreſentatur.

Secũdo eſſe debet diſpoſitus ad cognoſcendum,& intelligẽdũ obiectũ repræſentatũ.Tertiò ad reminiſcendum,& operationem intellectus enunciãdũ:propterea cũ ſurdus,

mente captus, mutus, careat iſtis potentijs, officio iudicis recte iudicantis fungi non poterit: cum non intelligat id, de quo quæritur, neq; enuntiare poſſit: licet ſi reliquis po tentijs, aut ſenſibus, vt vſus, olfactus, guſtus, tactus, & c. careret. cũ iſti nõ tantũ participent de natura obiectus iudicij, ac rationis & iuſtitiæ cognoſcendæ: ſed ſine illis (mediante ſenſu auditus, & oculis intellectus) cognoſci poſſint, iudex forſan eſſe poterit: vt de caco dici tex. in l. 1. §. quamuis. ff. de poſtula & l. Cæcus. ff. de iudi. & gl. 1. in c. fi. de re iud. in 6. quãuis gl. in proęmio Dec. requirat quod omnes quinq; ſenſus corporis integri eſſe debeant in iudi ce, vt idoneus dici poſſit: de quo ibi loquitur Pan. & alij, quã intelligi poſſunt de iudice omni exceptione maiore.

135 Idcirco ſi impedimentũ, quod iudici ſuperuenit, & pro pter quod ſit inhabilis effectus, eſt longius duraturũ, alius illi iudex ſurrogandus eſt: vt d. l. iudex. in fin. & l. ſi lõgius. in prin. ff. de iud. l. fi. §. fi. quid. ff. de vacatio. mu. l. placuit. C. de pædan. iud. l. ſi quos. C. de officio præfecti oriental. c. quamuis. & tota illa quæſt. 7. quæſtio. 1.

136 Et in caſu iſto, cum impedimentum proueniat ab ipſo iudice, nouerit a parte proteſtatio aliqua fienda, nec fides ſuper hoc exhibẽda, cum facti proprij nõ poſſit ignorãtiæ aliqua prętendi. l. quicquã & ibi gl. ff. de ſenatuſc. Velley. & l. falſum. & ibi gl. de acquir. hære. c. de excõicato, extra de reſcrip. ita conclu. Franc. in c. ex ratione. in 6. colum. de appella. poſt Bald. & Alexan. in l. properandum §. ſin autẽ vtraque. C. de iud. Refert & ſequitur Afflict. deciſ. 50. col. 3. in fi. & deciſ. 29. 1. col. & pro quo facit id quod egre gie ponit Deci. in conſi. 356. in cauſa dominæ Marię. in 3. parte. & Roman. conſil. 87. pater. nu. 2.

Facit etiã pro præmiſſis id, quod ponunt Doct. videlicet: Inno. Anto. Imol. Dominic. Abb. & Felin. poſt eos in c. ſuſcitatus. 3. col. de reſcr. vbi Abb. 4. col. verſicu. quoad primum. dicit iſta fore cõia: videlicet ꝙ inhabilitas iudicis, vel etiam partium cauſata iure naturæ, vt furioſus, ſurdus, mutus, infans, & ſimiles, etiam nemine opponente, proceſſum reddat ipſo iure nullum. Idem tenet Bald.

in l.ſi procurator.in 4.col.ver.redet. ff.de procurat. quem ſequitur Felin. in c.ad probandum . in princ.de re iudic. dum voluit quod iudex inhabilis ex proprio defectu,faciat proceſſum nullum:vt ibi per eos.

137 Idem foret, ſi perſona eiuſdem iudicis etiam Iure poſitiuo,ad iudicandum efficeretur incapax:puta quod à ſuperiore ſententia excommunicationis fuiſſet innodatus: & de hoc conſtaret: nam tunc iuriſdictio & poteſtas eius ſuſpenditur:& iudicium in tempus abſolutionis, & habilitatis confertur:vt voluit glo.in verb.infamem:in d.c.ſuſcitatus.& in c.propoſuit.in verb.tempore . de cleri.excom. miniſt.&,facit tex.in c.is cui.de offic.dele.in 6.tenet Inno. in c.Cum ſuper abbatia.col.3.in fi.de offi.deleg. dum loquens de iudice ordinario, aſſerit contra illum poſſe opponi quod eſt excommunicatus, vel perpetuo ab officio amotus: quem ſequitur Lanfran. in c.quoniam contra.§. interlocutoriæ.in prin.de probat.

Et ſi talis iudex tempore excommunicationis ſententiam ferret,eſſet nulla.c.excommunicamus.§.credẽtes. de hære.& cap.aduerſus.§.quia vero. & ibi glo.in verb.valituræ.de immu.eccle. & d.c.ad probandum . de re iudi.& tenet Spec.in tit.de iud.dele.§.ſequitur . col. 3.verſic.tertius vero.& in § excipi poteſt . col.9. verſi.ſed quæritur. eod.tit.& facit quod ponit Bar. in l.quidam conſulebant de re iud. & in l.omnes populi . in 7.q.1. quæſtio. principalis.de iuſt.& iu.

138 Vel pone exemplum quod ſententia lata fuiſſet per minorem magiſtratum tẽpore, quo aderat ibidem maior iudex & magiſtratus; quia vbi maior minor ceſſare debet.l.ſi debitori.in fi.ff.de fideiuſſoribus. Igitur iuriſdictio & poteſtas iudicis minoris, ob præſentiam ſuperioris ſui, videtur ſuſpenſa,& impedita: vt ſentit gl. in c.dcnique.in verb.maior 21.diſt.in c.antiqua.§.dominico.in verſ.niſi in vrbe de priuil.& c.nolentes,p illũ tex.de offic.leg.hoc tenet Spec.in ti.de leg.§.ſupereſt.col.pe.ver.illud etiam no. Qđ intellige in delegante & delegato, vel quãdo aſſoret iudex,ꝗ ſupér eo,ſuper quo iudex inferior ꝑcedere vole-

bat a maiore iudice iuriſdictionem haberet: vel in duobus iudicibus ad idem officium deputatis qñ vnus eſt maior altero: vt in ſimplici legato. & legato de latere, iuxta terminos d.c.nolentes, alias iudex ordinarius a nemine depēdens: præſente alio etiam maiore magiſtratu ad exercendũ ſuã iuriſdictionem & contentioſam, non cenſetur impeditus: adhibita tamẽ reuerentia in omnibus, ne videatur maiorem dignitatẽ contemnere: vt probari videtur in l.nihil.vbi glo fin.C.de palat.ſacr. larg.lib.12. & in auth. de defenſoribus.§ nulla.& l.in hoc vbi gl.C.de dona.ponit Bar.in l 4. §.ſi quis vicinum per illum tex. ff.de dam. inf ita decidunt Hoſt.& Abb. in col.fi.in d.c.nolentes. & Archi.in d.c.denique. & facit tex.in c.pen.95. diſt. tenet gl.in verb.non poteſt.in c.2.extra de offic.leg. cum ſimi.

139 Idem foret, ſi ſententia ferretur postquam iuriſdictio iudicantis per aliquod factum ipſorum litigatorum fuiſſet quouiſmodo ſuſpenſa: vt puta quod lite pendente, per aliquam ex partibus petitorium intentatum ſuſpenſum fuiſſet, & poteſtatum in ſolo poſſeſſorio procedi debere, iuxta text.in c.Paſtoralis.de cauſ.poſſeſ. & propriè.& cle. vnic.eo.tit.

Nam ſi iudex poſt ſimilem ſuſpenſionem, ſuper petitorio ſententiam dixerit, ex defectu poteſtatis erit ipſo iure nulla, arg.l.ſi de proprietate. C.ſi a non compe. iudic. & tenet Ægid.concl.98.Sententia, niſi per aliquod ſpeciale reſcriptum aliqua ex partibus ſibi prouidiſſet: vt declarat idem Ægid. concl. 557.& 559. & facit deciſ. Rom.327. fuit dubitatum.in fi.in no.

140 Vel ſi iudex pronunciaſſet, poſtquam & vnus litigatorum, legitimè, & formiter, ipſum iudicem recuſaſſet.i.in ſcriptis, & cauſa legitima propoſita, ac & arbitris electis: nam de iure canonico (quicquid ſit de ciuili iure) tam ordinarius quam delegatus iudices, vt ſuſpecti recuſari poſſunt c ſi quis contra clericum. de fo.compe.cum ſpeciali. c.ad hæc.el 3.de appella. c.legitima. eod. titu.in 6.c.cum te.de offic. deleg. & ponit Hoſtien. in ſumma de recuſat. §.1.Et eo ipſo quod probabilis cauſa ſuſpitionis aduerſus

iudicem legitime proponitur, eius iuriſdictio ita ſuſpenditur vt ſi vlterius proceſſerit, talis proceſſus ex defectu poteſtatis ſuæ, etiã citra appellationis remedium, erit nullus, ſm communem ſcribentium opinionem, per tex.in c. ſuſpitionis.in princ.& c.paſtoralis.§.præterea.in fin.c.iudex.de offi.deleg.c.iudex.eo.ti.in 6.l.1.C.ſi qua prædedit poteſta.& tenet Hoſt.in ſumma.de recuſa. §.ſi. & Specu. eo.ti.§ qualiter autem poſt prin.eandem tenet glo.in cap. quod ſuſpecti.3.q.5.in verb.Canonice.& gl.in cap.quoties epiſcopi.2.quæſt.6.& idem Hoſtien. & Panor. in d.c. cum ſit ſpeciale. Iſtam partem contra Innoc. & alios per eum relatos.tenet Barto. in conſ.105. inquiritur. & in l. quia poterat.ff.ad ſenat.Trebel.vbi latiſſime per Alexan. qui dicit iſtam ſibi videri veriorem,& in l.ſolet. ff.de iuriſ.omn.iud.& latius in conſi.89.diligenter.volum.1.hanc etiam tenet Imo.in l.quidem cõſulebat.de re iud.& Lap. alleg.prima in princ.Ancha. & Dominicus in c.iudex de offic.deleg.in 6. & Salicet. in l.apertiſſimi. vbi hoc idem videtur ſentire glo. in verb. executore. & ibi Ang. aſſerit hoc maximè procedere, quoniam arbitri iam ſunt electi: quia ex quo cognitio tunc eſt tranſlata in ipſos, Doct. cõmuniter tenent qđ proceſſus iudici recuſati non valeat. C.de iud.hoc idem atteſtatur & dicit hanc opinionem veriorem Dec.in conſ.175 colum.1. lib.quamuis Innoc. voluerit quòd vltra recuſationẽ, ſi iudex procedat, pars debeat appellare:alias proceſſus non ſit nullus, vt per eum in d.c.Cùm ſit ſpeciale.cuius opinionem aliqui ex ſcribentibus ſequuti ſunt: quos refert Alexand.in conſil.67.viſo themate.lib.6.& Rom.conſ.120.circa col.2.

141 Idem foret ſi ab eodem iudice fuiſſet legitime appellatum,& appellatione hmõi pẽdente proceſſiſſet: Nam totum id reuocari deberet, per regulã ꝗ appellatione pendente nihil ſit innouandũ, vt in rubro & nigro, nil nouari appellatione interpoſita. l.appellationem. C.de appell.c. non ſolum.eo.ti.in 6.c.per tuas. & c.licet de ſent.excom. eodẽ lib. etiam quòd fuiſſet appellatum ab aliquo legitimo grauamine ante diffinitiuam ſententiam:nam per hu-

iuſmodi appellationem, illius iuriſdictio fuit ſuſpenſa, & & tota cauſa in cognitionem ſuperioris iudicis transfuſa. c.vt debitus.c.Romana.c.Paſtoralis. & ibi Bar.in verb.ad tempus.c.cum ceſſante.& c.interpoſita.de app.c.ſi a iudice.eo.ti.in 6.ponit Rot.deci.163.no.quod vbi in antiqui. & 389. ſi appelletur. in no.

Quãuis inhibitio aliqua non fuiſſet ſubſecuta, quia geſta poſt appellationem conſtito de veritate cauſæ ipſius, deberent per viam nullitatis reuocari tanq̃ facta a iuriſdictione ſuſpenſa, vt tenet Ægid.conclu.623. proceſſus,& 133.ſi poſt & deci.2.addi.in not.dummodo appellatio nō fuerit manifeſte friuola, quia tunc etia inhibitione ſubſecuta,tanqua nō Canonica,proceſſus ex poſt agitatus va-
142 leret c.peruenit cum c.ſeq. de app. c.cũ appellationib. eo.tit.lib.6.tenet Rot.deci.412.Si appelletur.in no.& declarat Franc.in c.non ſolum col.pen. de app.& c.Conſuluit.el 2. eo.ti.vel niſi appellatio fuiſſet ipſo iure nulla: q2 tunc nullum iuris effectum operat, vt ſupra dixi:quinimò nulliter appellanti iudex etiam apoſtolos dare non tenetur,ſecundum Rot.deci.18.in antiq.de Biſſig. Licet foret ſecùs, ſi appellatio videretur fruſtratoria, quia tunc taliter appellanti & apoſtolos petenti, iudex illos ſaltim refutatorios concedere teneretur: alias ſi ipſis non datis procedere,proceſſus foret nullus,iuxta tex.in cap.vt ſuper.& ibi Ioan.An.ſuper vlt.gl.de app in 6.& tenet Ægid.conclu.151.Si a tribus, & alias dixi.

143 Et quod de recuſatione & appellatione dictum fuit, idē dicendũ videtur de relatione cauſæ ad principē facta qm̃ relatione facta ſuſpenditur,imò finitur iuriſdictio referentis,nec valet id,q̃d poſt eam ſeu illa pendente facit. c.licet de offic.lega.c.bonæ,in verb.nec obſtat de poſtul. prælat.tenet Rot.deciſio.719. dic quod iuriſdictio. in antiq. & quoad iuriſdictionem ſuſpendendam, appellatio, recuſatio & relatio, adæquantur, vt inquit Ioan.And. in Nouella in cap.legitima.de appellat. in 6.& tenet Salic.in l.ex illo per illum tex. C.de appell.& Bald.in l.ſi quando
144 in principio.& l.prima, C.de relat.Et intellige ſi modo

cauſa

cauſa ipſi principi relata, eidem totaliter fuerit remiſſa, ac eidem principi, ſeu officialibus ipſis talis relatio & remiſſio pręſētata: prout vides fieri quotidie in curia, qñ cauſę ad Cancellariam Apoſtolicam remittuntur: quia tunc ex quo per ſimilem remiſſionē iudex oīno eſſe definit: ac in principem oīs iuriſdictio transfertur, in cauſa ſibi de nouo non remitteretur: idem iudex, etiam de conſenſu partium procedere non poſſet: arg. c. cum appellationibus. de appellationi in 6. Quod intellige & declara prout per dominus dec. 362. Si committatur. in fin. cum dec. ſeq. in fi. in no. & facit tex. in c. quamuis. §. cæterum. de elect. lib. 6. & dec. 77. poſtquam litera in no.

145 Idem foret ét dicēdum de cōſultation. Nā quo ad præmiſſa appellatio, & conſultatio pari paſſu ambulant: vt in rub. & l. ex illo, vbi Bart. & Sali. & in l. in offerendis. in prin. & pluribus alijs legibus. C. de appel & conſulta. pro vt igitur iuriſdictio ſuſpenditur per appellationem, eodē modo ſuſpendetur per conſilij. requiſitionē: vt declarat idem Sali. in d. l. ex illo. & Roma. conſil. 235. quem adducit gl. ad Bar. in l. ſi plures. in verſi. eadem. in fi. ff. de exercit. Ideò conſultatione pendente ad inſtar appellationis, nihil erit innouandum: vt inquit Spe. in tit. de relat §. effectus relationis ſiue conſultationis in prin. Et ſi ea pendente ſententia proferretur, eſſet ipſo iure nulla: quia tūc officium iudicis conquieſcit & iuriſdictio ſua videtur ſuſpenſa, arg. l. Siue pars. C. de dilatio. Prout hoc tenet Bar. in l. 1. §. item ſi plures. verſi. Quarto quæro. ff. de exercito. & in l. Titium. in prin. ff. de admi. tuto. licet idem Bart. in l. 1. C. de relat. & l. 1. ff. nil. noua. appellatio penden. videatur contrarium tenuiſſe.

146 Pro cuius articuli, qui quotidianus, & praxi frequens eſt reſolutione, conſiderandum eſt, quoniam multoties ſententia impugnatur ex eo, ꝙ non fuit petitum, neque requiſitum conſilium ſapientis quandoque ſi fuit petitum, ꝙ non fuit expectatum aliquando & ſi expectatum fuerit, quod ſententia iuxta illius tenorem & formam dicta non fuit.

Primo caſu quando impugnatur ſententiam ex eo, ꝙ non fuerit requiſitum conſilium: conſiderandū erit.nunquid iudex habuerit poteſtatem a l.communi conceſſam, liberam,& in nullo impeditam, vel potius eandem modo aliquo,puta per ſtatutum ſeu alias reſtrictam, & limitatam: ſi iuriſdictio remanſerit in iuris cōis diſpoſitione, & nullo modo fuerit alterata: tunc ſi ab aliquo ex litigatoribus conſilium ſapientis non fuerit petitum. ſententia abſque dubio erit valida: quia iudex à iure communi ad hoc non cogebatur, ſed ſecundum animi ſui motum & conſcientiam ex actis informatam pronunciare poterit l.qualem.ff.de arb.ad noſtram.de cōſuet. quinimò reputatur,vitium,vt iudex ab alio diſcam, præ ipſum in iudicando eloqui decet: vt in auth. de iudicijs. §.1. Ita loquitur Pa.in c.vt debitus.col.7.verſi.in ea gl. & ibi Fran.col. 19.de appel.nam qui debet alios docere, ab alijs edoceri non oportet:inquit gl.in l.cum clericis. in verb. vtpote. C.de Epiſ.& cle. Idcirco aſſumere vel non aſſumere conſultorem,lex repoſuit in poteſtate & mero arbitrio iudicantis:vt eſt tex. in c.ſtatutū. in §.aſſeſſorem de reſcr.in 6. Imo præſuppoſito etiam quod extaretq́ ſtatutum de cauſis(puta inter conſanguineos)compromittendis.ſtatutum huiuſmodi operabitur partibus parētibus, & non alias:vt volunt docto.in c.fi.ſuper gl.fi.de reſc.& tenet Alexan.in conſi.83.in cauſa inter Petrum.col.2.verſi.3.]ſtatutū lib.1. conſi.122.viſo proceſſu.col.fi.verſi.circa ſecundum.lib.2. ſequitur Hip.in l.vnius.§.cogniturum.verſi.& facit etiam quod voluit Alex.ff.de quæſt.quamuis bonum foret ponderare verba ſtatuti. vt infra dicemus.

Si verò conſilium fuerit petitum ab aliquo ex litigatoribus:& iudex denegauerit,ex quo forſan non indigebat conſultore,ſuper quo conſcientiæ ſuæ ſtandum erit: vt in d.§.aſſeſſorem ſnīa valebit.quia iudex non cogitur explorare alterius conſilium;ſed per ſeipſum (vt dixi) cauſam decidere poteſt, vt tradit Bar. in l.ille aut ille. §.cum in verbis.delegatis tertio.& Io.Andr.in Spec.de requiſ.conſi. verſ.conſilium.& Bal.in l.1. C.de relat.l.2. in fi.C.de leg.

primo

primo l. Ancillæ in prin. per illum tex. C. de furt. & conſi. 370. in 1. lib. & Corſe. in ſing. in verſi. iudex debet quod maximè procedit (vt dixi) ſi res apud iudicem non ſit dubia: puta quod ſuper articulo, de quo partes diſputãt, habeat caſum legis, vel deciſionẽ dictorum: vt per Bal. in d. l. Ancillæ, & Aug. conſi. 219. col. 1. Paris conſ. 155. vol. 4. & Bar. in d. l. ille aut ille, cum ſuperius adductis, ac & ponit Aym conſi. 140. in cauſa ſpolij. col. 2. verſic. 2. opponitur prout videmus fieri inter dominos Rote, qui poſſum abſque eo, quod cauſas in conſilijs ponant, ſi cauſa non ſit dubia, in ea, abſq; conſi. & voto dominorum pronunciare, & in ipſa prolatione dicere de conſilio & voto coauditorũ: vt docet Rot. & dec. 751. Sciendum eſt, in antiq. & p̃miſſa etiam ponit Alex. conſi. 62. viſa: colum fi. lib. 2. & facit, id quod ponit conſil. 62. in cauſa. col. 2. lib. 7. loquens de cauſis non compromittendis vigore ſtatuti, quando probabiliter non ſunt dubiæ, & in conſi 82. in cauſa. col. 2. lib. 1. de quo ponit Aretin. conſi. 125. eximiæ, in fi.

151 Si aũt iudex cõſiliũ a ſeptimũ conceſſerit, ideſt, ad inſtantiam partis cauſam alicui ſapienti conſulendam remiſerit: tunc ſi ad hoc eidem conſulenti terminũ aliquẽ præfixerit, & terminus diu alapſus ſit: ſnĩa ex poſt: abſque eo prolata, valere debet: nihil obſtet. Sed ſi eam protulerit termino adhuc pendente, & conſilio non exhibito ſi iudex pronunciauerit de partium conſenſu, valebit. l. 1. §. in fi. vbi Barto. ff. de præt. ſtipul. l. ad Imperatorem. & ibi Ang. ff. de app. Sed ſi partibus inuitis pronunciaſſet: tunc ſi antequam pronuntiet, per ſuã interlocutoriã hmõi remiſſionẽ reuocauerit, & poſtmodũ diffinitiuè pronũciet, conſilio ſapientis aliter non expectato ſententia erit valida ſecundum Bar. & Ang. & alios in l. ad principẽ. in fi. per illum tex. ff. de appel. quem ſequitur Pau. de Caſt. in cõſ. 6. col. 2. in prin. lib. 1. quia cũ remiſſio fuerit interlocutoria, potuit p iudicem reuocari, per l. quod iuſſit. ff. de re iu. & hoc idem tenet Bal. in l. ex illo. C. de app. & Franc. in c. vt debitus. col. 19. verſi. in ea gl. eo. tit. Et ita procedat doctrina Bar. in d. l. 1. C. de relatio. & l. 1. nil noua. appel. pendẽ.

Sed

Sed ſi iudex,dicta remiſſione aliter non reuocata,ac cõſultatione pendente proceſſerit: tunc videtur quod proceſſus nõ teneat, ex quo huiuſmodi conſultatione & dilatione data,pendentibus:officiũ iudicis cõquieſcit:per l.Siue pars.C.de dilat. & quod non valeat, tenet Bal. in l.ſi quando.in prin.C.de relatio.quia articulus hmõi erat prę iudicialis deciſioni cauſę,& ,ppterea primò cognoſcẽdus, ac interim ſuſpẽdenda cognitio principalis negotij arg. l.diximus.de excuſ.tut.ff.& clem.quãdiu.de app. & l.contra maiores. C.de inoff.teſt. & quod Rot.dec.115.nota ꝙ cã nullitatis,in ant.& Bar.in l.cõquerebatur. ff.de iud. cum ſi.Quod maximè procedit,ſi conſiliũ ſuperioris petitum fuiſſet:quia ob eius reuerentiam debuit expectari reſpõſum,ne principi illudere videretur.d.c.licet. de off.le. & c.Bonæ.in verbo.nec obſtat de poſtulat.prælato.

125 Si autem conſilium petitum intra tempus debitũ iudici exhibitum fuerit:& ſi ſit contra,vel præter tenorem illius,prolata reperiatur: ob hoc non erit nulla ex quo iudex.qui ex vrbanitate conſilium requiſiuit, illud neceſſario ſequi non tenebatur:vt inquit Bar. in d.l.1.ff nil nouari &c.& l.ſi conuenerit.vbi late tetigit d. Ale. & Iaſ.in col. ſi.verſ.ex dictis Bar.ff.de re iu.l.quid antecedens. §.Papinianus & l.Titium in prin.ff.de admin.tut. & ita loquitur in d.l.1.§.Item ſi plures.ff.de exercitoria.

Iudex namq; conſilium hmõi legere debet,& poſtmodũ apud ſemetipſum explorare,an ſibi expediat illud ſequi.c.cũ olim,extra de arb.l.2.in ſi.ff.mand. no.glo.& ibi doct.in c.nullus ex conſilio de reg.iu.in 6.Nã ſi conſilium eſſet iniquum,& iudex illud ſequeretur:ipſe hoc caſu teneretur ſyndicatu:vt vol.Bar.in d.l.ſi cõuenerit.& in d.§. ſi plures dummodo iudex non eſſet perſona imperita, ac bona fide illud ſequutus fuiſſet.nã tũc excuſaretur:prout voluit Dec.in cõſ.8.nu.6.cum ibi adductis.& per Alex.in cõſi.184.Viſo.in ſi.lib.2.& ad Bar.in d.§.ſi plures.in verb. cum conſ.poſt.Bar.in l.bonorum.ff.de bo.poſ.tit.:generali.Vnde cũ ipſi iudici non incumbat onus p̃ciſè conſi. huiuſmodi ſequendi, ſi forent plures conſulentes poterit ẽt

in euentum quod diſcordarent ſequi quem maluerit, vel etiam minorem partem illorum: vt decla. Fel. in c. cum omnes. col. 2. verſi. fallit vndecimò. de conſtit.

Si verò fuerimus extra iuris cõis terminos: & iudex vigore reſcripti, ſeu ſtatuti oĩno cogatur cum conſilio ſapiẽtis cauſam decidere, & proceſſum ſit abſq; eo: quo forma ipſius ſtatuti, ſeu reſcripti non fuit ſeruata, proceſſus ipſo iure nullius reputabitur, per tex. & quod ibi ponit Imol. & ſcrib. in c. Cum in veteri. de elect. c. dilecta. de reſc. & c. venerabilis. de offic. dele. tenet Io. And. in Nouella. in c. non eſt, de conſuetudine, in 6. & Inno. in c. ſi pro debilitate. de off. deleg. & Alex. in d. §. item ſi plures in verb. cum conſi. in prin. de exerci.

Idem ſi hoc fuiſſet appoſitum in compromiſſo: & arbiter proceſſiſſet conſilio non requiſito: Nam nulliter feciſſet. c. cum olim. de arb. quia omnis vis & poteſtas ex ipſo compromiſſo, ſeu reſcripto, vel ſtatutis ſumitur: nec aliud licet, quam quod ibi, vt efficere poſſet, continetur. l. non diſtinguemus. §. de offi. ff. eo. ti. Nec mireris de hoc exemplo: quia valet compromiſſum in aliquem, vt procedat, vel pronunciet de conſilio alicuius: ex quo per hoc libera poteſtas arbitro nõ tollitur, quin pronunciet æque vel inique eius arbitrio, iuxta l. diem proferre. & itaq. ff. de arb. Satis namque eſt ꝙ arbiter conſilium requirat, licet illud non ſequatur: quamuis ſecus foret, ſi in compromiſſo eſſet dictum ꝙ arbiter procedere, ſeu pronunciare deberet de voto, ſeu de conſenſu talis, vel prout tali placuerit: nam cum hoc ſit contra ſubſtantiam arbitrij, quid de ſui natura liberum eſſe debet, & mere ab arbitro pendere: tale compromiſſum non valeret ſecundum Barto. in l. item ſi vnus. §. idem Pomp. per illum tex. ff. de arb. glo. & doct. in l. illa inſtitutio. ff. de hær. inſt. Spec. in titu. de arb. §. ſequitur. verſi. ſed quid ſi dicatur Roma. in rub. not. tit. in 6. col. verſic. vlterius quæritur, poſt Barto. in d. l. 1. §. item ſi plures col. fin. de exerc. & latè ponit Ang. in conſil. 262 primus per totum.

Si igitur in loco iudicij vigeret aliqua localis conſtitu-

tio,

tio, ſiue ſtatutum de non procedendo abſque conſilio ſapientis: vel ꝙ cauſæ omnes terminari deberent ad conſil. ſapientis, ſeu de voto aſſeſſoris, vel coauditorum: aut ꝙ in qualibet cauſa, ſeu articulo præiudicialis Iudex teneretur conſilium ſapientis requirere, vel ſimilia: cum iſto caſu iudex à ſtatuto ſeu conſtitutionibus huiuſmodi poteſtatem recipiat ſententia: ſi non fuerit eorundem ſtatutorum: ſeu conſtitutionum forma ſeruata, & adimpleta, valere non debet: prout concludit Barto. in d. l. Titium aut Meuium. in verb. eandem ratione. de admi tu. & in d. l. 1. §. item ſi pluries. in 4. q per tex. in auth. de non alienando. §. autem dum lex vult ꝙ requiratur conſilium: poſtea ſubdat: quòd ſi aliter factum ſit, non valeat. & l. Impuberibus. ff. de ſuſpect. tut. & §. impuberum. Inſtit. eodem tit. Et iſtum etiam tenuit Abb. in c. ſi pro debilitate. col. pen. verſic. ſed extra gl. de off. deleg. & Ioan. And. in Spec. de requiſi. conſil. in verb. conſilium. & idem in c. ne Epiſcopi. de temp. ord. Bald. in l. ex illo. C. de app. & in rub. C. de exerci. & l. 1. ad fin. C. de manumiſ. vind. & l. 1. C. ne licet. ter. prouocum alijs adductis per Alex. conſil. 59. Viſo tit. col. 2. in prin. lib. 4. & conſilio 145. Viſo proceſſu. in fi. lib. l. & Rom. in conſilio 427. in propoſito caſu. in prin. Soc. in conſilio 96. Viſo proceſſu. verſi. 4. & vlt. in 1. parte hoc igitur caſu debet requiri: & poſtquam cauſa cóſulenda commiſſa fuerit, conſilium expectari: alias proceſſus non valeret: prout loquitur Soc. de conſ. & Alexan. in d. §. item ſi plures. in verb. in eodem. vbi aſſerit propter hoc plures ſententias annullari vidiſſe. Statuti enim forma ad vnguem ſeruanda eſt, inquit Bal. in l. ceſſante. colum. vlt. C. quom. & quan. iud. maximè quando habet clauſulam annulatiuam: vt declarat Alexan. conſi. 292. ponderatis. col. 1. lib. 6. & circa præmiſſa vide Aym. conſilio 182. col. 4. nu. 10. cum ſeq.

Et ſtantibus huiuſmodi ſtatutis conſilium requirentibus ſi iudex illud requireret, & præſentaretur, ac ſententiam contra vel præter illum proferret, ac cognoſcendũ nunquid valida ferret: eſſent verba ipſorum ſtatutorum

conſideranda, nam hinc ꝙ ex illis indiceretur, vt in cauſa de conſilio alicuius, procedi deberet: tunc ſi conſultor fuerit particeps officij prout ſunt domini auditores, qui in Sacro Rotæ auditorio cauſas proponunt, ac ſuper dubijs aliorum coauditorum conſilia & vota explorant iuxta quę poſtmodum is, qui ſpecialiter ſententiam proferre debet, iudicare tenetur, iuxta dec. dominorum. 751. Sciendum. in fi. & dec. 861. ſciendum. & 805. Rota mandauit, in auth iſto caſu conſilium ſequi oportebit: tenet Bar. in l. Titium & Mæuium. in prin. per illum tex. ff. de admi. tuto. cum iuncta. l. conſilio in fin. ff. de cur. fur. Sed ſi idem conſultor non erit collega, aſſeſſor, nec aliter illius officijs particeps, Iudex hoc caſu illius conſilium non cogetur ſequi: ſed illud requirere ſatisfuerit: & poſtmodum intra ſe quid agendum, deliberare, per reg. d. l. 2. ff. de mandata. & d. c. cum olim. & c. cum in veteri. de elect.

Si autem ſtatuta requirerent conſilium, & aſſenſum: vel diceretur quod ſententia deberet proferri ſecundum conſilium ſapientis: his caſibus neceſſe foret ſequi formam ſtatutorum: alias non valeret quod fieret abſq; eo: vt dicitur de Epiſcopo alienante ſine conſenſu capituli, per theoricam Bart. in §. item ſi plures. col. 4. verſ. vt ergo liqueat. & Abb. in d. c. Cum olim. quem cæteri ſequuntur, & ita intelligendus eſt Paul. de Caſtr. d. conſilio. 6. in prin. dum vult iudicem conſilium authoritate ſtatuti requiſitum, ſequi debere.

153 Et aduerte quia caſu quo ſolennitas conſilij requiratur, de ea formiter & legitimè conſtare debet: cùm in dubio adhibita non præſumatur: vt inquit Bal. in l. 1. colum. pen. verſicu. extra quæro. C. ne lice. ter. prouo. Cum quo tranſit. Pet. de Ancha. in c. Cano. ſtatuta. in verb. ſimilem quæſtionem. quos etiam refert & ſequitur Alexan. in conſ. 59. viſo. 2 col. in prin lib. 4. & in d. §. item ſi plures in verb. in eodem.

Si tamen partes tempore prolationis ſententiæ fuiſſent præſentes, & non contra dixiſſent, præſumeretur: vel ſi iudex in ſententia talem ſolennitatem enunciaſſet

prout

prout quotidie fit ex ſtylo dominorum, dum aſſerunt in ſententijs ſe de voto aliorum dominorum coauditorum pronunciare. Nam ſolennitas iſta per hmôi enunciationem ſatis probaretur, maximè ſi poſt ſnîam elapſum foret biennium, vt declarat Bald. in d.l.1.& ſeq. Io. Mill. in verbo. ſententia ſi eſt ferenda. cum ſimil.

Oportet igitur quod de conſilio exactis conſtet, quando illud neceſſario requiritur vt per Abb. in c. illa in fi. de ac cuſ. & in c. Cũ venerabilis. vbi ẽt poſt Bur. Imol. & alios ponit Fel. in verb. fa. lic quarta de exceptio.

154 Et nedum conſtare debet de conſilio: quinimo oportet quod illud a iudice aperiatur, & legatur, vt dicit Bal. in l.1.col. de ſent. ex breui. recit. Et in Spec. de requiſi. conſil. circa fi. ſuæ additionis ponit Ang. pulchrè in conſilio 242. alias 246. domina Lambertina. quem pro notabili refert & ſeq. Alexã. in l. 1. circa fi. ad Bar. C. ſi aduer. libe. & in conſi. 185. in fin. lib.2. & Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconſ. per Abb. in d.c. cum venerabilis & Fel. in eo c. col. 13. vbi latè examinat iſtam materiam, de excep. & c. ſi pro debilitate. de off. deleg.

155 Alias ſi quis pronunciaſſet prout in conſilio nondum exhibito, ſententia non valeret: ex quo illa per relationem ad acta illius inſtantiæ non poſſet certificari: quòd neceſſario requiritur ſecundum communem ſcribentium opinionem, de qua atteſtatur Iaſ. in l. ait prætor § 1. col. 4 ff. de re iud. & in terminis in §. iurare. verſic. quærit ergo in primis Inſti. de act. Idem atteſtatur Alex. in. conſil. 53. col. fin. lib. 5. & d. conſil. 185. col. fin. & conſil. 37. viſo. col 5. in fi. lib. 2.

Præmiſſa intellige dummodò inſtantia non laberetur quia tunc poſſet eo modo pronunciare: ſecundum Bald. & Sal. in l. cum iudex. C. de ſent & Pau. de Caſt. in l. 1. C. de rela. Soc. in conſi. 124. præſes conſultatio. verſic. 2. ratio. in prima parte.

156 Et ſi conſilium, iuxta quod fuit pronunciatum, ex poſt reperiretur perplexum, aut obſcurum, vel quod conſulentes eſſent contrarij, ſententia huiuſmodi ad id relatiua,

tiua,non valeret,vt per Doct.in c.fi.vbi Bal.& Fran.de re iudi.per Bar.Alex.& Pau.de Caſt.in l.duo iudices.eo.ti. Ang.& Imo.in l.ad principem. ff.de app. cum ſimi.

157 Exemplum etiã quoad iuriſdictionem tempore limita tam poni poſſe in iudice, qui dilatione pendente,in præiudicium illius qui illam obtinuerat ſententiam protulit, quæ valere non debet : ex qua dilatione huiuſmodi pendente officium iudicis cõquieſcit: neque ſibi competit iuriſdictionis exercitium ſed in ſuſpẽſo eſt, l.ſiue pars.& ibi Bal.& alij.C.de dilat.& glo.in l.dicere. in fi.ff.de arb.&.in l.prima.§.1.in verb.nullius.ff.de fer. & per glo.in c.ſignificante.in verb.prouenire vbi Ioan.And.& ſcrib.extra de app.& gl.in c.vbi periculum.in verb.decem.& in c.commiſſæ. in princ.de elect. in 6.eſt deci. Bal. in l.cum antea. col.3.ver.& conſidera hic. C.de arb. & per eundem in l. appellationem colum.4.ver.eſt & tertia deliberatio.C.de appell.& Lap.alleg.2.verſic.ad hoc quia pendente &c. & Anch.conſ.36 viſa. col.fi.

Et intellige dummodo cauſa, ob quam fuit conceſſa dilatio,non ceſſet,nã ſi ceſſaret, aut iudex eandem reuocaſſet officium ſuum non amplius conquieſceret: prout declarat idem Cal.in c.2.de dila. & Lap. alleg.81. in cauſa matri.ver.ad id quod dicebatur, & Milan. in ver.dilatio. & Baconſilio 164.proceſſus, & per eundem in l.filia. §. alumno.ff.ad Treb.& Abb.in c.ſignificauit.nu.9. de app. & Alex.conſi.34.viſo.col.2. lib.2.

Seu ꝙ actus qui fierent non eſſent in præiudicium termini & dilationis: putà ꝙ pendente termino ad probandum diſpenſationem, ſeruarentur termini ſubſtantiales in negotio principali. Nam talis obſeruatio valeret,vt eſt conclu.Aegid.324.pendente termino. & per Doct.in locis de quibus ſupra. & per Bar. & Doct. in l. quamdiu.la grande.ff.de acq.hæred.& in l.2.vbi Iaſ. in fi.ff.de re iud. tex.in l.Ariſt. §.1. ff.de iure deleg.

158 Et quod dr̃ de dilatione, dicẽdum videtur de terminis à iure, vel ab homine, ad aliud peragendum datis : nam durantibus illis, manus iudicis quaſi ligatæ, & impedi-

tæ cenſetur : & propterea proceſſus illis pendentibus factus non valet: vt inquit deciſ.Rot.742.not.ꝙ pendente termino &c. in antiq. Termini, namque præfixio vim dilationis habet; vt inquit Abb.in c. cum cauſa colum.5. verſi.Item præfixio termini de re iud. declarat Franc.col. pen.& poſt eum ibid. Feli.in c.perſonas.pen.colum.verſi. ſola delatio.de appel.

159 Proceſſus igitur per iudicem a quo appellatum fuerit termino pendente ad dandum, vel recipiẽdum apoſtolos factus, erit ipſo iure nullus: vt tenent doc.ſuſpraſcripti, videlicet Franc.in d.c.perſonas, col.pen.verſ.ſed dubitatur quod ibi approbat Fel. & Bal.in d.l.appellationem.ſuper quo tamen palatium variauit: quamuis poſt tenuerit, & teneat quod talis proceſſus huiuſmodi termino pendente factus, valeat: vt per plures rationes firmat Ægid. conſil. 622.proceſſus factus.& Rot.deciſio.128.ſi iudex. in not. & 406 not.ꝙ ſi iudex. in antiq. Et ita ſe habet cõis opinio, ſm Boer.deciſ.256.in fi. Cautius tamen fuerit, quod ante diffinitiuam ſentẽtiam, ſeu antequam vlterior actus fiat, iudex ſimiles dilationes appellationes, vel terminos reuocet, ſeu apoſtolos ſaltim refutatorios cõcedat, quod in Rom. cu. per viam appellationis ab eiſdem & repoſitionis in priſtinum, practicari conſueuit, & erit bona cautela, vt aſſerit do.Caſſad.deciſ.9.nu 2. de appel.

160 Erit etiã in præmiſſis notandũ, quod dies aſſignationis termini, in eodẽ termino non cõputabitur, ſecundũ communiorẽ ſcribentium opinionem: quam tenent Iac.But. & Ray.Bar.Ang.Paul.Iaſ in l.1.vbi Alb.retulit varias ſuper hoc ſcribentium opiniones. ff. ſi quis cautio. & Angel.& Imol.in l.Gallus, in prin. de lib. & poſthu. & Fulgoſ.& idem Alb.in d.l.1.aſſerunt ita in palatijs obſeruari: licet ipſi vna cum Alex.velint contrariã opinionem de iure veriorẽ. Sed certè conſiderabitur modus ipſius aſſignationis: q̃a quãdo dictũ fuiſſet, pba hinc ad decẽ dies: dies termini cõputaretur per l placet.cum ſua glo.in verb. ad hinc.C.de ſacroſ.eccl. vel diceretur, proba vſque ad talem diẽ, quia illa dictio vſque, ſtaret excluſiue: vt declarat Bal.

in

in l.à Caligato.C.de nup.& Bart.in l.Patronus.§.Sempro nio.d.l.3.Fel.in c.quo ad conſultationem 2.colum.de re. iud.& vide bonam deciſ.Guid.Pap.q.270. An dies.
161 Et quod diximus de terminis ac dilationibus, idem ẽt dici poſſet de iudice, qui iudicaſſet poſt aliquod legitimũ impedimentũ abſentis in actis allegatũ,putà infirmitatis, & de ea, quatenus opus foret, fuiſſet oblata fides; quoniã ob huiuſmodi legitima impedimẽtũ,ſuſpenditur iudicis poteſtas,& iudiciũ in tẽpus bonæ valetudinis diffunditur,& ſi interim iudex proceſſerit, ꝓceſſus erit ipſo iure nullus:prout eſt tex.& ibi declarant Barto. & Doct. in l.quæſitum.ff. de re iud. & l.2.§. ſi quis in iudicio vbi Doct.idem intelligũt de quocunq; alio legitimo impedimẽto.& Iaſ.ibid.atteſtatur eſſe cõem opi.ff.ſi quis cautio. & l.ſi cui.§.fi.ff.ex quib.cau.maio. Bar.& Bal.in l.pen. C. quo & quã.iud.& Canoniſtæ in c.1.ꝑ illũ tex.de procur. ꝑmiſſa tenet Bar.in l.ſeruũ.§.publice.in fin.ff.de procu.& (prout dixi)quãdo impedimẽta hmõi in iudicio allegãtur is q̃ talia allegat,debet ſuper allegatis probationẽ ſaltem offerre: vt voluit Inno.in c querelã in verb. deſtinauit.de procu.& eſt dec.Ro.62.no.ꝙ.vbi eſt.in antiq.eſt dec.82.
Si quis igitur tpe citationis cõparere non potuiſſet ex eo, qd in vinculis,ſeu carcere,vel ſub quauis alia cuſtodia, ſeu cautione,puta de ſe repræſentando alibi detinebatur: & de hoc fuerit certificatur ſecundus iudex: ſi ex poſt ipſe in cauſa proceſſerit,nõ tenebit ꝓceſſus videlicet quãdo cã erat talis,quæ non poterat nec debebat per ꝓcuratorẽ tractari, talibus nãque taliter impeditis ſuccurri conſueuit.l.ſuccurritur,cũ duabus legib.ſequẽtibus, & l.necnõ.§.itẽ ſi quis.ff.ex quib.cau.maio.& quod ſentẽtia lata cõtra carceratũ ſit nulla,tenet Bar.in l.2.§.fi.verſicu. circa hoc quæro.ff.de cuſt.reo. & idem Bar. & l.2.in vlt. verb.ff.de in ius voc. quẽ ibidẽ ſequuntur Imol.& Alex. dicẽtes ꝙ licet de hoc nõ habeamus textũ expreſſũ,tamẽ cõiter tenetur,ꝙ dicitur de impedimẽto infirmitatis, idẽ ſit dicendum de quolibet alio legitimo impedimento ex idẽtitate rationis. Idẽ videtur ſentire Paul. de Caſt. in l.

ea quæ.C.quo quand.iudi. tenet Spec.in tit. de cita.§.1.
ver.itē ꝙ eſt detētus a magiſtratu.& dec. Neap.182.qui a
regia.col.3.cū ſeq.& Guid.Pap.q.256.Mulier.vbi loqtur
de muliere grauida,q̄ non tenetur perſonaliter cōparere.

162 Idē ēt foret, ſi citatus in eadē cauſa a maiore tribunali
fuiſſet præuentus: & hoc fuiſſet allegatū coram minori
iudice: quia tunc proceſſus ipſius iudicis minoris cōtra taliter
præuentū factus,non tenebit c.ſi duobus. & ibi gloſ.
in verb.non tenebit.de appel.l. contra pupillum.§.fin.ff.
de re iud. Tenet Hoſt. in ſumma. de ſent. §. quis debet.
col.4.ver.4.ratione tribunalis &c.Guid.Pap.276.an citatus,&
444.quidem.& 421.credi.

163 Et omni caſu de huiuſmodi impedimento ſeu præuentione(vt dixi)excipi
debet, & quatenus opus ſit,probari:
ſiue iudices ſint pares, ſiue vnus maior altero, alias proceſſus
ſecundi & primi iudicis valerent:cū parti,quę hoc
nō oppoſuit,imputandū eſſet,quia ſi hoc diſplicebat,opponere
debebat,& quidē ab initio:cum ſit dilatoria;alias
nō impediret vt per Bal.in l.perēptorias.in fi. C.ſen.reſc.
& in l.2.de peti.hære. cum alijs, de quibus per Alexan.in
conſi.105.Magnifice.col.7.verſicu. non obſtat etiam &c.
lib.3.& ſi talis exceptio nō fuiſſet admiſſa, appellare etiā
poterat,cū de iure ſit locus præuētioni.l.ſi quis poſtea.ff.
de iud.& l. vbi cœptū & ibi Paul. de Caſt.eo.tit.l. incola
ad municipales.& ponit Bar.in l.ſepulchri.ff. de ſep.viol.
Et ꝙ proceſſus vtriuſq; iudicis,ſi nō fuerit exceptum, valeat,fuit
celebre dictū Inn.in c.cū M.Ferrarienſis.vbi Fel.
latè ꝓſequitur.col.22.ver.extra gl.de cōſti. & facit quaſi
in terminis deci.Neap.354.nu.3.& deci.dominorū 659.
& eſt ſciēdū.& 654.not.ꝙ in antiq.vbi loquitur de cauſis
cōmiſſis alicui ex auditoribus,q̄ alteri auditori ſeu Cardinali
ꝑ prius cōmiſſę reperiebantur:& ꝙ ob Cardinalis reuerētia,ad
impediēdum ſm iudicē, ſufficit litis intimatio
& præuentio: in reliquis vero paribus magiſtratibus fieri
debet inhibitio.Et facit ēt ad ꝑmiſſa quod ponit Bal.in l.
ſenatus.col.fi.C.qui accu.non poſ. vbi exēplificat ꝙ vnus
iudex dr̄ maior altero:vt ēſt rector alicuius ciuitatis, reſpectu

ſpectu præſidis eiuſdé prouinciæ. Si aũ forent æquales & vnus alterũ nõ pueniſſet,ſed cõcurerent,pars citata hab e bit electionem, q̃a corã quo voluerit comparere poterit. l.ſi quis in graui.§.ſi cũ oẽs. ff.ad Sillan: & intellige q̃ dixi,qñ cauſæ non ſunt tales, ꝙ poſſint ꝑ procuratores tractari,q̃a quãdo agitari poſſunt,per ipſum procuratorem: impedimẽtũ perſonæ ipſius principalis ipſum nõ excuſat cum ſi.non põt per ſe poſſit per procuratorẽ,cõparere:vt in c.cum dilecti.verſ.ſed cõtra.de dol.& contu.& ita declarant Doct.in d.l.quęſitũ.§.ſi.vbi Ale. de re iud. & Bar. in d.l.2.§.ſi.ff.de cuſt: reo. & Doct.in d.l.2.§.1. 2.ff.ſi quis cautio.& Canoniſtæ in c.comparenti: de ap:& dixi ſupra.

165 Idem etiam foret de eo, qui iuſto timore mortis vel corporis cruciatus ad locum iudicij veriſimiliter accedere non poſſet,quia & huic ſuccurri deberet:vt l.3.ff.ex quib: cau.maio.prout ſi ab illo loco exularet,iuxta ea quæ ponit Bar.in l.6.col.2.verſ.ſed iuxta hæc quęro.ff.de reſtitu. in inte.& in l.2.§.qđ diximus. ff.ſi quis cautio.ponit Deci. conſ.395.in cauſa iſtorum.in ſi.lib.2. Aut quod in loco iudicij adeſſent inimici ſui capitales.& ob hoc locus ille ꝓbabiliter ſibi non eſſe tutus.vt in c.cũ R.de offic. deleg.& cle.paſtoralis.§.notorium quippe,de re iud. & c.ſtatutũ. §.1.de reſc. in 7. vel ibi adeſſent ſaltim amici ſuorum inimicorũ: vt voluit Bar.per illum tex.in l.ſciendum.§.acceptatio.ff.de leg.glo.in 1.§.cum patronus. & ibi Bald.ff.de offic.præf.vrb.& in l.liberi vbi Bal.Alexan.Sal.& Iaſ.C.de inoffic.teſt.ponit Fel.poſt Aret.& alios in cap.repellantur de accuſa. Idem ſi acceſſus non eſſet tutus propter hoſtilitates,ac hoſtium incurſus,cũ bella & hoſtilitates de iure timeantur, de more vitentur: & quæ humana fugit ratio, & abhoret natura: vt in propoſito inquit text. in d.clem. paſtoralis.verſ.notorium quippe.& probatur in c.cum per bellicam in princ. 34. q.1. cap.1. actione. 16. q.3. cap.ex tranſmiſſa.de præſcri.cap. ad ſupplicationem. de renunciat.& per id quod ponit Innoc.in cap.accedens. in verba viarum diſcrimina. de accuſatio. & Bald. per illum text. in c.ex cauſis. §.vaſſalli, de pace conſtan. & in præmiſſis

caſibus cum veriſimiliter citatus poſſet ſuſpicari, et ꝙ ſibi ſaluus conductus à ſuperiore, ſeu ducibus belli offerretur illi non teneretur credere, per c.accedēs vbi ſcribētes vt lit non conteſt.& vol.glo.in c.ſtatutū. §.cum vera. in verb.ſecure.de reſcri.in 6.& in c.ex parte.vbi Franc.in fi.de app.& Sal.in l.reos, col.4. verſi.expeditis contrarijs. C.de app.Imol.in l.pen. §.ad crimen. ff.de pub.iud. Iaſ. in d.l.2.§.quod dicimus.ff.ſi qs cautio. facit gl.in cle.vnic. in verb.ſecura.de for.comp. & ponit Fel. in d.c.accedens. col.5.ver.Quarta cōcluſio. & ita intellige Rot.deciſ.315. licet guerræ generales. in no.vt declarat multū notanter Franc.de d.deciſ.loquendo in d.c.ex parte.col.5.verſi.ſed quæritur.de appel.vbi de hac materia videndum eſt.& deciſ.Neap.vt per Afflic.62.per magnam Curiam in fi.

Et quod de bello terreſtri dicimus, idem cenſendū eſt de cœleſti, videlicet de mortalitate, ſeu peſte, quæ iuſtè timenda, & ab omnibus fugienda eſt, iuxta tex.in c.negotiatorē.ibi veluti quandam peſtem fuge. 88. diſt. &c.16 prohibenter.ibi quaſi quandā peſtem abijciant.37. diſt. Nam accedere ad locum vbi eſt peſtis, eſt Deum tentare: & homo iuxta vires ſuas operari debet, vt mortem effugiat, & demum ſe Dei miſericordiæ committere.c.ſi multa.13. q.8.cauſa igitur peſtis & belli pari paſſu ambulant vt probatur in d.c.ad ſupplicationem.iuncta gl.1.de renun.& tenet Bar.in l.de ætate. vbi ſcrib. ff.ad Treb.& Abb.in d.1. tranſmiſſa.colum.2. de præſcr. eſt namque prælium inter Deum & homines: vt inquit Bar. in l.1. in prin.de bon. poſ.ex teſta.mil. & in l.naturaliter. in pen.col.ff.de vſuc.

Prout formaliter concludit Alex.in conſi.30.ponderatis col.2.ver.nec ēt obſtat.lib.5.Et not. quod etiam illud dicitur tempore belli, vel peſtis factum quod immediatè ante, vt immediatè poſt, factum eſt per not.in l.1.C.de oper.lib.& tenuit Bal.in c.1. in prin.col.2.de pace iuram. fir.quem refert.& ſequitur Alex.conſi.162. viſis his, in fi. lib.6.pro quo ēt facit illud ꝙ tenuit Imol. in conſi.7.in caſu præmiſſo.col.fi. & Pet.de Anch. in conſi.88. Præmiſſa facti.& Dec.poſt eos in conſi.555. licet. col.2.verſi.& ad

hoc

hoc.lib.4.dũ volunt ꝙ remiſſio, quæ fieri debet propter bellũ, ſit pariter fienda ob iuſtũ timorẽ belli: cum eadem ſit ratio, vt ibi per eos. & per eundem Decium, qui etiã hoc tenet conſ.697.his ſtantibus.col.2.nu.11.lib.5.& per Boer.qui hoc tenet,& plura adducit deci.249. col.2.

166 Præmiſſa itaque, vel ſimilia impedimẽta ſi notoria fuerint, aliqua probatione nõ indigebunt,ſed per quẽquam allegari ſufficiet, vt d.cle.paſtoralis. ver. notorium quippe.declarat deci.Neap.29.quidam heſterus & dec.l.iudices.& Franc.in d.c ex parte.col.5.& Alex.in d.l.de ætate. Si vero notoria non fuerint,allegari & probari per excuſatorẽ debebunt ac ẽt pro difficultatibus tollendis ſanum fuerit proteſtari.ꝙ ſtantibus hmõi impedimentis,ad vlteriora non procedatur:aliàs ex tunc ab hmõi vlteriori ꝓceſſu,& tacita præmiſſorum reiectione appellare,vel ſi citatus etiam excuſatorem mittere non poterit, tpe quo citabitur ad locum non tutum, poterit, tpe quo citabitur ad locum non tutum, poterit ipſemet appellare nã ſuper hoc de facili in Ro.cu.literas obtinebit, vt inquit Franc. in d.c.ex parte.& Pan.in d.cap.2.de procur.per Alex.qui Inn.& Hoſt.in hoc diſcordantes concordat.in d.l.de ætate.& Fel.in d.c.accedens. ver.7.conclu.vt lit.non conteſt.

Et erit aduertendũ, q oportuerit nedũ facere fidem de impedimento, quinimò erit ẽt neceſſe doçere ꝙ pp illud quis fuerit impeditus venire,puta ꝙ fuerit ingreſſus iter, & vt tẽpeſtatis, fluminis, incurſu hoſtium, aut ſimilibus, vlterius progredi non potuerit, per tex. in l.commeatus. ff.de re mili.& eſt doct.Bar.cõiter approbata, vt ibi atteſtatur.Iaſ.in d.l.2.§.qđ dicimus. ff.ſi quis cautio.& docet Alex.conſi.49.inſpectis.col.2.lib.2. Et Nicol.Boer.deciſ. 40.num.4 vbi latè ponit,& de cõi atteſtatur. Aym.conſi. 151.nu.22.& conſi.179.in cauſa.appell.col.3. verſic.5.reſpondetur. Debet igitur eſſe impedimentum neceſſariũ, & ineuitabile,ad hoc vt proſit,aliàs ſi potuiſſet aliquo pacto impedimẽtũ euitare,& nõ euitaſſet,nõ ꝓdeſſe, vt docet Bal.in l.ſed & ſi. § 1.ff.ex quib.cau.maior cum alijs,de quibus per Dec.conſi.677.viſis.col.2.num.3.lib.5.Qualiter

ſet autem huiuſmodi impedimenta probentur & nũquid ſufficiat iuramentum erit iudici arbitrarium, vt docet Guid.Pap.q.64.Si altera,& 205.in cauſa.

Ex oĩbus igitur pmiſſis, iuriſdictio iudicis ordinarij fuerit ratione cauſæ,vel rei,litigatorum, loci, ac téporis, limitata, vel impedita aut ſuſpenſa oſtendi poterit.

167 Ratione iudicantis etiã,ex defectu ſuæ poteſtatis ſententia eiuſdem ordinarij iudicis impugnari poterit,ſi tpe quo ſniam tulerit,poteſtaté ſuã ignoraſſet. Nã qui ignorat fundamétum iuriſdictionis ſuę,ét in veritate iudex ſit,ex quo ipſe hoc ignorat,geſta p eũ nõ valent arg.l.q̃ro.ibi.Scire.n.debet ſe tutorem &c.ff.de eo qui pro tut. l. hoc aũt.§.1.ibi,debet hoc cõſtare liquetq́; prætori &c. ff.ex quib.cau.in poſſ.ea.de quo eſt gl.in verb.peremptoriè,in fi.in c.ſæpe de app. & tenet Bar. in l.ſed ſi de ſua in fi.ff.de acq.hær.& in l.2.in princ.ver.oppono cõtra l.ff.de iud.& magiſtraliter ponit idem in l.multum intereſt.ff.de cond.& demon. cuius doctrinã tanq̃ cõem ſequuntur ibi Doct.& Bal.in l.falſus.col.7. ver.itẽ dubitatur. C.de fur. Abb.in c.fi.ver.veruntamen dico extra de foro comp.Io. Mil. in ver. iudex delegatus ſi ignorat q̃ hoc ſatis declarat.& Rom.ſing.13 Sicã.Alex.conſil.40.in cã.col.3.ver. vltimò principaliter lib.7. & Paris in tract. ſyn. in §.iudices puras col.3.verſic.ſi iudex nõ eſt certus &c. Aym.qui plura congerit conſi.134.ſcripſi alias.col.2.ver.1.poſito, & Fel.in c.ſi clericus laicum.col.1.ver.& pro cõi facit.de foro comp.& in c.ſuſcitatus.col.6.ver.Nono oportet notum eſſe impedimẽtum.& in c.Eccle. ſanctæ Mariæ.col.8. nu.10.vbi enumerat infinitos doctores hãc doctrinã ſequi de conſti.& in c.cum ex officij.col.11.ver.excipies nũc de pſcr.vbi poſt alios dicit hoc procedere,ſi ignoratur fundamẽtum iuriſdictionis,vt dictũ eſt.ſecus ſi ignoraretur aliqua eius qualitas vel acceſſoriũ, vel eſſemus in beneficialibus,in quibus iuriſdictio ad illius exercitiũ ét ignoranti quæritur,ſecundũ Rom.d.ſing.13.de quo dicemus infra.

168 E contra ſi iudex pbabiliter ſe iudicé crediſſet, ignorãs defectũ ſuæ iuriſdictionis impeditiuum,proceſſus valuiſſet:

luiſſet: quod intellige prout in l.2.§.1.ibi prætor autem ignoret,& putet ſuam eſſe iuriſdictionem. ff.de iud.& l.ſi fortè.ff.de offi.præf.tenet Abb.Fran. Fel. & alij in c.duobus.vbi Fel.col.4.verſ.limita concluſionem. de appel.& in d.c.ſuſcitatus verſ.oportet notum eſſe.de reſcr.

169 Idem foret ſi iudex de poteſtate ſua dubitaſſet; quia ſi dubitat circa principalem ſuam iuriſdictionem & cauſam fundamentalem: illius ſententia redditur nulla, per tex.in d.l.ſi de ſua.§.1. ibi an valeat teſtamentum dubitat. & l.cum falſum in fi.& l.nequis.in prin.& l.cum quidam. §.fi.ff.de acq.hære.ponit Fel.poſt Petr. de Ancha. & alios in c.ſanè in prin.de offi.deleg.per illum tex. Nam dubitãs æquiparatur ignoranti,per l.fi.ff.de cond.indeb.l.fin.§.ſin autem neſcius.C.de furt.& ita concl.Bar.in conſ.73.Quęritur tutum procurator.circa fi.& Alc. conſ.14.viſo proceſſu.col.2.prope.fi.lib.5.

170 Vt Idem etiam foret ſi iudex erraſſet circa poteſtatẽ ipſius; vt puta cum eſſet ordinarius,per errorem tanquã delegatus iudicauit,vel econtra:nam cum debito nomine & obtentu veræ poteſtatis, non proceſſerit: & errauerit circa fundamẽtum poteſtatis ſuæ,ſententia erit nulla: arg. d.l.quæro. & lege quod hæres. ff.fa mil.herciſ.per quæ ita voluit Bal.in d.l.falſus. col.6.verſ.ſed pone quod. C.de fur.Nam ſi is quis debet explicare actum vno modo, eligat alium incompetentem:actus qui fit,eſt nullus:vt probatur in c.ex parte haſtenſis,de conceſ. præb.cum alijs ad propoſitum add. per Anch. conſ.357. quia præſupponit poſt prin. & hoc idem intelligas ſiue iudex errauerit. ſiue ſciens & Prudens hoc fecerit, putà ſciens ſe ordinarium iudicẽ voluit iudicare tãquam delegatus:quia geſta hmôi non valent,per reg. quod potuit voluit: & quod voluit, adimplere nequiuit.c.ſuper de off.dele.cum ibi adhuc.& tenet Bar.in l.vnic.C.q ꝓ ſua iuriſd.prout ẽt vtrunq; tenuit Inn.Hoſtiẽ.Io.And.Bal. Card.Imol. Panor.& communiter alij vt atteſtatur:ibidem Fel.col.11.verſ cõſidera duo.in c.cum ex officij. de præſcr. Et pro quo facit id qđ ponit idem Fel.in c.1.glo.col.5. verſ.17.not. dum inquit

quod

quod ſi partes coram ordinario tanquam delegato litigant,& delegatio ex aliquo non valeat,non tenet proceſſus etiam ex vi protogationis, per ea quæ voluit Bald.in l.1.C.q.p ſua iuriſd. ac pmiſſa tenet Alex. cōſ.213.viſo. col.2.in fi.lib.2.& vide Bal.in l.2.C.ſi a nō comp.iud.cum ſim.de quibus per Aym.conſ.171.magiſter Io.colum.pen. verſ.7.iſta acquiſitio & Io. Silua.in tract. de benefi.q 41. in 3.parte & Ang.in conſi.8.his proximis.col.1.

171 Sciendum eſt tamen,ꝙ habens iuriſdictionem ordinariam & delegatam,ſeu ordinariam & arbitralem, & ſimplicem poteſtatem, in procedendo non cogitur alteram eligere:vt per Spec.in tit.de iuriſd.om.iud. col.pen.verſi. vlt.nota.& ibi Bal. Et ſimpliciter procedendo, procedere videtur ex vtraq; & eo meliori modo,quo poteſt,ad effectum quod actus valeat,per tex.in c.niſi.de præb.& ponit Abb.in c.Quintauallis.col.antepen.verſi.ego autem cum reuerentia &c. de iureiur. Inno.in d. c.Cum ex officij in verſ. authoritate. & ibi Fel.col.9. ver.ex iſta concluſione Innocentij,& per d.Inn. in d.c. Quintauallis dum voluit quod arbiter. & arbitrator conſtitutus in eadem cauſa, poſſit procedere partim iuris ordine ſeruato vt arbiter, & partim non vt arbitrator. Cuius dictum ſequutus eſt Rot.dec.851.cum promiſſum in fi.in antiq.

127 Et ꝙ iudex in dubio videatur procedere iure efficaciori, & ad illum actum gerendum magis apto, declarat Alex.in conſi.55.quoniam & lib.5.dum vult ꝙ iudex ordinarius & delegatus,ſi actus ex ordinaria poteſtate ſuſtineri poteſt, ex ea primò tāquam magis firma & efficaciori videatur proceſſiſſe:cum hoc vtilius ſit:vt etiā declarat Bar.in l.gerit.verſi.circa tertium principale : de acq.hær. arg.l.1.cum ſe.ff.de ſol.& l.ſi qs intentione. ff.de iud.quicquid dixerit Anch.conſi.215.col.2. nu.2. eſt bonus tex.in l.3.de mil.teſt.vbi Bald.dicit quod ſi id quod fit ex duplici poteſtate non valet ex vna, valebit ex alia.per illū text. quia in dubio videtur feciſſe eo iure, quo potuit: cum hæc interpretatio rei gerendæ ſit aptior, ideò capienda. l.quoties. Idem ſerua de re. iur. & l.1.§.Cfilius cum l. ſeq.

ſeq. ff. ne quis eum qui in ius voc. quem tex. ad iſtud propoſitum adducit Rom. in conſi. 320. in fin. in ſing. 15. & latius in l. ſtipulationem. la 1 ff. de verb. obl. & idem ſentit Ægid. concl. 5. generale. & conclu. 60. Proceſſus & 70. Archiepiſcopo. & facit id quod ponit Alex. in conſi. 185. in cauſa. col. 2. in prin. lib. 6.

173 Propterea ſi arbiter & arbitrator ſimpliciter pronunciaret: & ex proceſſu & ſententia colligi non poſſet intentio iudicantis, qua vti poteſtate voluerit. Nam hoc imprimis videlicet quam viam fuerit amplexatus, ex proceſſu colligi & deprehendi ſolet: vt docet Bar. poſt gl. in l. 1. ff. de iud. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum in 3. col. ff. pro ſocio. & Bal. in l. non codicillum. C. de codicil. Anch. conſilio 210. iudex col. pen. verſi. 2. oſtendendum. cum alijs de quibus per Alex. in conſilio 55. quoniam col. 2. lib. & communiter tenetur: vt aſſert. Caſſad. dec. 7. nu. 6. de appel. In dubio tamen præſumetur quod proceſſerit vt arbiter: cum hæc ſit mitior: & æquior interpretatio, ex quo non tollitur reductio ad arbitrium boni viri ita communiter tenent Doctores ſecũdum Fel. in d. c. cum ex officij, col. 2. verſi. ſunt duæ opiniones. de præſcrip. & tenet Pan. in d. c. quintauallis. col. 24. verſi. quæro nunc. & per Alex. d. conſi. 55. verſi. accedit prædictis lib. 5. & præmiſſ, notanter ponit Io. Mil. in verb. iudex poteſt procedere vbi videre poteris. & latius præmiſſa comprobat Ioan. Baptiſt. in tractat. de arbit. cap. 4. cum pluribus cc. ſequent. lib. 12. vbi vide. Cautela tamen fuerit, quod iudex duplici poteſtate fungens, vtatur clauſula. (Omni meliori modo &c.) quia ex virtute directæ clauſulæ, de facili ſaluabitur proceſſus, ſecundum Fel. in d. c. cum ex officij. colum. 11. in prin. verſi. Tertio limita. & per eundem in c. cum ſuper col. 4. verſi. quid autem importat. vbi virtutem huiuſmodi clauſulæ ponit de offi. deleg. & Dec. 174. conſi. 77. col. 3. in prin. lib. 1. & Alex. conſi. 112. poſt reddita. lib. 3. & conſi. 80. viſis col. 2. lib. 5. Aym. conſilio 141. Iaco. col. 2. verſi. ex præmiſſis. Quamuis dicta clauſula nihil operaretur, quando fuiſſet expreſſus vnus modus

dus ineptus,ex quo aptus deſcendere non poſſet : vt per Calde.conſ.1.de accu.& Anch.conſ.357. Declarat & ſequitur Caſſador. d.dec.7. nu.7. de ap. & Capi dec.96.in cauſa.nu.9.poſt Mari.in c.2.art.13.Plurimi.de lib ob.

Nunquid autem in iudicem ordinarium litigantes cōpromittere poſſint,dic quod non tanquam in arbitrium, ſed tanquam in arbitratorem,& amicabilem compoſitorem poterunt etiam de iure ciuili vt voluit gl. in l.ſed ſi. §.ſi quis iudex in verſ.tenet.in fi.& ibi Bar.ff.de arb.tenet Odof.Cy.Bal. & Sal. in l.ſi qui ex conſenſu. C.de Epiſc. aud.ponit Guid.Pap.q.69. licet de iure canonico indiſtinctè poterit : vt in dictis locis per c.dilecti & c.ex parte de arg.cum ſi. quæ ponit Ang. in conſi.218. viſa col.1.nu.2.

175 Vltimo(diximus)ſententiam ab ordinario iudice latā quandoque & ex defectu ipſiuſmet iuriſdictionis inualida eſſe poſſe:prout exēplum ponere potes:ſi fuiſſet lata ab vno ſolo iudice abſque conſenſu aliorum ſuorum coniūdicū. quoniam regulare eſt ꝙ iudices ſiue ordinarij, ſiue delegati ſunt, vel ex ſtatuto reſcripto,aut compromiſſo aſſumpti:quando pluribus,aut vniuerſis,ac ſimul & cōplexiuè conceſſa fuit poteſtas: prout ſit quando verba dignitati,ſeu magiſtratui,vel capitulo aut vniuerſitati, ſeu pluribus vt vniuerſis directa reperiuntur: ex quo oēs tunc ſi-
176 mul repreſentāt vnū, illorum officium cenſetur indiuiduū,iuxta l.magiſtratus.& l.Imperator. in prin.ff.de mu. Et ꝑpterea vnus ſine alio ſniam ferre non pōt, cū ſibi ſoli nec iuriſdictio,nec exercitiū inſolitū competat,ꝑut de magiſtratibus ordinarijs habemus tex. in l.cum magiſtratus.C.quando prouo.non eſt neceſ.duo ex tribus. ff.de re iu.l.ſicuti.ff.de arb. §.fin. in auth.vt iud.non expe. ſacras. c.ei qui.§.item ſi plures.2.q.6. de Collegio ſeu Capitulo vel vniuerſitate quod neceſſe ſit duas partes adeſſe & ꝙ maior pars illarum iudicet. probatur in l.plane. ff.quod cuiuſq; vniuer.ponit gl.fi.in c.2.de arb.li.6.& in c.vt offi. de hær.eo.li.Ant.de But.in c.prudentia.in prin. de off.de leg.prout refert & ſequitur Are.in conſ.64.diligēter.in fi.

De pluribus iudicibus delegatis,quod vnus procedere

non

non poſſit ſine alio,ad literam eſt tex.in c.cauſa matrimonij.de off.dele.c.prudentiam.§.1.eo.tit.c.veniens, vbi gl. in verb.duo Iudices.de renunciationibus,&c.

De arbitris eſt tex.in l.Item.§.ſi plures.& l.ſi in tres. & l.pedius.in fi.ff.de arb.qui tex.reddens rōnem, quare ſnīa vnius ſit nulla,inquit(quia nō recepit mādatum,dixit ſententiā) & eandem rationem ponit ēt tex.in d.c.prudentiā §.1.in fin.& in l.nō diſtinguemus.§. de officio.de arb. ponit Dec.conſ.434.placet.in fi.lib.4.vbi etiam dixit, quod non poteſt a partibus ratificari: & ꝙ talis nullitas indiſtinctè opponi poteſt,vt ibi per eum.

De arbitris & delegatis ꝙ vnus nihil poſſit ſine alijs eſt tex.pro vtraq; in c.vno delegatorum.de off.dele.in 6. ac de oībus habetur in c.cū ab vno in prin. de ſent. & re iud.eo.li.quia(vt dixi)exercitium iuriſdictionis eſt indiuiduum:vt ponit Bal.in Spec.de iud.deleg.ver.ſi committitur cauſa tribus. facit dec.Rot.vt per Faſt. cauſ.12.dub. 32.incip.2.dub.& dicemus infra.

Si autem ex dictis ſtatuto , ſeu mandatis iuriſdictionalibus appareret, quod poteſtas vnicuique inſolidum conceſſa fuiſſet: puta quod duo iudices ordinarij ſimpliciter creati fuerint: vt erant antiquitus conſules, defenſores,vicarij poteſtates terrarum,& ſimiles:tunc vnicuique illorum iuriſdictio & exercitium inſolidum conceſſum eſſe videtur propterea vnus ſine alio ꝓcedere poterit, ac præuentioni locus erit per tex.in l.1.vbi Bal. declarat.ff. de offic.conſu.qui tex.licet loquatur in voluntaria: doct.
177 tamen idem intelligunt de contentioſa iuriſdictione arg.l.tutores.& l.decreto.ff.de adm.tu.& l.fin.C.de auth. pręſtan. vbi pluribus tutorib. ſimpliciter datis cuilibet vr data inſolidū poteſtas,& quilibet adminiſtrare pōt. facit tex.in l.1.§.ſi plures & ibi Bar.in 2.col.ff.de exer.vbi commiſſa ſimpliciter,pluribus exercitoribus vniuerſitatis negotium adminiſtratione,cuiq; inſolidū cōmiſſa cenſetur. Ita declarat Bart. poſt gl.in l. Pōponius altas ſi vni.ff. de re iu.vbi vide.Quāuis ſi a principio tales iudices ēt inſolidum deputati aliquam cauſam ſimul cognoſcere cępiſſent,

ſent, deberent omnes in ſimul eandem terminare, per gl.ſingularem ſecundum Alex. & Imol. ibi, in d.l. ſi vni. vbi etiam Iaſ.col.3. verſic.2.concl. vbi hoc declarat.ff.de re iu.& aliam gl.in c.cum plures. in verb. vno eorum.de off. deleg. in 6.licet ſi in caſu iſto vnus ſolus ſententiam ferret: ex hoc non crederem nullam ex defectu poteſtatis cum ſibi competat inſolidum: vt videtur tenuiſſe Ro. loquens de arbi.dec.2.ſub tit.de arb.in illis de Biſſig.quę eſt etiam in antiq. ſub nu.61. compromiſſum, & vide in præmiſſis Ro.conſi.92.indubit.in prin.

178 Et quod dicimus de iudicibus ordinarijs idem intelligimus ad vniuerſitatem cauſarum delegatis: quia tales loco ordinariorum habentur, ſecundum gl. communiter approbatam, vt ibi per Alexan. in d.l.ſi vni. & Iaſ.in l. duo ex tribus in 1. col. off. de re iud. & quod iſti ad inſtar ordinariorum ſint, ponit etiam glo. & doc. in l.1. in prin.ff.de offi.eius in l.diuo Pio. in prin.& Bartol. in d.l.ſi vni. de re iud. plura ponit Feli. in c. cauſam matrimonij, col.pen.ver.gl.in verb.vnus de off.dele.cum alijs,de quibus per Alex.conſi.120.viſo col.2.lib.6.

Idem eſſet ſi forent electi plures arbitri, & data vnicuique illorum facultas cognoſcendi cauſam, & decidendi: nam quilibet ex eis abſque collegis procedere & terminare poſſet:vt in l.non diſtinguemus.§. ſi in plures. ff. de arbitr.

179 Vel quod cauſa eſſet dele.pluribus cum clauſula vos vel duo aut vnus veſtrum &c.Nam hoc caſu cenſetur mãdatum cuique inſolidũ factum; & locus eſt præocupationi.c. cum plures de off. dele. in 6. & vno ex eis negotium inchoantem: niſi in caſu neceſſitatis, alij ſe intromittere nequibunt: ex quo exercitium iuriſdictionis ſolum recedit in perſona illius, qui præuenit: vt ibi & videtur de Rot.110.c.Suſcitatus.in no.facit quod ponit Ægid.conclu.476.cum ſeq.& ponit Bar.in d.l.ſi vni.

180 Idem ſi eſſe adiecta clauſula(ꝙ ſi vnus intereſſe nequeat,alter exequantur)Nam conſtito ꝙ collega nõ poſſit,aut nolit intereſſe,alius ſolus expediet, per tex.& cõmuni-

muniter notata in c.prudentia.in prin.de off.dele. & Roma.ſing.13. in cauſa. vbi aſſerit Docto. ita communiter tenere.& per Feli.in c.Suſcitatus.verſicu. oportet notum eſſe impedimentum.de reſcr. tenet Rot. dec.243. retento.& 166.vbi limitat hoc non procederet in beneficialibus, in quibus etiam non conſtito de impedimento collegæ,ſi alius ſolus procedit,& ex poſt appareat collegam fuiſſe impeditum,valebit proceſſus, ex quo opinio in talibus cedit veritati.in nouis; quod tenuit in d.c. prudentia Bal.ſecundum ea quę refert Hip. de Marſi. in l. parte vel marito.verſi.item d.doct.n.56.ff.de q.& dix mus ſupra.& ponit Aym.conſi.182.nu.12. vbi videas.

181 Et clauſula illa, ſi non pôt intereſſe, intelligitur ſi nec per ſe,nec per alium. quamuis de hoc alias fuerit dubitatum ſecundum Ægid.concl.140.in forma.& Feli.in c.Suſcitatus.col.pen.in fi. de reſcr.

Et quando iuriſdictio inſolidum non competit, nedũ per vnum ſolum iudicem ſententia ferri non poteſt,quinimo ad illius validitatem requiritur vt tempore ſententiæ proferendæ, omnes iudices ſint ſimul coadunati,
182 & ſimul iudicent: vel vnus,alijs tamen præſentibus, & mandantibus & quod is qui recitat vtatur verbis pluralis numeri:vt puta nos tales iudices pronunciamus in hũc modum, videlicet &c.vt magiſtraliter docet tex. in c.cum ab vno.de ſen.& re iud.in 6.

Nam ſi non eſſent omnes ſimul coadunati; ſed quilibet priuatim ſententiam diceret, non valeret l.tunc autẽ & ibi gl.l.duo ex tribus. ff. de re iud.gl. in l.non diſtinguemus.§. cum amplius & l. Item ſi vnus. §. Item ſi plures.ff.de arb.Tenet Spec. in tit. de ſent.§. ſequitur videre.verſic.ſed & ſi iudices.& Pau.de Caſt. in conſil.103.in prima parte:quia vbi requiritur quod conſenſus maioris partis præiudicet minori conſenſu ſimul, non ſeparatim præſtari debet.vt eſt doct.Barto. in l. omnes populi.in 2. q. princ. verſicu. contrarium credo. ff. de iuſt. & iur. & ponit idem Barto.in d.l. ſi vni. ff. de re iud. & Alexand. conſi.205.viſis his. in prin.lib.2. & de quo vide Gozad. conſi.

conſi. 110. circa. col. 4. verſi. 10. licet vbi hoc limitat.

Nec ſufficeret ꝙ vnus iudicem cognitioni cauſæ præſens fuiſſet, & in præſentia aliorum cõiudicum votũ ſuũ dixiſſet, & poſtea receſſiſſet: quoniã ſi reliqui illo taliter abſente, ſententiam ferrent, eſſet ipſo iure nulla, ſecundũ communem ſcribentium opinionem: de qua atteſtatur & eam comprobat Fel. in d.c. Cauſam matrimonij. col. fi. verſi. 3. limita de offi. deleg.

Si tamẽ ex cõiudicibus aliquis præſens eſſet; & iuraret ſibi de cã non liquere: alij cãm eandem expedire poſſent. per tex. in d.l. ſi vni vbi ſcrib. de re iud. & l. ſi de meis. ff. de arb. & ponit Abb. & Fel. in d.c. cauſam. in fin. verb. Et ſi fuerint plures arbitri diſcordantes, vel deciſioni cauſæ intereſſe negligentes, ſeruanda erit practica tex. in c. fin. de arb. in 6. Maximè in terris eccleſiæ ſecundum gloſſ. ord. ibidem poſitam.

Minus etiam ſufficeret, ꝙ præſens ſuo, & collegæ ſui abſentis, nomine pronunciare. Nam etiam ſi dictus collega ex poſt pronunciationem huiuſmodi ratificaſſet, ſententia nihilominus non fieret valida: vt eſt gl. in l. inſtar. in fin. C. de iur. fiſc. lib. 10. & tex. in d.c. cũm ab vno. ibi, præſentibus & mandantibus &c. de re iu. in 6. quoniam vbi certo tempore conſenſus requiritur, ratihabitio ſequens vt actum firmet, non retrotrahitur. l. quid ergo, in prin. ff. de inf. & quia in ſententijs, & alijs quæ publici iuris ſunt, ratihabitio non procedit: vt inquit glo. in d. c. cum ab vno in verb. mandantib. & Bar. Bal. & alij in l. obſeruare. §. fi. ff. de off. proconſ. ponit Spec. in tit. de cita. §. iam. col. 5. verſ. hoc autem nota. & in ti. de ſent. §. ſequitur videre. verſ. quid ſi nulla. & Bar. in d. l. ſi vni. in fin. & ibi. Iaſ. in fi. & Ægid. concl. 30. ſententia. cum alijs, de quibus per Fel. in c. prudentia. verſic. nunquid vnus. vbi hoc tenet Inn. de off. deleg. Nunquid autem vnus ex iudicibus delegatis, ſeu arbitris, ante ſententiam poſſit vices & animi ſui motum ſuo collegæ committere, vide gl. fin. in l. ſicuti. ff. de arb. & Bar. in d. l. ſi vni. & Alex. in conſil. 15. ex his col. 3. verſi. & tanto fortius lib. 1.

Et

183 Et in caſu iuriſdictio non competat cuique inſolidū: ſi ex coniudicibus aliquis eſſet inhabilis, & iuriſdictionis incapax, cum ſententia cenſeatur quid indiuiſibile, ob defectum illius collegæ, in votum vitiabitur. l. Pedius. in fi. ff. de arb. c. ad probandum vbi glo. & ſcribentes de re iud. c. cum ſuper. vbi glo. fi. de offi. deleg. & Io. And. in Spec. de ſent. §. iuſta. in prin. in verb. cum ab omni. dum loquitur quando vnus ex pluribus iudicibus precio corruptus ſententiam tulit. vide etiam Paridem de Puteo, in tract. ſynd. in verb. corruptio. §. an ſi tempore præſentiæ ver. iudicem corrumpens. qui contrarium tenet. Et pro hoc alleg. Io. And. in loco de quo ſupra. & Ang. in l. venales. C. quomo. & quan. Sed certe Io. And. videtur inclinat quod ſententia non teneat, per iura de quibus.

Sed ſi iuriſdictio inſolidum competeret, etiam quod vnus habilis ſecum admitteret alium inhabilem, actus valeret & ex pſona habilis ſuſtineretur. l. 1. §. Pōponius. ff. q cū fal. tut. vbi ſi verus tutor authoritatem cum falſo con tutore præſtiterit, tenet quod ſit ex perſona veri tutoris: ponit Anch. conſi. 215. ſcripſit. col. 3. nu. 5. Prout etiam videmus in duobus tabellionibus inſolidum de aliquo actu rogatus. nā licet tpe rogitus altere ex ipſis fuerit: infamis, ſeu alias inhabilis, ſuſtinebitur tamen rogitus ex pſona alterius habilis, & ipſe ſolus poterit illud publicare: vt voluit Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. quid. n. ff. de eden. & in l. Imperator. ff. de ſtat. hominum. & Alex. in conſ. 62. cū conſ. ſeq. lib 7. quos ēt retulit & ſecutus eſt Boe. deciſ. 21. in ci. Et prius. col. 1 Quod intellige quādo verus ſit ſe habere poteſtatem inſolidum, & tanq̄ talis procedit ſecus ſi putaſſet ſibi inſolidum nō cōpetere poteſtatem, & ideo ſibi alium aſſociaſſet, in quo credebat talē ēt poteſtatē reſidere. Nā etſi talis ſit iudex inſolidum: ex quo tamē volūtas nō cōcurrit cū poteſtate, quinimo inter ſe ad inuicem repugnāt. non valet qđ agitur, per text. in d. c. cum ſuper. vbi Abb. & Fel. ibi, col. 3. ver. not. illā Theoricā. adducendo plura exempla. de offic. deleg. & tenet Hoſt. in ſum. de ſent. §. ſi quis. in fi. & lap. alleg. 88. c6e Florētinū. Præterea

ſi eſſent plures iudices æqualē iuriſdictionem habentes, & vnus ex illis efficitur inhabilis, tota iuriſdictio accreſcit alijs.d.l.1.ff.de off. conſ. per quē tex.ita voluit Bal.in l.1. col.fi C.quando non pet. par. prout etiam refert. & ſeq. Capio.in deciſ.Neap.28.in cauſa reuerendi.num.11.
185 Intellige etiam præmiſſa quando actus expeditur per ſingulos, vt iudices, arbitros tutores, aut ſimiles. Si verò expediretur per vniuerſos, vt capitulū collegium populū &c.tūc actus rōne habiliū (licet inhabiles interfuerint) vale ēt, ex quo nō capiūt vim a ſingulis, ſed a collegio: & collegium conſiſtit penes habiles duntaxat: vt per Doct. in d.c.cū ſuper & c.fi. de procur. c.Sacroſancta. c.Meſſana.de elect.& cle.1.de reg. cum alijs de qbus per Alex.in conſi.402.vol. & Corſet.in ſing. in verb.vniuerſitas. &c.
186 Nota inſuper ꝙ in ſententijs ſiue ordinarij, ſiue deleg ſeu cōpromiſſarij iudices ſint, ſi diſcordant ſtatur ſententiæ plurium: quia in iudicis obtinet, quod a pluribus fit c.ſi epiſcopus.65 diſt.c.ei qui.§.ſi plures. vbi gloſ.2.q. 6.l.duo ex tribus.& l.diem proferre. §.ſi plures. ff.de arbit.ponit Spec.in tit.de ſen.§ iuſta.col.2.ver.quid ſi inter tres & Hoſt.eo.tit.in ſumma.§.quis debet.col.fi.
Si autem iudices fuerint numero pares, & diſcordēt, ſi ordinarij ſint, tenet ꝓ reo ſnīa: niſi cauſa foret fauorabilis, vt ꝓ matrimonio, dote, Eccleſia, libertate, & ſimilibus. Si fuerint delegati, vtraq; ſnīa pēdet ex arbitrio delegātis in cuius eſt poteſtate, q̄ conformare maluerit. Sed ſi arbitri fuerint, neutra habebit vigorē: vt dicit tex. ad literam in c.fi. vbi ponuntur concordantiæ de ſententia & re iud. & l.inter pares.& l.duo iudices.ff.eo.ti. cū alijs ibi aduct.
Præterea circa vnum erit aduertendum, quod ſi eſſet compromiſſum in duos, cum poteſtate eligendi tertium in euentum diſcordiæ &c.quod ille tertius non poteſt eligi, nec quicquam facere: niſi prius de diſcordia duorum legitimè conſtaret: vt docet Alex. in conſi.123. in cauſa. colum.pen.verſi.tertia ratione. lib.2.& conſi.48.in cauſa, colum.fi.lib.7. & Dec. conſi.475. in cauſa.quæ Mantuæ. col.fi.lib.4.cum ibi aduct.

IN

IN RVB. SEV TITVL.

De nullitate ex defect. iuriſd.

SVMMARIA.

1 Iuriſdictio delegata eſt debilior. ſtrictior, & minus fauorabilis quam ordinaria.

2 Delegatio cauſæ vt cognoſcatur an ſit valida, conſideretur quis cui, quid, pro quo, contra quem, qualiter, & quibus, loco & tempore delegauerit.

3 Delegans poteſtatem quam non habet, alteri demandare non poteſt.

4 Delegantem magiſtratum eſſe oportet.

5 Iudices qui habent iuriſdictionem cum adminiſtratione, prout ſunt prouinciarum & terrarum Præſides. Comites Duces, Marchiones. Archiepiſcopi. Epiſcopi &c cum territorium habeant vere ordinarij ſunt, & delegare poterunt.

6 Iudex qui alicui tribunali ordinario præeſt & ipſe erit ordinarius, & delegabit, licet non habeat adminiſtrationem cũ dignitate.

7 Iudices Rom. cu. qui ſint qui ordinarium tribunal habeant.

8 Iudices Rom. cu. tam olim quàm hodie certam & limitatam habuerunt & habent iuriſdictionem ac cauſarum cognitionem.

9 Vice cancellarij poteſtas in quibus regulariter conſiſtat.

10 Camerarij apoſtolicæ ſedis poteſtas in quo præcipue verſatur.

11 Gubernatoris vrbis Romæ poteſtas & officium in quo potiſſimè verſatur.

12 Auditoris generalis cameræ apoſtolicæ poteſtas circa quæ præcipuè verſetur.

13 Vicarij generalis Papæ in ſpiritualibus poteſtas circa quæ potiſſimè verſetur.

14 Senatoris almæ vrbis poteſtas & iuriſdictio.

15 Mareſcalli vrbis iuriſdictio.

16 Auditor audientiæ contradictarum olim habebat ordinariam iuriſdictionem.

17 *Auditores Rotæ in Ro. cu. ſunt tanquam ſtellæ in firmamēto, & in cognoſcendo ordinarij, in decidendo delegati reputātur.*

18 *Auditores Rotæ non ſubdelegant: nec eorum iuriſdictio prorogatur.*

19 *Auditores Rotæ aſſerunt ſe habere ſtrictam iuriſdictionem, & multa facere ſine ſpeciali mandato recuſant.*

20 *Auditorum Rotæ deciſiones tanquam magiſtrales, ab alijs iudicibus ſequendæ ſunt.*

21 *Delegatus principis quibus caſibus delegare non poſſit.*

22 *Delegatus ab eo qui ius prætoriū non ciuile conſtituit, vt Epiſcopi, Duces, Marchiones, & ſimiles non ſubdelegabit.*

23 *Delegatus legati de latere ſeu Cardinalis ſubdelegat, quia primus delegans eſt ad inſtar proconſulis.*

24 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ad inſtar ordinarij ſub delegat.*

25 *Vicarius Epiſcopi licet non poſſit alium facere vicarium generalem, ſpecialem tamen facere poterit, & ſubdelegare quia ordinarius eſt.*

26 *Delegatus principis cauſas criminales ſubdelegare poteſt.*

27 *Delegati principis ſub delegatus ſub delegare non poteſt, licet delegatus ordinarij poſſit hanc habere poteſtatem.*

28 *Subdelegatus non poteſt ſubdelegare: & quod ſub eo fuerit lis conteſtata.*

29 *Delegatio quando fit, debet deleganti competere iuriſdictio habitu & actu.*

30 *Delegatio facta à proconſule ante prouinciæ ingreſſum non valet.*

31 *Delegatio non conualeſcit ex poteſtate ſuperueniente quando à principio non tenuit.*

32 *Delegatio ab excommunicato factæ non valet, cum exercitium iuriſdictionis ſit ſuſpenſum.*

33 *Delegatio facta ab eo qui iuriſdictionem ſuſpenſam vel impeditam aut cuius exercitium verè nondum competebat non valet, vide exempla hic.*

34 *Iudex antequam literæ ſuæ poteſtatis ſibi præſententur, non habet exercitium iuriſdictionis.*

35 *Iudex electus nondum confirmatus in dignitate, cui annectitur*

tur iuriſdictio, vel ante adeptam poſſeſsionem actualem non habet exercitium, propterea non ſubdelegat.

36 *Delegatio ab vno ex pluribus iudicibus datis, cum clauſula quod ſi non omnes facta ante quam conſtet de impedimento collega non valet.*

37 *Delegatio ſi impugnatur: ratione delegantis: exceptio coram delegato proponi debet.*

38 *Delegatus quis fieri impeditur natura, lege. & moribus.*

39 *Delegatus à natura fieri impeditur, qui fuerit rationis incapax: vt ſurdus, mutus, furioſus, & impubes, per rationem de qua hic.*

40 *Princeps defectum naturalem ſupplere non poteſt.*

41 *Sententia lata ab incapacibus iure naturæ abſque ope exceptionis eſt ipſo iure nulla.*

42 *Cæcus iuriſdictionem prius quæſitam retinere & exercere, ſed de nouo acquirere non poteſt.*

43 *Cæcus retinet feudum paternum, ac in Baronia & iuriſdictione paterna ſuccedit.*

44 *Infamis de iure vel de facto & ob turpem cauſam à cætu vel Senatu proborum remotus, iudex fieri non poteſt.*

45 *Iudicare, honor & dignitas reputatur.*

46 *Infames nedum iudices fieri, ſed facti remoueri debent.*

47 *Fama bona quam populi amant eſt theſaurus ineſtimabilis.*

48 *Criminoſi & delinquentes tanquam infames iudices fieri non debent.*

49 *Iudæi & alij quod legem Chriſti obijciunt, non ſunt iuriſdictionis capaces: nec eis publica officia committenda ſunt.*

50 *Chriſtiani tantum de iure ſunt capaces iuriſdictionis.*

51 *Iudæi inter ſeipſos iudices fieri poſſunt.*

52 *Vſurarius publicus cum ſit infamis iudex eſſe non poteſt.*

53 *Delegatio à principe de perſona inhabili ſcienter facta tenet, quia diſpenſaſſe cenſetur.*

54 *Actus à principe factus ſi aliter ſuſtineri non poteſt, præſumitur factus de plenitudine poteſtatis.*

55 *Princeps ſi quem ſcienter deputet, vel deleget ad inſtar ſacrilegij eſt dubitare de habilitate ipſius delegati.*

56 *Princeps ſi ignorã impedimentum & inhabilitatem, in dubio*

diſpenſaſſe & habitaſſe non præſumitur.

57 Delegatio etiam à principe facta in dubio ſi exhorbitans eſt, impugnari debet per viam ſubreptionis, obreptionis & defectus intentionis

58 Principis mens & voluntas præſumitur legitima, licet multoties ob importunitatem non concedenda concedat: & tunc nõ præſumitur pro eo & clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis &c. nihil operatur.

59 Iudices aliquem defectum iuriſdictionis impeditiuum patientes regulariter contra eoſdem ne procedant excipi debet.

60 Reſcripta ad lites ſeu cauſarum commiſſiones & delegationes ſi modo auocatoria non ſit, licet ſint ſubreptitia, tamen iuriſdictionem tribuunt.

61 Excommunicatus eſt infamis, & quaſi à ſenatu motus, idcirco iudex eſſe non poteſt.

62 Excommunicatus ſemel quandiu non conſtat de abſolutione tandiu excommunicatus præſumitur.

63 Excommunicatus publice quis dicatur ad effectum vt iudex eſſe non poſſit.

64 Excommunicato nunquid probetur per inſtrumentum denunciationis.

65 Bannitus excõmunicato eſt ſimilis, ideo iudex eſſe non poteſt.

66 Cauſæ ab Apoſtolica ſede niſi in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis committi non poſſunt: & quibus poſſunt committi, ac quare hoc ſit inductum.

67 c. Statutum, de reſcriptis. de cauſis committendis non procedit in ordinario.

68 Cauſæ ob ordinarijs ac etiam ſecularibus iudicibus cognoſcenda clerici committi poſſunt.

69 Cauſæ non ſpirituales etiam iudicibus laicorum cognoſcendæ committi poſſunt.

70 Dignitas eccleſiaſtica quæ dicatur.

71 Fœminæ iudices fieri non poſſunt per rationes de quibus hic.

72 Fœminis diſpenſatiuè quandoque cauſæ etiam ſpirituales commiſſæ fuerunt.

73 Fœminæ in iuriſdictione ſuccedere, & illam per ſeipſas exercere poſſunt.

Serui

74 Serui iudices fieri non poſſunt quia quoad leges pro mortuis habentur.

75 Barbarius ſſ de offi. præſid. procedit nedum in ordinario, verum etiam in ſimplici delegato

76 Monachi & religioſi cum ſint ſerui religionis & quoad ſecularia pro mortuis habeantur, iudices fieri non poſſunt.

77 Monachi & religioſi ſeruis adæquantur.

78 Fratres ordinis minorum funditus pro mortuis habentur.

79 Monachis & religioſis ſi cauſa expreſſo nomine monachatus, ſeu religionis a ſede Apoſtolica committatur, tenet commiſſio. & 82. cum ſeq.

80 Cauſæ Guardianis ſeu miniſtris fratrum maiorum ac Prioribus mendicantium, & ſimilibus à ſede Apoſtolica cõmitti poſſunt.

81 Cauſæ habentibus ſimplices adminiſtrationes, & officia Eccleſiaſtica, prout ſacriſtæ cuſtodes, camerarij, theſaurarij, & ſimiles committi non poſſunt.

82 Cauſæ monacho adminiſtrationem in cathedrali Eccleſia habenti committi poſſunt.

83 Monachus poteſt creari officialis Epiſcopi.

84 Iudicis habilitas conſideratur tempore datæ ſcripti, ſeu delegationis.

85 Delegatio non valet ſi cauſa ad iuriſdictionem delegantis non ſpectet.

86 Delegari poſſunt omnes cauſa etiam meri imperij ſecundum ius Canonicum.

87 Mandatum ſpeciale requiritur ad impetrandam commiſſionem cauſarum de iure ſed de ſtylo non ſeruatur: & quomodo hoc ſit intelligendum.

88 Excommunicatus & hæreticus ſpecialiter prohibentur impetrare reſcripta, & cauſarum commiſſiones.

89 Commiſſiones cauſarum alterius nomine impetratæ, effectum ſortiuntur ex ratificatione ipſius domini, & non aliàs.

90 Reſcriptum ſeu cauſæ commiſſio contra mortuum impetrata non tenet.

91 Forma reſcripti ſeu mandati eſt diligenter cuſtodienda aliàs non valet quod ſit.

92 *Conditionale ſi fuerit mandatum vel reſcriptum, ante conditionem vel diem non acquiritur iuriſdictio ſed ſpes duntaxat illius.*

93 *Delegatio diuerſimode fieri ſolet: quandoque de tota cauſa, aliquando de vno articulo, in quo eſt diligenter conſiderandum.*

94 *Delegatio cauſæ extra territorium delegantis fieri poteſt.*

95 *Delegatio fieri non poteſt, vt cauſa extra locum delegantis cognoſcatur.*

96 *Delegatio cauſæ fieri non poteſt in loco diſtanti vltra duas dietas: ſi de hoc fuerit oppoſitum: prout de loco non tuto & inhoneſto dicitur.*

97 *Delegatio cauſæ à ſede Apoſtolica extra locum inſignens facta non valet: ſi modò de contraria principis voluntate non appareat.*

98 *Delegatio cauſæ in certo loco facta, ſi in eo ex aliqua cauſa expediri non poteſt alibi expediri poterit.*

99 *Delegatio cauſæ videlicet vt cauſa cognoſcatur tempore quo delegans non eſt futurus Iudex, non valet.*

100 *Iudex delegatus vltra diem ſtatutum cognoſcens nihil facit.*

101 *Reſcriptum ad lites licet ſit perpetuum, tamen intra annum iudici præſentari debet.*

102 *Reſcriptum quid debeat continere, & quid in eo exprimendum ſit ne dicatur ſubreptitium: & quod expreſſa in eo verificanda ſunt.*

103 *Delegatus ante receſſum ſui delegantis à prouincia, vel priuſquam moriatur, ſi iuriſdictione & mãdato non fuerit vſus, expirat ſua iuriſdictio.*

104 *Mandatum iuriſdictionale qualiter tacite vel expreſſe reſolui & expirare poſſit, remiſſiue.*

De nullitate ex defectu iuriſdictionis delegatæ.

POſtquam ſummatim & concluſiue aliqua vidimus de ordinaria: ſupereſt vt aliquid etiam ponamus de poteſtate delegata: de qua ſæpius in iudicijs diſputari conſueuit;

ſueuit: & ſequendo ordinem ſupra poſitum, ſcire debes, quod omnia per quæ diximus ſententiam iudicis ordinarij ex defectu poteſtatis ſuæ impugnari poſſe, a fortiori etiam ex eiſdem ſententia iudicis delegati inualidari poterit: cum iſta ſit longe debilior, ſtrictior, & minus fauorabilis q̃ ordinaria iuriſdictio (vt ſupra diximus) & ponit Arch. in c. 7. ſi quis Epiſcopus. 2. q. quem refert, & ſequitur Bal. in l. ſi vt proponis. la 1. verſ. ſed hic dubitatur. C. quom. & quand. iud. de quo plenius per Alex. in rub. de off. eius, & c. Ancha. conſi. 215. ſcripſit. col. 4.

Côueniet igitur imprimis diligenter quærere, nũquid legitime conſtet de poteſtate ipſi delegato tradita: quia ſine ea fruſtra iudicaſſet. c. cum iure. de off. deleg. cum ſuperius adductis. Et ſi per reſcriptum vel alias de iuriſdictio. demandata, ac facta delegatione, apparuerit: erit aduertendum, nunquid per delegationem huiuſmodi in delegatum aliqua efficaciter fuerit tranſlata poteſtas: conſiderando, quis, cui, quid, pro quo, contra quem, qualiter. & quibus; loco, & tempore delegauerit. De quibus per ordinem aliquid dicendum eſt.

3 Quis deleget conſiderabitur circa hoc, videlicet nunquid habuerit illam poteſtatem, quam alteri dedit, ex quo fruſtra daret, quod ipſe non haberet: vt in ſimilibus terminis inquit text. in l. obſeruare. §. fin. ff. de offic. proconſ. leg.

4 Traditio. in prin. ff. de acq. re. do. & l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. Nam ꝙ quiſq; non habet cõmittere non poteſt. c. Diabertum. 1. q. 7. quod autẽ de iurepat. c. fi. de reſcrip. c. 1. de off. ord. in 6. & ibi. Io. monachi, cum alijs, de quibus per Rot. 242. Si vnus ex tribus. in no. Idcirco eũ, qui iudicare iubet, magiſtratum eſſe oportet. l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iud. l. vnic. in prin. vbi gl. C. qui pro ſua iuriſd. quia iudicem dare iuriſdictiunis eſt. l. 1. in fi. & l. Imperium. in fi. ff. de iuriſd. om. iud.

5 Et intellige ꝙ delegans ſit magiſtratus, id eſt talis, cui cõpetat iuriſdictio cum adminiſtratione: prout ſunt prouinciarum, ac terrarum rectores præſides, gubernatores,

comi-

comites duces, Marchiones, vicarij perpetui, archiepiſco pi, Ep., vel alij ſimiles habētes dignitates, quibus de iure vel conſuetudine iuriſdictio annectitur: vt probat text. in l.fi.C.vbi & apud quos. & tales cum territorium habeant, vere ordinarij ſunt, & omnes eiuſdem territorij cauſas ſub illorum poteſtate comprehendunt: & ad eos omnium partes, qui Romæ, vel quaſi magiſtratus vel extra ordinem ius dicunt, pertinent: vt probat text. in l. ſi in aliqua.§.fi.& l.ne quicquã. in prin.ff.de offic.proconſ. & l.ex omnibus.cum duobus ſeq.ff.de off.præf.

6 Poteſt etiam de eo magiſtratu intelligere, qui alicui iuriſdictioni, aut tribunali ordinario præſit: & cui iuriſdictio abſque alia dignitate ſeu adminiſtratione competat: prout erant illi, qui antiquitus in vrbe Romano populo iure dicebant: de quibus ſupra diximus: & prout ſunt hi, qui eadem vrbe etiam temporibus noſtris ordinariè ius dicunt: vt eſt reuerendiſſimus Camerarius cum clericis ſeu præſidentibus ſuis, vicecamerarius, idemque vrbis gubernator, auditor generalis eiuſdem camere, vicarius ſanctiſ. dom. noſtri Papæ, eiuſdem vrbis ſenator, & mareſcallus qui omnes pro ordinarij Romanæ curiæ iudicibus hodie ſe gerunt, & reputantur: vt voluit Spec.in titu de offi.ordin.§.1.verſic.item ordinarius.& ibi Bal.& in tit.de iud.deleg.§.iam nunc. verſicu. item non obſtat. & alias dixi.

8 Et ſicut olim magiſtratus qui in vrbe ius reddebant, quiſque ſuis partibus fungebatur, ac determinatam habebat cognitionem vt colligitur ex rubro & nigro. ff. & C. de illorũ officijs, & poteſtate tractan.& de quo aliquid ſupra diximus. Ita ét & ſupradicti, qui hodie in eadem vrbe ius dicunt, ne adinuicem per concurſum ſe impediant: & promiſcuis actibus rerum turbentur officia, qualiter ex ipſis iuxta facultates ac poteſtatem tempore creationis & deputationis eorundem ad magiſtratus: ab eodem ſanctiſſimo domino noſtro traditam, in eadem vrbe, & Romana curia iuriſdictionem limitatè exercent vni creditum alteri non ſubtrahendo.

Exem-

9 Exempli gratia, pro te iuuenis (vt de illorũ poteſtate & iuriſdictione aliqualiter inſtruaris) videre poteris Reuerendiſſimum in eadem curia Vicecancelarium, eius amplã,& latam poteſtatẽ intra ſuos tamẽ limites continere, putã eiũs authoritate ac patrocinio quaſcunque extrauagantes leges, & conſtitutiones, ſeu regulas cuſtodiẽdo illaſq; quibus oportuerit ſubminiſtrando, cauſaſque beneficiales,& ad eandem Romanam curiam deuolutas iudicibus in eadem curia diſtribuendo, proceſſus ẽt cum inuocatione auxilij brachij ſecularis aduerſus intruſos & rebelles fulminando, ſenties diffinitiuas in eadem curia, apoſtolica authoritate prolatas debitæ executioni demandando, regnationes beneficiorum eccleſiaſticorum admittendo, ac ſupplicationes, ſeu prouiſiones, à duobus tamen Referendarijs ſubſcriptas, vtriuſque ad ſummã cẽtum florenorum, ſuper hmõi eccleſiaſticis beneficijs ſignando, & concedendo, ac eandem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Cancellariam & eis officiales, qui multi, & honorabiles ſunt, & audiendam ſacri palatij apoſtolici cauſarum,& illius R.D.auditores, & officiales, regendo, & gubernando, ac reliqua faciendo iuxta poteſtatẽ ex regulis maxime, ſeu conſtitutionibus apoſtolicis dictæ Cãcellariæ ſibi conceſſam: de quo per Ægid. deciſio.510. Si delegatus.iu fi.& 502.Cancellaria. de qua etiam fit mentio in c.ad hæc de reſcr.& c. Porrecta. de confir. vtil. vel inutil. & c. dura. de cri. falſ. & ſuper qua inſignes doctores multa ſcripſerunt, prout Gond. Vilad. olim auditor Rot.in trac.de aug. digni. & poteſt. S.R.E.in vlt. quæſt. Roma.conſi.789. ac doctores omnes in proœmio regularum eiſdem Cancellariæ.

10 Idem videmus in ſupradicto ẽt reuerendiſſimo Camerario: qui dum ſeptem ſuis præſidentibus vniuerſo ærario ac patrimonio Eccleſiæ præeſt, illius reditus procurãs: cuius poteſtas præcipue verſatur in cauſis ciuilibus, inter fiſcũ dictæ cameræ ac priuatos, ſeu ſtatum, vel commodũ eiuſdẽ cameræ Apoſtolicæ, vel alias publicã vtilitatem, regimẽ,& quietẽ, concernentibus, audiendis, & decidẽdis:

ac debentes eidem cameræ ad ſolutionem compellendo, & reliqua faciendo, quæ honorificum dictæ cameræ, apoſtolicæ, & vniuerſæ republicæ ſtatum conſpicere cognoſcit: cuius dignitas & officium maximum eſt, etiam per mortem ipſius Papæ non ceſſant: prout eſt tex.& ibi glo. in verb. Camerarium in cle. ne Romani. & ibi aliqua de eo poſſunt Zabarela. & Bonif. de Vital. de elect. de ipſo meminit etiam text. in c. ad audientiam de præſcript. & Dec. in conſil 404. Viſo. & poteſtatem ac etiam longe maiorem quam olim habebat procurator Cæſaris retinet. ſecundum Pau. de Caſt. in l. 3. in fin. per illum text. C. ſi aduerſ. fiſc. pro vt refert dec. Neap. vt per Cap. 197. in cauſa. nu. 3. cum ſim. Iſti duo primi ob illorum præeminentem dignitatem, & officium, dici non poteſt. quin iuriſdictionem cum dignitate & adminiſtratione habeant.

12 Videmus etiam idem in vicecamerario, eodemque vrbis gubernatore & ſuperintendente, qui ſpecialiter regimini, ac quieti publicæ præfectus, in facinoroſos quoſcunque clericus vel ſeculares, in ipſa vrbe, ac eius diſtrictu gladij temporalis dictæ ſedis Apoſtolicæ poteſtatem merumque & mixtum imperium pro eius mero arbitrio, manu regia & leuato velo, exercet cauſaſque breuiores vtpuca mercedum, ac miſerabilium perſonarum cauſas annonæ, & ſimiles publicam eiuſdem ciuitatis quietem reſpicientes, etiam ex non ſcripto ac regali mano determinat, ac ſolus (ſenatore excepto) gladium temporalem vibrat, & cunctis alijs vrbis magiſtratibus olim præcellebat: vt inquit tex. in l. 2. C. de off. præf. vrb. & ff. eo. tit. per tot. Tribunal tamen cauſarum priuatarum tenere non cōſueuerat, ſed venientes ad eum ad ſuos iudices remittere: prout ex extrauaganti Iulij in 1. volumine ſtatutorum eiſdem vrbis inſerta, ſatis conſtat.

13 Experimur & videmus idem &c, in ipſo cameræ Apoſtolicæ generali auditore, cui a ter dictę Apoſtolicæ ſedis gladius ſpiritualis præcipuè aſſignatus eſt: is etenim cenſetur naturalis & proprius Iudex eiuſdem ſedis officialium, & aliorum cuiuſcunque dignitatis curialium, inter

ter quos,ſiue clericis,ſiue ſeculares exiſtant,ratione con tractus,vel quaſi,ſeu delicti,vel quaſi,etiam extra Roma nam curiam,initi,vel commiſſi: ſi tales in eadem curia re periuntur. vel etiam extra, in terris tamen Eccleſiæ, vel vbilibet, quando eccleſiaſtici fuerint, vel agatur ratione contractus, ſeu delicti in eadem curia commiſſi vel foret delictum in bulla ſeu extrauaganti,vulgo dicta cœnæ do mini comprehenſum ciuiliter,& criminaliter(dummodo ad ſanguinis effuſionem non agatur) ius dicit, cenſuras fulminat, & vſque ad inuocationem auxilij brachij ſecularis incluſiue procedit.

Eſt etiã verus executor,& iudex quarumcunq; obliga tionum in dicta curia vel extra, in forma ſolita cameræ Apoſtolicæ initarum, & cauſarum penſionum ſuper fructibus eccleſiaſticis reſeruatarũ: & iudex ordinarius quarumcunque appellationũ a quibuiſuis ſententijs ſeu grauaminibus per iudices ordinarios, etiam Romanæ curiæ (dicto Senatore excepto) ac quoſlibet alios in terris Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectos, ad ipſam ſedem interpoſitarum, ſeu alias per modum reclama tiones,ſupplicationis,nullitatis,querelę,vel recurſus delatarum, ac generalis executor ſententiarum & cenſurarum in d. Rom. cur. præſertim in ſacro Rotæ auditorio, latarum, & alias, prout exempla eius apoſtolica facultate notorium eſt quicquid fuerit olim. vt per Ægid. eius poteſtatem plurimum limitantem concl. 508. ꝙ auditor Cameræ. & 506.in cauſa. & melius.210. in cauſa.& dec. 728. no. ꝙ auditor, in antiq. & quicquid ipſi dicant, & tunc erat ordinarius iudex in vrbe:vt per gl.in cle.auditor. de reſcrip. & cle. ne Romani. in verb. expirare. de elec. quæ iura ad propoſitum iſtud adducit Caſſad.dec. 4.num.2. de conſt. Et hodie de his ſemota eſt omnis difficultas poſtquam ſanctiſ. d. N. Auditoratum præfatum iamdiu ſupreſſit & eius loco aliud nobilius S.R.E.Cam. ap. regentis tribunal erexi, cum mero & mixto imperio & gladij poteſtate, ac alijs eius ampliſſimis & facultatibus, illiſque præfecit illuſtriſſimum Alfonſum Caraffam

ſuum

ſuum ſecundum carnem nepotẽ.S.R.E.diaconum cardinalem iuuenẽ quidem ob eius præcipuam humanitatem & ſingularem prudentiam, ac vitam irreprehenſibilem, incomparabilem & ſummam,cuius locum & vices in officio pͣdicto,vna cum R.P.d.Vgone Boncompagno Epiſcopo Veſtano viro vndequaq; bono & docto ab erectione illius citra non ſine maximis laboribus ſubſtineo, & ſicũ laude vel aliàs dicent alij.Iſtud vtraq; tribunal ſuperiori loco hodie ponendum eſt.

13 Idem pariter dicendum erit de generali in ſpiritualibus eiuſdem domini noſtri Papæ in eadem vrbe vicario: ad cuius forum & iuriſdictionem propriè & ſpecialiter ſpectant cauſæ ciuiles & criminales clericorum, & quarumuis eccleſiaſticarum perſonarum:ſi modo (vt dictum fuit de auditore)ad membri mutilationem,ſeu ſanguinis effuſionem non agatur ac quorumuis eccleſiaſticorum,& piorum locorum dictæ vrbis,& illius diſtrictus Iudæorumq; vſurariorum,pupillorum, orphanorum,viduarum,cenſuum,reſponſionum,rerum,& bonorum eccleſiaſticarum permutationum, venditionum, alienationum, deuolutionum, & quarumuis aliarum, fidem catholicam, & res ab bona, & perſonas vtriuſque ſexus eccleſiaſticas concernen. ſuper quibus in dicta vrbe, & eius diſtrictu vere ordinarius eſt vt probatur tot.tit.extra de offic. vic. maximè in c. tua nobis. qui vult quod prouincia Romana, videlicet quæ eſt inter Piſanam & Capuanam dicatur ſua propria prouincia, ac plenius de præmiſſa eius poteſtate per publicas literas Apoſtolicæ conceſſionis, quæ præ manibus quotidie verſantur facile dignoſcitur: de quo & eius poteſtate, vide etiam Paninum in tract. de offic. & pet.ſed vac. in vltima charta, verſi.nunc reſtat ſubijcere,& nunquid præcedere debeat. d.auditorem cameræ poſuit. Aut de pe. in tract. de iuriſ. ep.c.7.col.pen. vbi primò dicit, quod ſic:ex eo quòd eſt ordinarius, & repreſentat Papam: poſtmodum reliquit curialibus decidendam: prout & nos relinquimus, quia non eſt de pane lucrando.

14 Vide limus inſuper eiuſdem vrbis ſenatore quaſi alterum prætorem vrbanum, tanquam ordinarium iudicem inter omnes præfatæ vrbis ciues, & incolas ſeculares, ac ſuper quibuſcunque illorum bonis rebus cognoſcere, & merum ac mixtum imperium, ac gladij poteſtatem quotidie exercere: huius electio ſeu deputatio abſque ipſius Apoſtolicæ ſedis literis ſpecialiter fieri non poteſt: vt latè ponit tex. in cap. fundamenta. verſic. dignè itaque. de elect. in 6. & de quo in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. cum ſimilib. huius poteſtas & iuriſd. ex lege municipali pendet.

15 Adeſt & Mareſcalus eiuſdem vrbis, quem curiæ Sabellorum iudicem vocant: qui & pro iudice o dinario inter laicos & fœminas (curiales tamen, & humilis conditionis) ſe gerit, & cauſas eorundem, vt plurimum tamen breuiores determinat, huius poteſtas & authoritas in eadem vrbe olim maior fuit, quam de præſenti ſit: prout id em dici poteſt de generali auditore audientiæ contra dictarum qui ſuper iudicibus extra Romanam curiam dandis, in euentum diſcordiæ, adiri conſueuit: & qui alias ordinariã iuriſdictionem habuiſſe dicitur, vt per glo. poſt Goff. & Hoſt. in d. clem. auditor, de reſcr. & de ambobus quod ſint iudices ordinarij ponit Spec. in tit. de offi. or.

17 De reuerendis autem dominis meis ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditoribus, nihil dix mus, cum ipſimet, ac eorum poteſtas ſatis ſuperque illuſtria & nota ſit, ac eorum deciſiones tanquam ex vberrimo fonte iuris vtriuſque, & prælertim Canonici emanatæ, vbiq; genitum, tanquam ſtella firmamento, choruſcent; ſintque præcipuum iuſtitiæ iubar, ac totius Rom. Curiæ ſplendor, & gloria. Nemo igitur eſt, qui neſciat eoſdem in cauſis, quæ ſibi in vim ſpecialium reſcriptorum ſanctiſſimi domini noſtri quotidie, quaſi per viam diſtributionis, committuntur, in cognoſcendo ordinarios, & in decidendo delegatos reputari vt ipſimet voluerunt deciſio. 430. fuit. & 341. dubitatur in fi. in no. Spec. in titul. de iud. delega. §. iam nunc. verſic. Item non obſtat. & de offi. ord. §. 1. latè

per

per Fel. in rub. de offi. deleg. Illoſque eandem Rom.curiam pro territorio habere: vt inquit Ægid.concl.650.Curia. poſt princ. & melius 650. d.compulſio latius ponit Gom.in tract.ſignat.fol.81.nu.4.& quod illorum audientiam & tribunal ſede vacante, vacat per tex.in c.ne Romani.§.ſane de elec. in cle.qui tamen, ob præſentiam ipſius Papæ cauſas ſibi delegata, alteri ſubdelegare non conſueuerunt prout nec ob eandem cauſam illorum iuriſd.prorogari ſolida fuit, ſecundum Ægid.concl.97. Iudex.in fi. nam ex quo de facili ad ipſum Papam regreſſus haberi poteſt, domini præfati multum iuriſdictione ſua reſtrigunt: vt inquit idem Æg.concl.410.ſi auditori. in fi. & facit,id quod ponit Caſſa. dec.13. in fi.de reſcr. vel forſan ob id, quòd ſtrictiorem quàm alij delegati iuriſdictionem habent: vt declarant ipſi deciſ.306.ſi actor. circa medium.in no.& patet,cum etiam ad cautelam abſoluere, nec ſuper
19 deſertione appellationis pronunciare, abſque ſpeciali ipſius Papæ mandato, poſſint: licet alijs iudicibus talis poteſtas de iure competat: vt volunt ipſi, dec.599.licet in dex.& 818.ſciẽdum eſt,dec.592. qualiter in antiq.& dec. 98.& 254. Auditor. in no. prout neque ſuas exequi poſſint ſententias: prout faciunt cæteri delegati: vt per Rot. 614. nota quod licet iudex in antiq.cum ſi. Et quamuis non quod Romæ factum eſt,ſed potius quod fieri debuit, ſpectandum ſit: vt inquit tex. in l.ſed licet.ff.de offi.præſ. nihilominus ob morũ grauitatem,ac præcellentem doctrinam in quolibet genere virtutum tot illuſtrium doctorũ
20 ac pęminentem illorum dignitatẽ, cõcluſiones & obſeruantiæ ipſorum, quaſi magiſtrales, & cõem opinionem facientes,ab alijs iudicibus regulariter pro tempore obſeruandæ & amp extendæ ſunt, ſecundum Io. de Imol. & And.Sic.in c.ſi ol m. el 1.col.11. de reſc.arg. tex.inſt.de ſatiſd § fi.in fi. & c.cum non liceat. de maio.& obed.ponit Caſſad.dec.fi. col.fi. de conſt. & dec.9. in fi.de cauſ.poſ.& prob. & dec.17. in fi. de præben. Facit etiam quod ponit Dec.conſ.699.accepi.nu.4.lib.5.dum dixit, ꝙ ſtylus ſacri palatij dicitur ius,licet ex facto proueniat: quæ ſunt verba

ba Rotæ 710.not.quòd ſtylus,in antiq.

His itaque de Romanæ curiæ iudicibus primarijs,pro iuuenum aliquali cognitione præcurſus, ad primum redeundo,diximus delegantē oportere eſſe iudicem ordinarium vel ſaltē a principe delegatum:vt alteri cauſam cognoſcendā demandare poſſit.l.cum prætor.ff.de iud.l.a iudice;vbi ponūt ſcrib.C.eo.ti.c.Paſtoralis.c.quāuis. de off. dele.c.cām quæ.de ap.& ponit Rot.164.de offic.le.in no.

21 Quinimò ét principis delegatus multoties alteri ſubdelegare nequibit;puta ſi cauſa eidem per verbum mādamus,vel præcipimus ſibi foret ab ipſo principe commiſſa: quo caſu eadem alteri non ſubdelegabit, ſm gloſ in l.ſæpe audiui Cæſarem.ff.de off.præſ. quæ aſſerit curiales.D. N.Papæ,& Imperatoris ita diſtinguere; cum talia verba neceſſitatē inferant:quā glo.ſequitur Bal.in Spec. de iud. deleg.in fi.ver.quādo eſt præceptum,& eam totus mūdus approbat, inquit Alex. in l.& quis.ff. de iuriſ.om.iud. & Fel in c.eam te.col.7.ver. Nihilominus. de reſcrip.

Vel ſi dictum fuiſſet ꝙ cauſam eandem ipſe delegatus cognoſcere deberet:quoniā per verbū illud,deberet,videretur idem delegato neceſſitas impoſita cauſam per ſeipſum cognoſcendi. c.1. vt eccl. benefi. l. prætor. in prin. ff.de eden.cle.2.& ibi glo.in verb.debet.de ſtat.monac.de qua per Bal.in d.c.eam te.ver. circa hoc de reſcri.

Seu dictum fuiſſet,ſuper quo cōſcientiam tuam oneramus &c.quia & tunc ſubdelegatio videtur prohibita, & electa induſtria perſonę:vt per Imo.Abb.& alios in c.fin. per illum tex.de off.dele.Alexan.in l.an dice.C. de iud.& Bal.in c.ſi pro debilitate.in 3.col.de offi.dele.ponit Spec. in tit.de offi.deleg.ver. Item quòd iniunctum eſt ei, &c.

Aut fuiſſet dictum,ꝙ per ſeipſum cognoſceret: vt per Abb.in d.c.fi.& Alex.in l.1.ff.de offic eius.Et generaliter vbicūq; ex verbis cōmiſſionis, vel alias deprehendi poſſet electam fuiſſe perſonæ induſtriā: prout eſt qñ dicitur de induſtria & circunſpectione tua confidentes,per Apoſtolica ſcripta mandamus, &c.vt declarat Ioan.And.in d. c.fi. ver.iniungitur. de off.dele. & Ioan.Mil.in verb.man-

R datum

datum an tranſeat, &c. aut diceretur authoritate noſtra cognoſcas, vel per te. te cognoſcas, &c. vt per Bal. Card. Imol. Panor. in c. fi. de dolo & cont. de quibus omnibus latè per Doct. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. vbi Felin. de offi. deleg. & c. cū cauſam. de appel. & ponit Ca. deciſ. 151. Virginalis col. 2.

22 Intellige inſuper de delegato a principe ſuppremo, aut ſuperiore de facto, vel de iure non recognoſcente: & cuius cōſtitutio ius ciuile, non autem prætorium conſtituit, ſecundum Bar. in l. 4. in §. 1. in fi. & ibi Imol. ff. de dam. infect. Alex. in l. 1. in 5. col. de offi. eius &c. Vnde delegati ab epiſcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & ſimilibus, non ſubdelegabunt: cum delegantes primis ius prætoriū non ciuile conſtituant, ſecundum eundem Bar. in l. ſciendum. ff. de verb. obli. & in l. fi. ff. de pen.

23 Delegatus tamen legati de latere, ſeu cardinalis, ad inſtar legati proconſulis ſubbdelegabit. l. cū prætor. de Iudic. l. legatus, ſecundum vnam lecturam. de offi. proconſ. huiuſmodi nāque legati procōſulibus pronunciantur adequantur: vt dicit tex. in c. legatos. de offic. leg. in 6 & quod ſubdeleget, tenet Abb. p illū tex. in c. cum Bertol. in 7. col. de re iudi. Bal. in d. l. a iudice. C. de iud. Fel. in d. c. cauſam. in 8. q. de app & c. ſuper queſtionum. §. ſi verò. de offi. dele. & per eundem in c. ſi quis contra. col. fi. de for. compe. vbi æquiparat delegatum legati, delegato principis.

24 Præterea ſi foret ad vniuerſitatē certarū cauſarū delegatus, aliquam ex illis alteri ſubdelegare poſſet l. 1. §. fin. ff. quis & a quo tenet gl. & ibi Bar. & ſcrib. in l. & quia de iuriſ. om. iu. & in l. legatus. de off. procon. & legat. & in l. fi. ff. de offi. eius. & gl. in ver. delegatus. in d. c. cū cām de ap.

25 Vnde vicarius epiſcopi licèt non poſſit alteri ſua vices in totū cōmittere, & aliū facere vicariū, aliquas tamē cās, vel etiam certam illarum ſpeciem puta cauſas temporales ſpiritualibus ſibi retentis, committere & demandare poterit: prout notatur in c. clericos. de offic. vic. & c. 1. eod. tit. lib. 6. de quo per Rot. deciſ. 378. fuit dubitatum vtrum vicarius. & 350. licet officiali. in no. quæ in caſu quo lo-

quitur etiam abſque ſpeciali mandato videntur procede re poſſe per prædicta:& quia talis ordinarius eſt cap.Tua nobis.de offic. ord.c.2.de conſue.lib.6. cap. Romana. de app.eod. lib. vide per Cardi.deciſ.151.virginalis.

26 Et quamuis(vt diximus) delegatus principis regulariter poſſit cās ſibi delegatas, ēt ſi criminales forent, alteri ſubdelegare: vt per glo. cōiter approbatam: vt atteſtatur ibi Paul.in l.fi.C.qui pro ſua iuriſ. cū plurib. alijs ad hoc per Boer.cumulatis deciſ.6.col.fi. vbi videas tenet Guid. Pap.q.624.clarum & Capic.deciſ.151. num.6. Sub delegatus tamen ab eo (ne res in infinitū procedat)alteri ſubdelegare nequibit: vt per gl.magnam in princ. in c ſuper quæſtionum. §.porrò. de offi. dele.quam ſequitur Abb.in c.cum Bertoldus.col.19.de re iud.& Alex.in rub.ff.de off. eius &c.col.3. verſi.nono probatur & Iaſ.in l.1.col.18.in prin.eo.ti. Licet ordinarius hoc poſſit, videlicet delegato ſuo poteſtatem dare, vt cauſam alias delegabilem alteri ſubdeleget:& in hoc principis delegatus, eſt inferioris cōditionis quam ordinarius, ſecundum glo.fi.in c.is cui. de offi.deleg. in 6. quam tenet communiter Doct.in l.more maiorum. vbi Fulg. aſſerit ita intrepidè tenendum: & q̄ ſit communis Doctorum opinio atteſtatur Imol.in cle.1. de offic.deleg.& Alex.in d.rub.de offic.eius.

28 Præmiſſa intellige, ēt q̄ coram ſubdelegato lis fuiſſet conteſtata: q̄a alteri nihilominus cām illam delegare non poterit.l.ſoliturn iudiciū. ff de iudi. qui indiſtinctè loquitur, ſecundum Cy.& alios in d.l.a iudice. & Guil. Bar.& cōiter alios in d.l.& quia licet gl. ibi.& in fin. C. vbi apud quos.& l.legatus. de off.proconſ. ad inſtar.procuratoris qui litem conteſtatus eſt talē ſubdelegare poſſe voluerit.

29 Inſuper ratione delegantis inſpiciendum fuerit, an quid tempore delegationis iuriſdictio competierit ipſi deleganti, actu,& potentia:ideſt an ipſe delegans tunc temporis cauſam, quam delegauit, liberè cognoſcere, & terminare potuerit; quia inſpicimus an delegans cognoſcere valuerit: vt ſic demum delegatio teneat: inquit tex.in l.vnic.in prin.C.qui pro ſua iuriſ. [illegible]

30 Vnde antequam proconſul ingrediatur prouinciã ſibi decretam, ſi alteri ſubdeleget: talis ſubdelegatio non valeret: quia delegans tempore illo cognoſcere non potuiſſet l. obſeruare. §. fin. ff. de offi. procon. cum alijs de quibus meminit Capi. qui hoc tenet & declarat deciſ. 151. virginalis col. fi. iuriſdictio namque inefficax in delegante, erit eadem in delegato: quia partibus eius fungitur. l. ſolet, de iuriſdictione omn. iudic. l. 1. qui mandatam. ff. de offic. eius &c. & ita arguit gl. in verbo proponatur. in cap. iudex ab apoſtolico de offic deleg. in 6.

31 Neque prodeſſet, ꝙ ex poſt eidem deleganti ſuperueniret poteſtas & iuriſdictio; quoniam delegatio, & proceſſus illius vigore illud vſque facti, non validarentur, neque conualeſcerent; quia ipſa delegatio ex iure (etiam ex cauſa de præterito) ſuperueniente prout ex nunc, non prout ex tunc, confirmaretur. per tex. glo. Bar. & Bal. in d. l. obſeruare. §. fi. & gl. Bar. & Bal. in l. 1. C. vbi de cri. agi. & glo. in l. vnic. in verb. patientiam. C. qui pro ſua iuriſd. declarat Bal. in l. eum qui. de iuriſ. om. iud. ponit Spec. in tit. de Iud. deleg. §. excipi poteſt. verſi. quid ſi committens. & Canoniſtæ in c. cum ex offic. vbi poſt Ioan. And. But. & Imol. ponit Abb. col. 9 ver. 2. q. & Feli. ibi. verſi. 7. cõcluſio de præſcri. & tenet Alex. conſi. 132. ponderatis. col. fi. in prin. lib. 6 Guid. Pap. 286 iudex cum vulg.

32 Igitur ſi delegans tempore ſubdelegationis eſſet publicè excommunicatus, ſubdelegare non poſſet: cum exercitium ipſius iuriſdictionis videatur impeditum: prout hoc tenet gl. in c. 1. in verſi. recipiunt. de offic. vic. cap. ad probandum de re iud. c. aduerſus. §. quia verò. & ibi gl. de immunitate eccleſiæ. & (vt dixi) intellige de publice excommunicato, & quando pro tali cõiter habetur: alias ſi tanq̃ nõ excõmunicatus haberetur, vel toleratus fuiſſet: actus, & geſta per ipſum valerent: arg. l. Barbarius. ff. de offic. præſ. & l. 2. & ibi Bal. C. de ſent. l. 1. C. de teſta. cap. 2. 3. q. 7. notat glo. in c. 1. 23. q. 1. & ponit Hoſt. in ſumma de offic. ord. §. quis poſſit eſſe. in fi. impeditus ergo impedimento iuris alteri committere non poteſt ſecundum Specul. de

iud.

iud.dele.§.excipi.ver. ſed quæritur quæ impotentia.& ibi Bal.in add.in verb.impeditus.

33 Et idem intellige,ſi alio quouiſmodo iuriſdictio delegantis tunc fuiſſet impedita,ſeu ſuſpenſa,puta per legitimam partis recuſationem: quia poſt illam delegatus non poterit ſubdelegare c. iudex ab apoſtolica. de offic. dele. in 6.licet ordinarius recuſatus,alteri cauſam delegare poſſit c.cum ſpeciali.de app.c.ſiquis contra. de for.compe.

Idem etiam foret,ſi iuriſdictio efficaciter nondum tráſiſſet; neque eſſet vere ipſi delegato ſubdelegare volenti quæſita: prout habes exéplum d.c.ſi iudex iuncto c. quamuis.in fi.de offi.deleg.in 6.vel ſi iudex ſubdelegaſſet antequam literæ iuriſdictionales ſibi præſentarétur: cum exercitiũ nõ competat:neque vere acquiratur iuriſdictio ante præſentationem illarum: per quam efficaciter ipſum exercitium tranſit, & geſta per prius non tenent. c. ſuper eo.el 2.in fin. de appel.cle.1. vbi glo. in verb. receptis.de procur.Bal.in l.falſus.colum.6.ver.ſed pone.C. de furt.& in l.eum qui.ff.de iuriſ.om.iud.tenet Felin.in c.cæterum. ver.valet proceſſus. de reſcr. & in c.cum ex officij,nu.35. de præſcr.& in c.Suſcitatus.in 6.col.de reſcr.& in c.fin.in fi.de præſum.& c.eã te col.fi.verſi.fallit quarto. de reſcri. Io.Mil.in verb.iudex delegatus ſi ignorat. tenet Rot.vt deciſio.242.ſi vnus ex tribus & 459.circa tertium, in no. & 794.pronunciatio.in antiq. Ægid.conclu.110. Guid. Pap.q.286.iudex Aym.conſi.134. ſcripſi alias col.6.ver. 7.dico prout de arbitrio dicit Are.conſ.68. excell.domine ex præmiſſa etiam tenet Rot.conſ.353.quoad prin.ver. quoad 3.cum ſimi.

35 Siue ꝙ(puta) electus ad aliquam dignitatem ſeu officium,quibus inhæret iuriſdictio,anteq̃ confirmaretur,caſu quo confirmatio eſſet fiẽda, vel poſſeſſionem illius officij adeptus fuiſſet,alium ſubdelegaret; quoniam licet tali per electiõe iuriſdictio fuerit quæſita,exercitiũ tamen & adminiſtratio vere non competit; niſi poſt habitam confirmationem , ſeu officij actualem poſſeſſionem : vt eſt gl. & ibi ſcribentes in l. priuatorum. C. de iuriſ. om.

ſtud.& gl.per illum tex.in c.auaritię,in verb.confirmētur, de elect.in 6. glo. Bald.& alij in l.vnic.ff.de offic. præfec. Aug.igitur requiritur electio confirmatio, ac acceptatio, & poſſeſſionis acquiſitio.i.ingreſſus officij. l.Publius.ff.de cond.& demon.declarat Paris de ſynd.in ver.electio officialiū.§.in officijs.vbi vide, & ponit Bar. in d.l.Publius. ff.de cond.& demon.& l.ex eo.ff.de mil.teſt.facit gl.in c. quando.63.diſt.Spec.in ti.de reſcr.præſentatio §.ratione cauſæ.col.6.verſi. Item quod eſt obtentum ponit Abb.in propoſito in conſi.47.in prin.Chriſti cuiusq; matris.vol. 1.& canoniſtæ in c.tranſmiſſum. de elect. & Feli.in c.eam te. in princ.de reſcr. quamuis in Papa & imperatore ſecus ſit, quia illis per ſolam electionem acquiritur plenū ius, ac poteſtas, & illius exercitium, etiam ante coronationē, ſecundum communē ſententiā doctorum,prout de ea atteſtatur Imo.in cle.1.in 3.q.de iureiu. & Dec. illam fatetur & comprobat. conſ.588.col.2.ver.ſed his non obſtantibus,lib.4.gl.fi.in c.licet. & in c.auaritiæ. de elect.lib.6.

36 Vel pone ꝙ cauſa fuiſſet pluribus commiſſa cū clauſula,ꝙ ſi non oēs &c. & vnus ex eis antequā de impedimento collegæ conſtaret,ſubdelegaſſet:geſta nanque à taliter ſubdelegato non valerēt, cū cōmiſſio cēſeatur indiuidua, & exercitium vni nō cōpetat,antequam conſtet de collegæ impedimēto.vt per ſcribētes in c.prudētiam.vbi Inn. & alij.& c.pe.de offi.dele.ponit Bal. in addi.Spec.eo.ti.in verb.ſi committatur cauſa.& Mil.in verb.iudices delegati ſi ſint plures.& tenet Ro.dec.243.reſēto. & 166.in no. & 17 eo.lib.latiſſime per Fel.in c.ſuſcitatus. ver. oportet notum eſſe impedimentum.de reſcrip & Aym.conſi.182. col.3.in fi. Et idem foret in oībus alijs caſibus,in quibus, ex aliqua cauſa delegātis iuriſdictio impedita,vel ſuſpēſa foret:prout diximus ſupra loquendo de ordinario. Nam his caſibus ꝓcedit regula,ꝙ plus eſt ꝙ res ſit in actu,quā in habitu & potētia, vt notat.in l.1.in princ.ff.de aq.plu. arc.& in l. Labeo.ff.de ſta.li.& in l.hæ.actiones.ff.ad Velleia.quas ad propoſitum adducit Dec.conſ.609.quęritur circa fi.lib.5.& conſil.696. retenta prope fi.eo.lib.

Ad-

37 Aduertendum tamen fuerit, quod exceptio impugnans poteſtatem delegantis coram ipſo iudice delegato proponi & probari debet: quia ad ipſum tales exceptiones admittere vel repellere ſpectat c.ſubdelegato. & ibi gloſ.& Archid.& alij de offic.deleg.in 6.Spec.& ibi Ioan.Andr. in ver.cognoſcet. in §.excipi. verſ. ſed quid cognoſet. de offic.deleg. & dicam inferius in quæſt. fin. Et præſuppoſito quòd delegans potuerit delegare.

38 Secundo cui delegetur cauſa aduertendum erit: quia non oẽs iudices dari poſſunt ab his, qui iudicis dandi ius habent cũ tria principaliter ſint,quibus aliqui impediũtur, vt iudices nõ fiant, videlicet natura, lege, & moribus.

39 Natura vt ſurdus,mutus, perpetuò furioſus. & impubes: qui iudicio carent: vt magiſtraliter docet text. in l.cũ prætor.§.non oẽs.ff.de iudi.canonizata in c.2.verſic. tria ſunt 3.q 7. Nam cum ſubſtantia ipſius iudicij ſit,æquum ab iniquo ſeparare. vt in l.1.ff. de iuſti. & iur. quia iudicare eſt de iure diſceptare: iure aũt diſceptare eſt iuſtè iudicare, non poterit eſſe iudex is, in quem nõ cadat cognitio iuſtitiæ: vt arguit tex.in c.forus extra de verb.ſig. in tales aũt cognitio huiuſmodi cum ſit operatio intellectus quo ipſi carent, vel hebetatum & inutilẽ retinẽt, non cadit: cum abſentibus & dormiẽtibus ſimiles ſint & quicquid videant, ignorent: vt l.1.§. ſed furioſus.ff.de acqu. poſſ.& l.ſi ei.§.furioſus.ff.de iure cod.l. furioſus.ff. de reg.iur.iuncto tex.l.1.in fi.C.de falſa moneta.

Et de impubere vide tex.in l.fœminæ.§. impuberes.ff. de reg.iur.& l. quidam conſulebant. vbi ponunt ſcriben. ff. de re iud. & text. magiſtralem in c. cum viceſimum.de offic. deleg. vbi reperies in qua ætate iudex tam ordinarius, quàm delegatus conſtitui poſſit.

40 Et quoniam defectus & incapacitas iſtorum à natura ipſo prouenit, ideo à quoquam etiam ſupremo principe, ſuppleri non poterit; quia etiam Imperatori tollere non licet, q̃ iuris naturalis ſunt: vt inquit tex. in cle. paſtoralis. ver.cęterũ de re iud. Immutabilia ſunt.i.§. ſed naturalia iuſti. de iu. na. gen. & ciui.§.fin. de legi.agn.tutel. cod.lib.

delicet ob vitium, vel turpitudinem ſuam, aut aliquod aliud factum à lege reprobatum: vt propter quod eius ſtatus & conditio, apud bonos & graues viros aggrauata fuerit: vt habes multa exempla in text. magiſtralis, in d.c.infames.el 2.§.porro. & ibi gl.ord. 3.q.7.& in l.1. vbi Paul. ea multum commendat. ff. de his qui not. infam. l. infamem.ff de iud.poſuit Dyn. in reg.infamibus.extra de reg. iur.Bal.Imo. Abb.& Feli.in c. teſtimonium. de teſtib. vbi reperies quid ſit quotuplex. & quo irrogetur infamia de periuro autem nunquid in propoſito noſtro dicatur infamis habes in l.ſi quis maior.C.de tranſ.vbi ſcribentes & gl.in l.Lucius & ibi Bart.ff,de infa.& in l quæ ſub conditione.in verſ.interuen.ff.de cond.iuſt & gl.in c.quicunque.7.q.1.& Bal.in rubr. de iureiur.in fi. dum voluit quod is ſolum intelligatur deieraſſe,qui aliquid in futurum, non autem de præterito vel præſenti facere, promiſerit.

Is ergo qui per ſententia iudicis declaratus fuerit talis, vel quid tale commiſiſſe: per quod de iure vel de facto ipſi condemnato infamia interrogetur,a cœtu honeſtorum virorum ſemotus intelligetur:& antequam reſtituatur, iudex fieri non poterit: cum lex Iulia. repetund. hoc fieri vetet.l.Caſſius.ff.de ſenat.l. eadem.l.§.1.ff. ad l. Iul.repetun. quia talibus non patent portæ dignitatum, l.2.C.de dignit.lib. 12.c.infamibus. de re.iu. Et iudicare
45 honor ac dignitas eſt l.omnem honorem.C.quand.prouoc.non eſt neceſ. cap. vt debitus. de appel. ponit. Rot. 442.fuit dubitatum. in nouis.

46 Quinimo nedum tales prohibendi ſunt iudices fieri,ſed ſi facti fuerint,& aliquibus ſceleribus ſe maculaſſe conuincantur,omni dignitate & poteſtate exuti inter peſimos & plebeios habendi ſunt: neq; ſibi de eo honore blandiantur,cum ſeipſos indignos iudicauerint: vt inquit text. in l. iudices.C.de dignit.lib.12.

Et propterea ſi ob cauſam ſimilem ab obtenta ſunt deijciendi,multo magis repellentur ab habenda, vt dicit gl. poſt. tex.& ibi Io.de plat.in l.infamia.C.de decu.li.10.& Bal. in l.1.col.6.verſicu.nota quod confeſſio extra iudicium.C.de

con-

confeſſis monebat vnumquemque ab infamia valde debere pcauere: quia non ſolum in eo, quo quis infamatus eſt, ſed etiã in alijs, eius opinio aggrauatur, & bona fama,
47 qua populi amant, ſi theſaurus hominis ineſtimabilis, & iucundus, & ſicut lilium dans ſuauitatem odoris, vt ẽt comprobat Aym.conſi.145. viſo proceſſu in fi.

48 Idcirco criminoſi, fures, ſacrilegi, inceſtuoſi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, adulteri, hæretici, ſchiſmatici, iudæi, & alij qui Chriſtianæ legis normam abiciunt, ac pro alijs ſceleribus coniuncti & condẽnati, ac demum omnes quos eccleſiaſticæ & ſæculi leges infames pronunciant, iudices fieri a lege prohibentur: cum ab omni cætu fidelium, & proborum virorum, nedum a ſenatu, tales ſegregati exiſtant ac infames ſint: vt per text. in c. infames. 6.q.1.& ponit Spec.de offi.deleg.§.excipi poteſt.verſicu. Item quòd eſt criminoſus. & verſ. item.ꝙ eſt Iudæus.& Hoſt.eo.tit.§.cui poſſit delegare.verſi.integra fama.& de quibus poſuit Io.Bap.Peruſ.in tract.de arb.lib.4. in pluribus cc.& per eundem lib.2.eiuſdem tract. per totum & Bapt.a S.Blaſio eodem tract.de arb.q.5.principalis, cum pluribus ſeq.quæſt.

Et in ſpecie ꝙ Iudæis non ſint aliqua publica officia cõmittenda: per quæ occaſio eis tribuatur pœnam Chriſtianis inferendi. eſt tex.in c.nulla officia.54.diſt.& c.conſtituit.17.q 4.& c.cũ ſit.vbi ponũt ſcribẽtes, extra de Iu-
50 dæis.& l.fi.C.eo.tit.& Anch.conſi.271.de tit.col.2.Chriſtiani namque ſoli iuriſdictionis capaces exiſtunt, vt per Bar.& modernos in rub.de iuſt.& iur. pro quo facit text. in c.venerabile.ibi, hæreticũ vel paganum eligere &c.de elect.Car.in cle.Romani.in ptin. de iureiur. Quãuis ipſi Iudæi inter ſeipſos iudices fieri poſſint.l. ſi qua a contrario ſenſu.C.de Iudæ.& per Bart.in l.generaliter.§.fi.ff.de decur.Io. de Anania. & Felin. referens Florianum de S. Petro ita conſuluiſſe in d.c.Cum ſit. de Iudæ.

51 Viſurarius ẽt publicus, eſt ipſo iure, & abſque alia ſententia infamis: de quo in c.porrò.3.q.7. & in.l.improbũ fœnus.vbi gl.& Bal.C.de his qui nota.infa.& idẽ Bal.in l.

fratres.

fratres.ff.de inoffi.teſt.& Abb.in c.inter dilectos.in 3.notab.de exceſſ. prælato.

52 Erit nihilominus aduertendum,quoniam:ſi in reſcripto ſeu delegatione ipſius principis ſupremi, appareret eundem delegantem habuiſſe notitiam de qualitate, & conditione perſonæ ipſius delegati, tunc tacitè ſecum diſpenſaſſe videretur & habilitaſſe ad effectum commiſſa exequendi: ex quo princeps, qui & magiſtratum dedit, circa illum omnia agere poſſe decreuit. l. quidam conſulebant.in fi.ff.de re iu.l.2.ff. de iuriſd.om.iud.prout videmus idem fieri, quando ex certa ſcientia confert beneficium incapaci: Nam cum eo diſpenſat: & tollit quamcunque eius in habilitatem.l.idem Vlpianus.§.1.ff.de excuſa. tut. Bar.in l.2.C.ſi ſeruus aut liber ad decurio.aſpira.lib.10.gl.& ſcrib.in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub. & glo.in c.1.in verb.vtrum.44.diſt.l.Imperialis.§.ſimiles.vbi Bal. C.de nup.& Dec.conſi.614.in cauſa feudali. col.pe.& in lib.5.Anch.conſ.292. vltra poſt prin.

54 Et ſi actus huiuſmodi aliter fieri non poterat, ad eum ſuſtinendum, præſumetur principem plenitudine poteſtatis vti voluiſſe, vt declarat Fel.in c.1.col.8. nu.26.de conſt.& c.Cum dilecta col.16 verſ.limita regulam.de reſcr.& c.in cauſis col.2.verſ.obſtat. primo de re iud.& facit ad præmiſſa quod ponit Abb.in conſil.63. lib.1.Nam certa ſcientia principis habet vim ſpecificę diſpenſationis.ſecundum gl.in c.cauſa.de ęta. & quali. & Ang.in l.1. C.de ſent.paſ.refert & ſequitur Paris in lib. de ſyn. §.reſtat vnum col.2.prope fi.

55 Ideo diſputare velle an dignus & habilis ſit,quē princeps ſcienter elegit,inſtar ſacrilegij foret.l.diſputare. C. de crim.ſacr. eos autem ibi, quis enim non diligat. & c.in auth.vt iudices ſine quo.fuſtra.Et propterea eidem principi etiam contra morem, vel ius ſcriptum, reſcribenti parēdum eſt.c.Contra morem c.diſt.c.in memoriam.19. diſt. vel ſaltem alleganda cauſa, quare non pareatur.c.ſi quando de reſcrip.cap.Cum teneamus de prębendis.c.ex parte de offi.deleg.

56 Et præmiſſa intellige(vt dixi) vbi cõſtat de ſcientia & voluntate ipſius principis quia qñ princeps aliquid ex certa ſcientia facit, vſ ſuæ poteſtatis plenitudinẽ vti velle: vt dixit Bal. in l. eos in prin. C. de appel. & propterea nihil opponi pôt quod annullet:vt voluit idẽ Bal.in proœ.Decret.col.4.& ponit vtrunque Dec conſi.655. viſo eleganti.col.2.nu.22.li.5.Sed ſi idem princeps defectus,& qualitate taliter inhabilitantes ignoraſſet,nõ videretur diſpẽſaſſe.c.ſi eo tẽpore.de reſcr.lib.6. ponit Barto.poſt gl.in l. vniuerſis.C.de præcip.Imp.offe.& glo.in c.per diuerſitatem.in verb.communi.de conceſſ.præb.Barto.in l. ſi conſtat.ff.de app.Ægid.conclu.116.Si petens Abb.conſil.63. Omnipotentis.verſ.Secundo principaliter,lib.1.& Alex. in conſil.135.viſo,col.2.lib.7.& conſi.1.num.35.li.5.Caſſad.in dec.9.de reſcr. cum ſim.

57 Et in dubio contra ſimiles delegationes, & reſcripta, conſultius fuerit excipere,de obreptione, vel ſubreptio-
58 ne,aut defectu intentionis ipſius concedentis: quoniam cum talis præſumatur mens principis, qualis eſt mens legis,cum ſe viuere velle ſecundum leges profiteatur.l.digna vox.C. de legib.l. ex imperfecto. C. de teſtamen.l.ſi quando.C.de inoffi.teſt.propterea per ſimilem obiectionem & exceptionem ſuperſedẽdũ erit c. conſtituit.17.q. 3.& d.c.ſi qñ.& l.reſcripta.C. de prec.Impe.offerem.Plu ries namque ob nimiã petentium importunitatem, princeps non concedenda,concedit:vt l. 1.C. de pet.bo.ſub.lib. 10.c.ſi aliquando.de ſent.excom.not.gl.in d.c.ſi quando. in verb.qualitatem de reſcri.quo caſu nõ præſumitur pro ipſo principe,vel geſtis ab eo:vt dicit Rom.conſilio 436. quod indultum.col.pe.verſi.& ſi dicatur. quem retulit & ſecutus eſt Dec.cõſi.576.pro reſolutione.in fin.li.4.ponit Aym.conſi.135.verba decreti col.fin. & facit quod ponit conſ.103.viſis prope.fin. vbi dixit quod reſcriptum ob vitium ſubreptionis vitiatur ẽt quod impetrator eſſet ſanctus homo allegando Bal.in c.1.in fi.vt lit.pend.per illum tex.etiam ꝙ eſſet in reſcriptis appoſitæ clauſulæ,ex certa ſcientia &c. quia talis clauſula operatur ſolum quoad ea

de

de quibus præſumitur principē habere notitiam: vt ſunt illa quæ iuris ſunt: ſecus de his quæ ſunt facti: quoniam de his prȩſumitur ignorantia in ipſo principe: & propterea de obreptione ac intentionis defectu excipi poteſt: vt voluit Bal. in l.fi.col.5.C.ſent.reſcin.non poſ.quem ſequitur Alexan.conſi.23.viſo proceſſu. colum.fi.lib.5.& Dec. conſi.544.ſeruus col.2.verſ.quibus tamen, colum.fi.lib.4. vbi etiam idem dicitur de clauſula de poteſtatis plenitudine: quæ in tertij præiudicium non operatur: niſi quando cum cauſæ cognitione idem princeps proceſſit: vt tenet Rota 230. Papa.confirmando, in nota.cum alijs, de quibus ſupra ſub rub. An quælibet ſententia poſſ. dici nul.num.18.

59 Conuenit igitur contra ſimiles iudices excipere, ac ne procedant poteſtati, alias procedere poſſent: vt de inf.

60 inquit Spec.de iud.deleg.§.excipi. col.2. verſi. ſed nunquid infamis.& Bal. ibi.in verb.infamis poteſt. quoniam reſcripta & commiſſiones huiuſmodi cauſarum, etiam obreptitia & ſubreptitia, ac proceſſus illorum vigore facti, ſi non excipiatur iuriſdictionē & poteſtatem tribuūt: vt plenius per doct. in c.Cæterum & c.ad audiētiam.el 2. vbi late per Fel.& c.ſuper literis de reſcr.ponit Æg.cōcl. 485.& legiſtȩ in l.præſcriptione.per illum tex.C.ſi contra ius dummodo reſcripta & delegatione huiuſmodi cauſam eandem ab alio iudice non aduocarent: quia tunc ſubreptio ipſo iure vitiatet: vt eſt deciſ.Rot.deciſ.1.de reſcrip. per Caſſad.fallit etiam in pluribus alijs, in quibus ſubreptio iure vitiat: vt per Iaſonem in d.l.præſcriptione. & Fel.in d.c.ad audientiam.

61 Excommunicatus ēt cum infamis ſit. vt in c.infames. 6.q.1.& ponit Rom.in ſing.675. An excommunicatus.& 682.vbi hoc declarat.& q2 ab vniuerſa fidelium communione, & participatione amotus & ſegregatus eſt, idcirco iudex eſſe non poterit: ſed quandocunq; detectū fuerit eundē tēpore delegationis vel proceſſus fuiſſe publicè excommunicatū apparebit eius incapacitas: & geſta per ipſum nō valebūt: vt in c.approbandū, & ibi latiſſime ſcriben.

ben.de re iu.& gl.in verb.duraturis, in cap.pia de excep?, lib. 6.glo.& doc. ſuper verb.infamẽ. in c.ſuſcitari.de reſc. Ant.in c.intelleximus.de iud.Mil.in verb excõicatus non
62 põt eſſe iudex.& Bald. in l.1.C.de ſent. Peruſ.in tract.de arb.c.6. lib.4. & ſatis fuerit probare talem ante ſententiam, vel proceſſum, excommunicatum fuiſſe; quia & de præſenti, & quouſque de abſolutione conſtiterit excommunicatus præſumetur. c.ſicuti de ſent. excommunicationis.c.propoſuit.vbi gl.in verbo abſolutione. & ibi Inno.de cler.excom.mini.& eſt glo. ord.in c.cum in iure.de offi.deleg.Spec.in tit.de exce.§.nũc videndum. colum.5. verſi.ignorantia.& eſt dec.Rot.238.no.gl.in antiq.
63 Et ad effectum quod proceſſus non teneat, quis dicitur publice excommunicatus ſubſecuta denunciatione, vel declaratoria ſententia publicè lata; vt voluit Anch.conſ. 189.tribus de cauſis, in 2.colum.quem refert & ſeq.Fel.in c.Rodulphus.in verb declaratoria.col.5.de reſcr.& in c.ſi. in ſi.de excep. & c.ad probandum. col.3.verſi. & adde ꝙ de re iu. vbi etiam ponit de excommunicato vigore literarum executorialium:& idem tenet Dec. in conſ.522. in cauſa electionis.nu.13.lib.4.& per eundem Fel.poſt Abb. in c.prudentia.§.ſexta col.3.& Fel. ibi col.5.verſi. vtrum probat de offic.deleg.vbi voluit inſtrumentum denuncia
64 tionis, ad effectum repellendi aliquem a iudicio ſatis probare, licet in vim peremptorie, non probaret, ſecundum Io.And.in c.pia.in verſi.nomen, de excep.in 6.& c.licet. in verb.denunciari.de ſen.excom.eo.li.quẽ ſequitur Rot. dec. 400. ſi quis petit quæ aſſerit ita ſeruari in curia, & deci.252.licet ſi concertatio.in no.
65 Relegatus etiam ſeu bannitus cum ob eius vitium, & ipſe a ſenatu & communione ciuium, ac beneficijs reipu. ſeparatus exiſtat, excommunicato æquiparatur: vt per tex.in c.domino guerram.in vſib.feud.ſub rub.hic finitur conſtitutio.tenet Bar. in l.ſi quis arbitratur. col.ſi.verſic. quid de arbitratore ex bannito. de verb.obl.& propterea non poterit eſſe iudex neque arbiter; vt voluit Spec.in tit.de arb.§.differtur.verſ.ſed quid de bãnito.& ibi Ioan.

And.

And.latè poſuit Ang.in quæſtione incipiente, Duo inuicem. quos etiam refert & ſequitur Ioan. Bap. Peruſi. in tract.de arb.lib.4.c.5.cum duobus ſeq.& c. 19.eo. li.& de quo per Alexan.in l.1.§ 1.in fi. ff.ad Treb. & Ioan.And. in addi.ad Spec.in tit.de ſen.§.iuſta.in verb. & eſt excommunicatus. hic igitur ad inſtar illius in territorio banientis iudex eſſe non poterit: cum eorum quæ ciuilis iuris ſunt dictæ ciuitatis,incapax exiſtat; vt ſupra diximus: & de quo ponit Alex. conſ.126. animaduerſis. col.2.lib.2. & conſi.23.opportunè.col.3. & conſilio 26.circa. in prin. lib.1.& intellige quod talis reputatus incapax quoad ſui commodum, nam quoad onera & incommoda remanet ciuis & capax, vt declarat Bar. in l.Tutela. §.Item. ff.de cap.dimin. quem refert & ſequitur Fel. in c.intelleximus. col.2.in prin. & extrà de iud. poſt glo. in l.poſtliminium. §.filius.in verb.patria. ff.de ca.& poſtli.reuerſ.& Roman. conſ.73.circa nu.4.

66 Lege inſuper prohibetur alijs perſonis quam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, aut perſonatum obtinentibus, vel eccleſiarum cathedralium canonicis aut vicario,vel officiali Epiſcopi principali (non autem foraneo) ſeu prioratus conuentuales(non clauſtrales)obtinentibus a ſede Apoſtolica, vel eius legato, ſeu delegatis, cauſas committi, alias quicquid per huiuſmodi delegatos fieri contingeret, eſſet ipſo iure nullum cap. ſtatutum in prin. iuncto fi.& ibi ſcrib. de reſcrip. lib.6. iuncta cle.& ſi principalis,eo.tit.& ponit Hoſt.in tit. de iud. deleg.§.cui,col. 2.ver.gnarus. & Spec. eo.tit. §.excipi.colum.2. in fi.cum ſeq.& ibi Io.And.in vèrb. conſcribendo. & Ægid.concl. 81.conſenſus. vbi etiam dicit quod conſenſus partium in contrarium nihil operatur.& concl.478. proceſſus. Caſſ. ſuper reg.Dec.32.in fi.

Quod procedit etiam ſi Papa cauſas profanas, ac inter laicos committeret: vt per docto. in c.ſua nobis de ap.& concludit Alex.conſi.77. in cauſa & lite.colum.1.vbi plenè examinat. lib.2. Procedit etiam in executoribus apoſtolicis aliqualem cognitionem, non nudum miniſterium,

tium,habentibus:vt tenet Rot.dec.99. nota quod executor.in antiq.& per glo.in verb.vices.in d.c.ſtatutum.in §. nullo.de reſcrip.in 6.

Quod tum ad honorē ipſius apoſtolicę ſedis inductum fuiſſe videatur:nō committendo cauſas ſimplicibus & pannoſis clericis:aut alias rudibus & priuatis perſonis,ex quo vices delegantis gerunt,authoritas illius in perſona, & taliū miniſterio vilipenderetur,prout declarat gloſſę & ſcribentes in d.c.ſtatutū. in verb. ſedis apoſtolicæ. & in verb.
67 committatur. Idcirco cum ratio hmōi magis militet ratione dictæ ſedis q̃ aliorum diſpoſitio. d.c. ſtatutum. non comprehendet alios iudices ordinarios delegare volentes, qui cauſas etiam ſimplicibus clericis delegare poterunt: vt per glo. in d.c. ſtatutum.in verb. ſedis. & gloſ.in verb. delegatorum. in clemen. 1. de reſcrip. nam etiam
68 ſimplices clerici iudicandi mūnere de iure fungi poſſunt.l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio.ff. de arbit.capit. ſed nec cum cap. ſequen. & ibi Abb. & cæteri ne clerici.vel mona.Idem Abb.poſt Anto. in cap.2.de iudi.& ſequitur Alexand.in d.conſil.77.col.3. in verb. nec obſtat. l.2.etiam quod delegantes eſſent ſeculares,vel cauſę forēt profanæ, vt in c. Archiepiſcop. extra de raptori. Prout
69 econuerſo iudices ordinarij eccleſiaſtici, cauſas non ſpirituales laici cognoſcendas demandare poterunt; vt per gl.ord.in c.contingit. extra de arb. & ponit glo.in verb. præſumant.& ibi ſcrib.in d.c.2.de iu.& ponit Dec.conſil. 150.col.3. in fin.lib.1. & quando iudex ſecularis delegat cauſam vni clerico: nunquid eo caſu idē clericus delegatus, poſſit incidenter cognoſcere de cauſa ſpirituali. vide latè Fel.hoc ponentem & concludentem ꝙ non,in capit.Cum ſit.col.pen.& ſi de fo.comp.
70 Et aduerte, quoniam dignitas eccleſiaſtica conſueuit deprehendi ex quadam pręeminentia,ſeu inter alios prærogatiua: quæ inſurgit ex ſtilo in choro, & loco in c. vt per Ro.dec.462. Fuit dubitatum & 451. fuit dubitatum vtrum propoſitura.in no.vel quando haberet adminiſtrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione: vt no. doct. in

c.de

e.de mulcta.de præb.& c.1. de conſue. in 6.facit tex. in l. honor.in prin.ff. de munerib. & honor. & declarat Old. in cõſ.150.in Eccleſia Valentia tangit Alex. in d.conſ.77. in his tamẽ plus attẽditur cõſuetudo,quã ius cõe: vt inqt glo.in c.ad hæc.de exceſ. prælа. & Card. conſi.62.in Eccleſia Bellon.& Rot.dec.173.de Theſauraria.in nou.

71 Moribus,id eſt conſuetudine legibus roborata,iudices fieri prohibentur fœminæ,quæ ab omnibus officijs ciuilibus & publicis regulariter remotæ ſunt: vnde nec iudices eſſe,nec magiſtratus gerere poſſunt.l.fęminæ.ff. de re iud.& d.l.cũ prætor.ff.de iud.c.2.3.q.6. mulierũ.33.q.5.Prout nec arbitris.l.fi.C.de arbit.c.dilectus.extra.eo. & ratio prohibendi fuit:ne cõtra pudicitiam ſexui naturaliter congruentẽ in publico eſſe,& officia virilia tractare videãtur l.1.§.ſextũ.ff de poſtul.ẽ. quia iudicare vltra ſexum fœmineæ infirmitatis officiũ eſt l.1 C.quand. mulier tutor.off. & qm mulier ad immaginẽ Dei facta nõ eſt,ſicuti vir: & quia ipſa viro ſubeſſe dẽc,nõ ecõtra.c.hæc imago. & c.cũ ca.33.q.5.ponit glo.in c.dilecta.de maior. & obed.& propterea Bar.in l.1.col.2.verſic.ſed an poſſit.C.de mune.& hono.lib.10.dixit non reperiri iure cautum,ꝙ de iure cõi mulieribus tribuãtur honores cũ adminiſtratione præter quã in Abbatiſſis monialium.quę de iure canonico fiunt. Et ponit Abb.in c.Significauit.in 3.notab.de reſcrip prout refert & ſequitur Deci.conſi.515.quoniam,col.6.ver. non obſtat quòd dicta ſententia lib.4.

72 Licet quandoque diſpenſatiue cãs ẽt ſpirituales mulieribus demãdatas eſſe cõpertum ſit, prout legitur in c.Menuia.2. q.5. & per glo. in c.1.in verb. mulieres.15.q.1. & in d.c.dilecti.de arb.ponit glo.& ibi Barto.in l.vnic.C. de mulierib.& in quo loco & c.lib.10.per Dec.in d.l.fęminæ.

73 Iure tamẽ hæreditario fœminæ ſuccedere pñt in iuriſdictione, & illam ẽt ſeipſas exercere,ſicuti de Ioanna regina referunt Hoſt.Imol. ꝙ Panor.in d.c. dilecti.& Ang. ac Paul. in d. l. cum prætor. & Dec. in d.l. fœminæ atteſtantes eandem ſeipſus fuiſſe viſam in ſolio regio ſedente, & capitales ſententias ferentem:& firmat Alexan.conſ.1.

S col.

col.6.& conſi.24.ponderatis,col.4.lib.5.& Dec.conſi.32. in fi.lib.1.& conſi.413.conſuluit. in fi.lib.3.

74 Serui etiã moribus iudices fieri impediuntur: quia pro ad ius ciuile attinet,pro mortuis reputantur.l quod attinet.ff.de reg.iuris d.l.cũ prætor.& l.ſeruus. vbi not.C.de iud.c.2.4.q.7.Niſi pro liberis reputarentur: quia tunc ob cõem errorẽ, & publicã vtilitatẽ geſta per ipſos ſuſtinerẽtur: vt l.Barbarius.& ibi ſcrib. de offic.præt. & l.1.C.de teſt.& l.2.C.de ſenten.Anch. conſ.287.iſte.6.col.fi. Nam diſpoſitio dictæ legis Barbarius procedit ẽt in ſimplici de legato per eandem rationẽ & per text.in d.l.2. & eſt cõis opi. vt per Fel.in c.dilecta.col.2.& in c.Sciſcitatis colum. 4.verſ.diſpoſitio.l. Barbarius.extra de reſcri.

76 Et ad inſtar ſeruorum ẽt monachi, & religioſi iudices fieri non poterũt:cũ & ipſi illius religionis, quam profeſſi ſerui ſunt, dicantur: & quoad ſecularia, & ciuiles leges pro mortuis habentur, ac ſint a cœtu ſecularium penitus ſegregati.c. placuit. el 2.& c.monachi.16.q.1. c. cauſam
77 quæ.de iud.c.ex parte. de accuſ.c. vnic. extra de Sind.& gl.in d.l.1.§.ſextum quę iſtos mulierib.adęquauit quamuis frequentius conſueuerint ſeruis æquiparari. & iura loquẽtia de vno ad aliũ extẽdantur:vt per gl.in auth. cauſa quæ.C.de ſacroſ. eccl. tradit Inno. in c.cum olim. col.4. de priuil.& Bar.in l.1 §.1.ff. de arbi. & in l.1.cum plurib. ſeq.ff de ſtipul.ſeruo.aliquid ponit Anch.conſil.202.poſt prin.vbi quærit an eſſe poſſint execut.& Angel.in conſil. 222.primus col.pen.

Quod indubitãter pcedit in fratrib.ordinis minorũ,q̃ funditus pro mortuis hñr: & voluit Bal.in l.cũ acutiſſimi.
78 col fi.C.de fideicõmiſ.& cõſ.477.proponitur.lib.4.quem ſequitur Dec.in conſ.494.quod ſupra.& latius conſ.499. in cauſa quę Papiniani,vbi de iſtis fratribus plura poſuit, per tex.in cle. exiui de paradiſo. de verb.ſig.lib 4 & concordat cum Bal.aſſerens illos omnino incapaces.

19 *Prodigus id eſt, qui nec tempus nec finem expenſarum habet in quibuſdam pupillo, & in quibuſdam furioſo adæquatur.*

20 *Sententia lata contra eum cui bonis eſt interdictum abſq; ſuo curatore non valet: lata tamen in fauorem erit valida.*

21 *L. non eo minus. C. de procur. loquens in minore extenditur ad omnes qui tutoris vel curatoris auxilio iuuantur.*

22 *Prodigus ad inſtar pupilli cum ſit doli capax tenetur ex ſuo*

delicto vel quaſi, ſecus in infante, vel furioſo.

23 Prodigus quantumuis notorius antequam ſit bonis interdictus, habet legitimam perſonam.

24 Mulier luxurioſa adæquatur prodigo quia honoris ſui eſt prodiga.

25 Mutus & ſurdus adæquantur furioſo & infanti, ex quo in eis deficit operatio intellectus.

26 In iudicio inter litigatores cõtrahitur, ſcilicet per petitionem, & reſponſionem & ſupra nu. 14.

27 Cæcus pro ſeipſo in iudicio ſtare poteſt.

28 Minores 25. ob fragilitatem conſilij eorum ſtatum meliorem per ſeipſos deteriorem autem facere non poſſunt.

29 Minor in iudicijs ſine interuentu curatorem nec ciuiliter nec naturaliter obligatur: vnde fideiuſſ. non accedit.

30 Minoris contractus mero iure tenet: licet ſi fuerit læſus ope reſtitutionis reſcindatur.

31 Minor coram arbitro ſaltim naturaliter obligatur.

32 Minor ſine curatorem habeat, ſiue non: regulariter in iudicio ſtare non poteſt.

33 L. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſt. mi. non procedit in iudicijs.

34 Sententia interlocutoria contra minorem ſine interuentu curatoris lata, eſt nulla, & in hoc in quacunque inſtantia.

35 Minor in quibus caſibus ſine interuentu tutoris poſſit in iudicio ſtare.

36 Minor non arcetur à iudicio tanquam inhabili: ſed proceſſus illis præiudicialis irritatur.

37 Minores & pupilli velle nolle ad illorum commodum: ſed non ad præiudicium habere cẽſetur.

38 Minoritatis exceptio quandocunque tam ex parte minoris quàm aduerſarij opponi poteſt.

39 Filiusfamil. in poteſtate patris exiſtens ſine patris aſſenſu regulariter in iudicio eſſe non poteſt, videlicet ſuper his quorum proprietas vſufructus ſeu exercitium iurium patri competiuit.

40 L. non ſolum. §. neceſſitate, de bonis quæ lib. intellectus & ratio ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Filius

41 *Filiusfamilias in cauſis in quibus patri nihil quæritur abſque conſenſu patris in indicio ſtare poteſt.*

42 *Filiosfamilias minori agere volenti etiam in cauſis in quibus poteſt ſtare ſine conſenſu patris curator eſt deputandus.*

43 *Filiusfamilias gaudet beneficio l non eo minus. C. de præc.*

44 *Filiosfam. in caſu quo præſtandus eſt patris aſſenſus, debet ſaltim præſtari tempore quo lis conteſtatur, non poſt.*

45 *Filiusfamilias in præparatorijs iudicis eſſe poteſt ſine conſenſu patris.*

46 *Seruus quo ad ciuilia pro mortuo habetur, propterea nec actiuè, nec paſſiuè in iudicio ſtare poteſt etiam quod pro libero ſe gerat.*

47 *Monachus & religioſus quoad ciuilia ſeruis æquiparatur.*

48 *Monachorum ſubreptio concurrente vtilitate monaſterij filialis potius quam ſeruilis reputatur.*

49 *Monachi quibus caſibus poſſunt in iudicio ſtare.*

50 *Inhabiles & quātumuis incapaces, ad ſe defendendum idonei reputantur.*

51 *Bannitus extra rempublicam ſuam eiectus ſi ab Imperiali culmine, perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis communis: ſi à ſola ciuitate perdit quæ ſunt iuris illius ciuitatis retenta poteſtate iuris communis.*

52 *Audientia ſi per ſtatutum ſeu iudicem alicui denegetur, efficitur adeo inhabilis, vt ſententia pro eo lata ſit ipſo iure nulla.*

53 *L. ſi reſiſtit potentiæ & actui ex actu in contrarium facto nulla oritur obligatio.*

54 *Pœna non extenditur vltra territorium ſtatuentis.*

55 *Bannitus captus extra territorium bannientis relaxari debet.*

56 *Filiusfamilias licet venia non petita non poßit in ius vocare patrem ſuum ſi tamen ſecus ſecerit patre non excipiente iudicium tenet: licet pœnam incurrat.*

57 *Illuſtres perſonæ per ſe ipſas in iudicijs ciuilibus intereſſe non poſſunt.*

58 *Verbum caret importat ipſo iure.*

59 *Mandati procuratoris defectus ad inualidandum proceſſum quandocunque etiam vſque ad mille annos opponi poterit.*

60 *Mandati defectus ex quo facit deficere conſenſum magis eſt & inſanabilis, vt puta à iure naturali proueniens repu- tatur.*
61 *Mandati defectus habet in ventre defectum citationis, ideo inſanabilis.*
62 *Mandati defectus probatur ex actis.*
63 *Mandati defectus etiam ſi procurator in iudicio fuerit admiſſus ad inualidandum acta, non ad repellendum procurat, vel extorquendum ab eo cautionem de rato, ſeu vt ipſe probet ſe procuratorem quandocunque poterit opponi.*
64 *Rati cautio ſolum legitimat perſonam procuratoris quamdiu dubium eſt de mandato.*
65 *Procuratoris falſi geſta domino abſenti non præiudicant.*
66 *Iudex ex officio poteſt mandatum comparentis requirere.*
67 *Procurator falſus tenetur ad refectionem damnorum, expenſorum & intereſſe vexati.*
68 *Procurator falſus poteſt tanquam falſarius puniri.*
69 *Doctorem ſi quis falſo ſe geſſerit vt falſarius punitur.*
70 *Mandatum procuratoris poterit ad ſuſtinẽdum proceſſum probari per teſtes ſeu per ſigillum publicum.*
71 *Mandatum non ſufficit probari per verba enunciatiua in quacunque ſcriptura enunciatur.*
72 *Sententia inter falſos procuratores lata quoad ipſos valida exiſtit.*
73 *Mandati defectus non poteſt per diuerſam partem ſuppleri in præiudicium abſentis.*
74 *Mandatum ad id de quo agitur non ſe extendens non poteſt dici mandatum, ex quo circa illud nil mandatum exiſtit.*
75 *Mandati verba diligenter ponderanda ſunt.*
76 *Mandati limitati & capitioſi forma qualis ſit.*
77 *Mandatum quamuis generale non comprehendit niſi cauſas quarum exercitium competit conſtituenti ex iure quo conſtituit.*
78 *Mandatum factum pluribus non transfert exercitium poteſtatis cuilibet inſolidum ſed pro rata.*
79 *Mandatũ in cauſa ſpirituali factum pluribus, cuilibet transfert poteſtatem inſolidum.*

Tuto.

80 *Tutores plures ſimpliciter dati, quilibet cenſetur datur inſolidum.*

81 *Procurator ex parte rei conſtitutus ad agendum, non poteſt eundem conſtituentem defendere abſentem in cauſa ciuili.*

82 *Cuilibet eſt permiſſum data cautione de iudicato ſoluendo abſentem defendere.*

83 *Proceſſus non poteſt ſuſtineri ab ea poteſtate qua quis non comparuit, neque vſus eſt.*

84 *Procurator ex parte actoris conſtitutus ad agendum eundem defendere poteſt.*

85 *Mandatum procuratoris eſt ſtricti iuris, ideo non extenditur ad cauſas ſeu perſonas in eiſdem non comprehenſas.*

86 *Procurator conſtitutus ad agendum contra vnum, non poterit eandem cauſam proſequi contra alium, quia mutata perſona cenſetur mutata cauſa.*

87 *Mandatum generale cum libera ſufficit etiam in cauſis ſpeciale mandatum requirentibus.*

88 *Cauſa & ius dicuntur de præſenti inſtantia verò eſt de futuro: ideo procurator datus ad cauſam quam quis eſt habiturus, cauſa capitur pro inſtantia.*

89 *Mandati clauſula videlicet ad omnes alias eius cauſas & c. licet apta ſit comprehendere omnes cauſas, tamen mandatum ſpeciale requirentes non comprehendit.*

90 *Cauſæ requirentes ſpeciale mandatum, remiſſiue.*

91 *Procurator generalis agens in cauſa requirente ſpeciale mandatum dicitur falſus procurator.*

92 *Cauſæ criminales non comprehenduntur in mãdato generali.*

93 *Cauſæ beneficiales ſub generali mandato includuntur.*

94 *Mandato generali non includitur id propter quod principalis, aliqua pœna illaquearetur.*

95 *Procurator cum poteſtate appellandi non poterit appellare in cauſa executiua.*

95 *Mandatum ſpeciale qualiter intelligatur, & in quo differat à mandato ſingulari.*

97 *Procurator in cauſa magis ardua & graui in dubio cenſetur conſtitutus.*

98 *Procurator ſimpliciter ad omnes cauſas conſtitutus, intelligitur*

tur datus ad præſentes non ad futuras, de quo vide, quia articulus eſt dubius.

99 Procurator conſtitutus ad cauſas deuolutas in non deuolutis ſe non intromittit: & intelligitur quod ſint deuolutæ tempore conſtitutionis, etiam quod eſſet datus ad cauſas motas & mouendas.

100 Procurator dari poteſt ad certam cauſam ſub certa conditione, ex die & vſque ad diem.

101 Procurator conſtitutus in certa cauſa contra Sempronium cum clauſula, & ad omnes alias eius cauſas, intelligitur reſpectu eiuſdem Sempronij.

102 Prorogandi iuriſdictionem ſpeciale mandatum requiritur.

103 Procurator cum poteſtate ſubſtituendi ſi recipiat & expreſſe vel tacitè acceptet mandatum ſubſtituere non poteſt.

104 Procurator cum poteſtate ſubſtituendi ſimpliciter alium habilem & acceptabilem ſubſtituendo non remanet amplius procurator.

105 Procurator ſubſtitutus à procuratore expreſſam poteſtatem ſubſtituendi habens ab ipſo domino cenſetur ſubſtitutus.

106 Procurator ſubſtitutus vbi acceptauit onus cauſæ etiā quod eo non fuerit vſus, non poteſt à ſubſtituto ſine mandato ſpeciali reuocari.

107 Procurator ſubſtitutus poteſt cauſam proſequi, etiam quod antequam exceptaſſet ſubſtituens deceſſerit.

108 Procurator habens poteſtatem reuocandi ſimpliciter in cauſa procedendo, vel alium ſubſtituendo primo ſubſtitutos reuocare cenſetur.

109 Procurator ſubſtitutus effectus dominus inſtantiæ poterit alterius facere procuratorem, ſcilicet tanquam dominus litis effectus.

110 Procurator in cauſa ſummaria ſeu alias vbi lis non conteſtatur efficitur litis dominus, poſt quam cœperit tractare merita cauſæ.

111 Procurator abſque poteſtate ſubſtituendi datus, etiam quod conſtituens in mandato promittat conſtitutos & ſubſtituendos indemnes releuare, ex hac tamen ſubſtituere non poterit.

112 *Mandata habentia clauſulas ad omnia alia vtilia faciendum &c. & cum promiſſione de ratum habendo quicquid legitimè factum fuerit dicuntur captioſæ & recipi non debent.*

113 *Rati clauſula mandatum non ampliat licet quandoque mandatum importet.*

114 *Mandatum in quo conſtituens iurauit habere gratum quicquid geſtum foret &c. intelligitur quoad comprehenſum, eo, quia iuramentum non ſe extendit vltra id quo fuit actum.*

115 *Procurator antequam recipiat mandatum ſuę poteſtatis non poteſt quicquam facere ſecundum doctores ſeu ex ſtyllo palatij.*

116 *Procurator antequam accepit non eſt neceſſario citandus.*

117 *Mandatum a procuratore receptum licet non procurator tempore quo fit proceſſus: eo tamen quandocunque exhibito proceſſus detegitur validus*

118 *Mandatum poteſt quandocunque produci.*

119 *Proceſſus factus per audientiam contradictarum antequam procurator exhibeat mandatum cenſetur validus.*

120 *Rati clauſula facit vt geſta per procuratorem antequam recipiat mandatum ſint valida.*

121 *Mandatum non habere vel habere ex aliqua ratione inualidum adæquatur.*

122 *Procurator habens mandatum inualidum quantumcunque cum eo proceſſum fuerit non cenſetur legitimatus, quominus poſſit dici de nullitate proceſſus.*

123 *Mandatum ratione conſtituentis reputabitur inualidum ſeu conſtituenti rei, de qua agitur, non competat ſaltim adminiſtratio.*

124 *Inhabilis ad agendum per ſeipſum eſt etiam inhabilis ad procuratorem conſtituendum.*

125 *Habilis ad agendum per ſe erit habilis ad procuratorem conſtituendum.*

126 *Prælati Eccleſiarum abſque conſenſu capituli poſſunt pro rebus ſuarum eccleſiarum agere & defendere, & procuratores dare, etiam quòd bona ſint communia ſi diſcreta*

ſcreta non ſint.

127 *Magiſtratus municipales vt priores ſeu antiani pro rebus vniuerſitatis abſque conſenſu & interuentu illius non poſſunt procuratores conſtituere.*

128 *Tutor ſeu curator quibus adhuc vere ob aliquid non adimpletum non competit adminiſtratio rerum pupilli aut ſimilium non poſſunt quicquam facere vel authorare.*

129 *Coniuncta perſona ante litem conteſtatam non poteſt pro coniuncto alterum facere procuratorem.*

130 *Coniuncta perſona in cauſis ſpecialibus & æſtimationem non recipientibus non admittitur; quia in his cautio rati non procedit ſub qua ille admittitur.*

131 *Procurator abſque ſubſtituendi poteſtate datus ante litem conteſtatam ſubſtituendo, nihil agit.*

132 *Mandatum ratione conſtituti erit inualidum: ſi fuerit talis cum quo iudicium fundari non poſſit: vt ſunt ſeruus, monachus, vel religioſus, furioſus & ſimiles.*

133 *Minor 25. ſeu pupillus procurator conſtitui non poteſt.*

134 *Procurator ſi iure naturæ vel ciuili eſt penitus iudicij incapax conſtitui non poteſt, ſecus ſi ob aliquam cauſam accidentalem.*

135 *Exceptio (tu non es procurator) quandocunque ſed exceptio. tu non potes eſſe procurator, ante litem conteſtatam duntaxat opponi poteſt.*

136 *Excommunicatus tempore conſtitutionis non poteſt procurator conſtitui, & illius vigore quicquam agere non poteſt: ſecus ſi excommunicetur poſt.*

137 *Exceptiones quæ per conteſtationem litis non purgantur, poſſunt ad impediendum quandocunq; opponi, vt de excommunicato, vel ab eo qui audientia denegatur.*

138 *Mandatum ratione formæ erit nullum & inefficax. ſi non ſit in forma publica, puta manu tabellionis ſub ſigillo, publico, aut per epiſtolam principalis.*

139 *Mandatum eſſe debet cum ſuis ſubſtantialibus, & carere omni vitio viſibili.*

140 *Mandatum quid neceſſario continere debeat.*

141 *Mandatum quod fit ab exiſtente in aliena poteſtate vel gu-*

bernio fieri debet de conſenſu ſui ſuperioris vel adminiſtratoris ſi habuerit: alias cum decreto iudicis.

142 Mandatum quod fit à perſona inhabili, quæ loqui non poteſt, fit à iudice cum conſenſu adminiſtratoris, vel ab adminiſtratore cum decreto iudicis.

143 Decretum quod interponitur in ſimilibus mandatis ſeu deputationibus tutorum vel curatorum eſſe debet iudici competens, & cautela circa hoc iudicis competentis.

144 Procurator ſeu actor reo inhabili etiam abſenti & inuito, actori verò ſolummodo petenti, & præſens à iudice conſtitui debet.

145 Actor ſeu procurator ad lites non faciunt inuentarium.

146 Curator iurare debet vtilia facere.

147 Curator ſeu actor quando deputatur debet exprimi aliqua cauſa neceſſaria ſeu probabilis.

148 Tutor antequam actorem ſeu procuratorem conſtituat quid & quod adimpleuiſſe debet.

149 Tutelæ ſeu curatoriæ copia peti debet quæ danda eſt expenſis pupilli.

150 Tutor ſi ordinem quoad requiſita per eum adimplendo præuertit, non nocet prout dando fideiuſſorem minus idoneum.

151 Sindicus ſeu actor, quando conſtituitur, vniuerſitas ſeu collegium debet eſſe more ſolito & collegialiter congregatum ac quod duæ partes ex tribus præſentium, quorum nomina exprimantur conſtituant: de cuius conſtitutione vide hic.

152 Sindicatus pro publico inſtrumento præſumitur.

153 Sindici conſtitutio ſi eſt ipſo iure nulla: non obeſt etiam quòd iudex pronunciaſſet perſonam ſindici legitimam.

154 Sindicus ſeu procurator vniuerſitatis non eſt procurator ſingulorum.

155 Mandatum reuocatum, ſeu quodammodo reſolutum non dicitur amplius mandatum.

156 Mandatum durat, donec voluntas mandantis durare præſumitur.

157 Voluntas non præſumitur mutata.

158 *Mandatum poteſt expreſſe reuocari, etiam quod quis iurauerit non reuocare.*

159 *Mandati reuocatio expreſſe ad effectum proceſſum inualidandi debet formiter intimari parti ſeu iudici.*

160 *Solennitas & modus in concedendo obſeruatus debet etiam in tollendo & derogando obſeruari.*

161 *Procuratoris reuocatio quod reuocantem ſtatim afficit.*

162 *Procurator reuocetur etiam quod petat ſuper reuocatione audiri: & pendeat ſuper eo diſcuſſio eo interim quicquam vt procurator facere non poteſt.*

163 *Mandatum tacitè reuocatur, ſi principalis alium procuratorem ſimpliciter in cauſa conſtituerit, & hoc quandocunque & in quacunque inſtantia.*

164 *Mandatum primum vt reuocetur per ſecundum, requiritur vt ambo ad eandem cauſam vel ſimilem in ſpecie fiant.*

165 *Mandatum primum expirat per ſecundum, etiam quod ſecundum non habuerit effectum.*

166 *Mandata ſi fuerint duo ſub eadem data, attenditur illud quod minorem habet poteſtatem.*

167 *Mandatum tacitè reuocatur, ſi principalis ſimpliciter cauſam ſuam pertractet*

168 *Mandatum cenſetur tacitè reuocatum ſi principalis liti ſeu cauſæ cedat, aut rem ſeu eccleſiam cuius occaſione conſtituerat quocunque modo perdat vel amittat.*

169 *Voluntas iuris præſumptione deficit perſona, quæ voluerat deficiente.*

170 *Mandatum re integra morte mandantis diſſoluitur.*

171 *Mandatum in beneficialibus, & alijs in quibus non ſuper eſt aliquis legitimus hæres indiſtinctè etiam re non integra expirat more ciuili ſeu naturali mandantis.*

172 *Mortuo altero ex colligitantibus ſuper titulo beneficij in curia non citato aliter procuratore, proceditur ad inſtantiam ſuperſtitis per audientiam contra dictarum.*

173 *Mandatum etiam in profanis quando non ſupereſt aliquis principalis verus, aut ſaltim repræſentans etiam re non integra expirat.*

174 *Procuratoris perſona reputatur perſona domini: ideo ſine ea ſtare non poteſt, quia videretur procurator nullius.*

175 *Mandatum expirat ſi conſtituens ex poſt fiat criminis reus, monachus perpetuò relegetur, arrogetur ſeruus fiat, aut ceſſet id propter quod fuit conſtitutus.*

176 *Mandatum quando morte naturali reuocatur, non requiritur mortis intimatio.*

177 *Procurator in cauſa capitali interueniens ſi non opponatur, non facit proceſſum.*

De nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium, & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat.

POSTQVAM vidimus de iudice, ac nullitatibus ex defectu ſuę poteſtatis: reliquũ eſt, vt de his etiam quæ ex defectu perſonarum coram eo comparentium, pleunque eueniunt petractemus.

Dico igitur curioſo diligẽti cauſarum patrono, conuenire cognito & præuiſo de iudice, & illius poteſtate imprimi? quærere de perſonis, in quibus iudicium fundatur: & aduertere nunquid fuerint tales, quæ habuerint legitimam perſonam in iudicio ſtandi quoniã detecta illorum incapacitate, regulariter iudiciũ corruit: vt infra dicetur. Vitium namque & defectu & ex incapacitate & inhabilitate agentium inſurgens, magnus & potens eſt, & maior reputatur: quam defectus iuris in agente: vt ſenſit glo. in verb. his perſonis circa fin. in l. 1. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. quam ad hoc reputat nobilem, Dec. conſil. 275. in cauſa quæ luce. col. 3. verſic. ſed prædictis non obſtat in 3. parte & eſt talis quòd non includitur ſtatuto exceptiones reijciente: vt docet Bar. in l. 1. §. parui. verſi. tamen circa hoc ſunt. ff. quod vi, aut clam. ſequitur Anch. in cle. 1. verſi. 10. & vlt. de ſeq. poſſeſ. & fruct. Rom. conſil. 402. quem pro notabili refert apoſtilla 3. ad Bart. in d. §.

& par-

& parui & ponit Fel. in c. ex parte. colum. 3. verſi. 3. limita
3 de off. deleg. & propterea ante omnia quærendum eſt de perſona, videlicet nunquid ſit habilis ad actum, de quo quæritur conficiendum arg. l. non. ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. quia non ante iuris ratio quam perſona quærenda eſt. l. quidam referuntur. verſi. eſſe enim debet. de iure codic. etiam ſi eſſemus in iudicio quantumcunque ſummario: nam & tunc plene de perſonis, ac veritate rei (ſi agitur ad cauſæ deciſionem) liquere debet per ea quæ ponit Bar. quem cæteri ſequuntur in l. 2. in fi. C. de edict. diui Adr. toll. & conſti. ad re. prim. in verb. figura. in 2. colum. Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & in l. nequicquam. §. de plano. de offi. procon. & in l. iudices colum. fi. C. de iud. & per Iaſ. C. qui admitti. Ancha. conſi 259. ex verbis colum. 2. cum alijs de quibus per d. Alex conſ. 60. nu. 67. li. 2. & conſi. 247. viſis in 2. colum. in prin. & conſi. 67. viſo col. fi. in fi. lib. 6 Præterea talis habilitas requiritur tempore actus: quia non ſufficeret quod ex poſt ſuperueniret. arg. l. ſi filius. & l. eius qui. in prin. ff. de teſt. l. quid ergo. in fi. vbi Ang. ff. de inf. c. 1. de ſponſ. impub. lib. 6. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. 171. viſo. col. 3. in fi. lib. 2. & Hip. in l. pen. verſ. item vltra prædicta. nu. 39. ff. de q. Et pulchre poſuit Dec. in conſ. 651. in caſu col. fi. vol. 4. poſt Canoniſtas, in c. Si meo tempore per illum tex. de reſcr. in 6. & de quo per eundem Dec. in conſ. 321. col. 1. & 576. col. fi. lib. 3.

Is igitur qui viderit proceſſum, diligenter aduertat nunquid iudicium fuerit agitatum per ipſoſmet principales litigatores, vel per alios eorum nomine comparentes, vt puta procuratores, curatores & ſimiles. de primis primo, de alijs dicemus poſt.

Si ipſimet principales litigatores in iudicio fuerint, attendatur qualitas & conditio perſonæ eorundem: & nunquid ſoli, aut cum aliquo eorum legitimo reſponſali comparuerint.
4 Nam licet in materia noſtra edictum ſit prohibitorium. videlicet quod quilibet in iudicio reputatur habilis qui expreſſe prohibitus non reperitur: vt inſt. de

his per quos agere poſſumus in prin. vbi hoc not. Ang.& c.1.de proc.in 6.& ꝑ gl. in verb.ad futuras in c.iniuſte.extra eo.tit.& tenet Rot.dec.175. Commiſſio.circa mediũ, in no.declarat Bal. in rub.ᶠqui accuſ. non poſ.poſt princi-
5 pium. Varij tamen varijs ex cauſis prohibiti iudiciorũ incapaces reperiuntur:aliqui ob defectũ, ſeu fragilitatẽ cõſi lij natura, vel caſu proueniente:alij ob poteſtatis ſeu ꝑſonæ proprie defectum, alij vero ex alijs:vt infra videbis
6 Defectu conſilij ac intellectus natura proueniente eſſe in iudicio prohibetur infans,ideſt minor ſeptẽnio, vt l.ſi infanti.in prin.de iure delib.Nam licet aliquando malitia ſeu prudentia ſuppleat in aliquibus ætatẽ: vt dixit tex.in l.3.C ſi mini.ſe maio.dixe.c.de illis.el 2.& c.ſi. de deſpon.
7 impub.& c.1.eo.ti.in 6.prout ſunt illi, quos Lombardia, Normandia,& Roma generat, inquit gl. in verb.animũ, in l.ſequitur.ff.de vſuc.ad propterea ſeptennij ætatis pueri mentiri.& verum dicere, confiteri, & negare iam poſſint:vt inquit Aug.in epiſt.ad Renatum epiſcopum,relata per glo.1.c.Paruuli de conſec.diſt.4.& in c.1. de delict. puero in illaque ætate ſpõſolia ꝑpea cõtrahant l.in ſpõſalib.ff.de ſpõſ.c.literas c.acceſſit.c.duo. de deſpon. impub.
9 Nihilominus qcquid ſit in aliquibus,ad ea potius quæ & frequẽter & facile,q̃ ad ea perraro eueniunt:ius adaptari dẽt l.ex his.cũ l.ſeq.ff.de le.Propterea dicamus ꝙ infans
10 regulariter (iuris præſumptione) non hẽt intellectum.§. ſed qd diximus inſti.de inut.ſtip. ſed qcquid videt ignorar.l.ſi.C.de fal. mone. l.ſi.ff.de iur.& fact.igno. l.ſi. ff.rem pupil.ſal [illegible] r.vnde factum ipſius ꝑ impunito hr̃: cũ innocẽtia conuincit ipſum excuſet. l.ꝙ infans. ff.de rei vend.l.in-
11 fans ff.ad l.Cor.de ſic.l.ſed & ſi.§ iniuriam. ff.ad l.Aquil. c 1.& ibi gl.de homi.in cle. vnde pati non põt. l.in eo qd plus § pupillus.ff.de re.iur. illius ergo cõſilium & iudiciũ authoritate tutoris ſuppleri debet, ꝙ vtilitatis cauſa recẽptum fuit. l.quamuis. §.infans & l.1 §.ad piſcimur.& ibi Bar.& alij.ff.de acq poſſ. dũ ibi cõiter dicitur,ꝙ ſi infans hẽt iudiciũ aliquid,licet ſemiplenum, ſuppletur per tutores vbi autem nullum habes, non poteſt ſuppleri: ſed in

per-

perſona tutorũ cõcipiẽdi ſunt actus: vt per Bar. Iaſ. & modernos (qcquid dicatur ibi p gl. & Cy. in l. donationũ eo-
13 ti. & facit tex. in d l. 1. §. licentia. hinc eſt quod in tali ætate non põt ipſi citari, vt legitime cõpareãt: put examinãt doct. in l. 1. §. ſufficit. ff. de admi. tu. & cõcludit dec. Neap. 262. fuit. Cũ igitur in iudicio de iure deſcepetur foras. extra. de verb. ſing. ac inter litigatores quaſi cõtrahatur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pec. & l. quoties cum l. ſeq. ff. de noxal. & talia abſque animi deſtinatione, & vera ac certa ſcientia effici non poſſint: vt dixit tex. in l. totũ. ff. de reg. iu. & l. ſi probatur in l. ſi p errorẽ. ff. de iuriſd. om. iu. & l. ſi pro-
14 cu. ff. de acq. rer. do. Præſentia pupilli ſeu ipſius infantis abſq; tutore, nõ ſufficiet: ex quo cõſenſus & volũtas requiritur. l. 1. §. fi. ff. de excu. tu. cum etſi pſens ſit p abſente habeatur. l. ſi pupillus. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. vel ſaltẽ ſit dormiẽti ſimilis. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſ. & qd nõ intelligit nõ dr̃ pſens: vt in terminis dixit tex. in l. corã. ff. de verb. ſign. & tenet Bar. in l. 1. in fi. C. de erro. aduo. & Dec. conſi. 630. in cã. num. 8. lib 5. hinc eſt ẽt quod talis ſibi ipſi ſtipulari non poteſt, excepto rem ſuam ſaluam fore: vt d. l. 1. in prin. & l. ſi mulier. ff. de verb. obl. & in d. § ſed & quid diximus inſt. de inut. ſtip. Eſt igitur infans cõtractus, ac iudicij ſubiectum penitus inhabile, & incapax, ob defectum ſeu fragilitatem conſilij a natura prouenientẽ.
15 Et qđ dr̃ de infante, intelligatur idẽ de furioſo, & mẽte capto qui ob ſimilẽ defectum a natura, caſu tñ prouenientẽ, infanti, quoad intellectus & iudicij capacitatem, adæquatur, & cum eo pari paſſu ambulat, vt d. §. ſed quid diximus. inſt. de inut. ſtip. & d. l. 1. in prin. & l. quod ſi infans. ff. de rei vend. d. c. 1. de homi. in cle. vbi gl. plura ponit. Nam iſti ẽ abſq; illorũ curatoribus pro abſentibus reputatur. l. diẽ. §. Coram. ff de aib. l. 2. 6. ſi furioſus. ff. de iure codi. l. vbi §. furioſus. ff. de reg. iur. Nec in eos cadit preſumptio animi ratum hab. l. dummodo § de pc. hanc ẽt æquiparationem facit Bal. in c. 1. de duobus fratrib. de bene. off. inueſt. p gl. in d. l. 6. C. de cur. & Bar. in l. 1. §. cui qſitũ. ff. ad Treb. & Fabr. de monte, in tract. empt. num. 4. q. prin. col. 6. verſ.

6. verſi. 10. quæro, quid de bonis furioſum. Ergo vbi furor adeſt, ibi intellectus abeſt. inquit Bal. in c. clerici. de vi
16 ta & hon. cler. vt refert dec. Neap. deciſ. 68. poſt inſtrumentum. poſt prin. Thom. Gram. in conſi. 16. num. 22. idcirco ſententia non tantum contra quinimo in fauorem etiam talium omnino incapacium lata abſque interuentu legitime perſonæ pro illis, ipſo iure non tenet: ex quo non reperitur perſona ſuper qua poſſit ſubſtantiari, & radicari iudicium prout tenuit glo. Bar. Alexan. Iaſ. & alij in furioſo quicquid ibi dixerint aliquid. ff. de re iud. & in l. non eo minus. C. de procur. iudicium namque fundari non poteſt. niſi cum perſona habili: inquit Bald. in l. cum debitoris. in princ. C. de iureiur. Ideo pro infante tutor & pro furioſo curator conueniendus eſt Bart. in l. conditione. ff. de cond. fur. & vide Bald. in l. donatorum C. de acq. poſſ.

17 Signa autem, & demonſtratione furoris erunt, ſi quis puta proijcias lapides per vias vt l. 1. C. de Iudæ. & glo. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matr. ex ſermonibus etiam quis ſe inſanum oſtendit. glo. in l. is qui. §. ſi. ff. de tuto. & cur. dat. ab his & ponit Bart. in l. ſi conſtante. in 2. q. ff. ſol. matr. & facit l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſtit. vbi ponitur de eo qui mandauit proijci cadauer ſuũ in mare & ibi Paul. de Caſtr. & idem Paul. in l. non oportet. C. de his quib. vt indig. per Bald. in l. in furioſi. col. 1.
18 C. de nup. & in l. humanitatis. col. 3. verſ. venio ad quartum. C. de impu. vbi inquit quod furioſus eſt, qui eſt cum rabie furoris eductus: ſed mentecaptus eſt cui mens & conſilium deficit, nullum tamen furorem oſtendit: & vide optimum text. in l. ob quæ vitia, in princ. ff. de ædil. edict. de eo qui aliena & per vicos more inſanorum, ridenda loquitur: prout faciunt dementes & ſtatui. In materia autem noſtra cum intelligo furioſum & mente captum, qui non eſt ſui iuris: neque ſuæ mentis compos, minuſque intelligit, quod agit: ſed continua mentis alienatione agitatus intellectu caret: quod ex eius vita ſatis deprehendetur: vt probatur in l. diuus Marcus. §. cum

præd.

præd.ff.de offi.præſi.l.fin. & pen. C.de cur.fur. §.furioſis. inſt.de inut.ſtip.§.furioſi. & §. ſed & mente captis.de cura.fur.eo.lib.l.1. § furioſum . ff.de actio.& obl. & de quo per gl.& doct.in c.fi. de ſucceſſ. ab inteſta. Bal.& Salic.in l.furioſum . C.qui teſt. facere poſſ.per Bar.in l.ff.de bon. poſſeſſ.fur.vel infan.de lat. & multa in hac materia habes in apoſtolica ad Bal. in l.cum furioſus . in prin.C.de cur. fur.cum alijs de quibus per Alex. conſi. 141. ponderatis. lib.1.& conſi.86.viſis col.3.lib.2.vbi vide & conſ.3. lib.6. & conſ. 10. eo.lib. & conſi. 147. viſo themate, lib.7. & conſ.54.ad quæſitum,lib.1.Dec. conſ.86 col.4. in fi.vbi ponit modum probandi, lib.1.& latius conſ.458. viſa tota.lib.4.& Lap.allega.26.diſputat.primo.col.1. cum ſi.Et plura in ſimili materia pulchra,& in practica vtilia poſuit Boe.in dec.23.Chriſti.col.3.cum ſeq.Tho.Gram.de conſ. 16.poſt Anch.in conſ.5.pro parte.& Lanfran. de ori.in c. quoniam contra.in §.teſtimonio.verſi.vlt.a prædicta quęro,extra de prob.dep.

19 Solent etiam prætore vel præſides ſi talem hominem inuenerint, qui nec tempus, nec finem expenſarum habet,ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit,curatorem ei dare exemplo furioſi: & tandiu erunt ambo in curatione, quandiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit: prout dicit tex. in l.1. §.ſed ſolent. ff.de cur. fur. quia quoad bonorum ſuorum adminiſtrationem, & iſte furioſus eſt. l.is qui. in fi. ff.de cur. & cur. ab his, furioſi namque & eius,cui bonis interdictum, eſt nulla voluntas eſt l.furioſi. ff.de re iud.Ergo in eum non cadet iudicium, neque ſententia circa quod eſt aliqualiter aduertendum quoniam is cui bonis interdictum eſt, poteſt ſibi acquirere,ac ſtatum ſuum meliorem facere,deteriorē autem nō pōt.l.is cui bonis.ff.de verb.obl.Eſt igitur doli capax & habilis ad contrahendum in ſui commodum:& ſic erit magis pupillo æquiparandus,qui ſibi prodeſſe poteſt, ſed non obeſſe. inſt.de auth.tu.in prin. & de Caſtrenſi peculio. l.ex caſtrenſi. §.1. prout etiam de ipſo prodigo dicit text. in l.cui bonis. ff.de nouatio. & talis

equiparatio prodigi ad pupillum ſit in l.certi condictio: § quoniam. in fi.ff.ſi cer. pet. Nam negotijs contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum,alia eorum,qui fieri poſſunt quamuis actum rei non intelligant,cum furioſus nullum negotium contrahere poſſit: pupillus & cætera omnia recte gerunt,ita tamen,vt adhibeatur authoritas tutoris,vel curatoris,vbi eſt neceſſaria.ita dicit tex.in §.furioſus.& § ſeq.inſt.de inut.ſtip. iuncta l.negotijs contrahendis.ff.de reg.iur.& ſic quoad deputandum ibi curatorem, & finiendam curam, & quoad alienandum,& conditionē ſuam deteriorandam, prodigus æquiparabitur furioſo,& infanti: in reliquis erit ſimilis pupillo. Et quo ſequitur quod ſententia contra ipſum abſque interuentu ſui curatoris lata,non tenebit inſtar aliorum, qui ſub cura ſunt, toto tit. C. qui legi. perſ. l.cum & vos minores.C.ſi aduerſ.rem.in iud.l.clarum.C.de auth.præſt.cum ſim.

Lata tamē in eius fauorem,erit valida, & ſibi proderit, per reg.l.non eo minus. C.de procu. & l.ſi tutor.vbi Bar. & alij.C.in quib.cauſis in integ. reſt.gl in l.1.C.qui legit. perſ.& in § .pe.C.ſi aduer.reſt.Abb.& alij.in c.cauſamque. de iud.declarat Ang.Ber.q.103.facta fuit ſuſpenſio, cum vt eſt dictū,ad ſui commodū ſit habilis & capax acquirendū,& beneficium. l.non eo minus extendatur ad oēs qui tutoris vel curatoris auxilio iuuantur ,put & reliqua iuris beneficia:nam conceſſum vni ex iſtis,alteri etiam dum
22 modo ſit talis priuilegij capax, & non militet diuerſa ratio cenſetur conceſſum, etiam quod in l.expreſſum non reperiatur:vt tradunt doctores in d.l.non eo minus.& videtur tex.in l.mulieri §.fi.cum ſua gl.ff.de cura.fur.& l.dabimus.in fi.cum l.ſeq.ff.de priui.credit. l.2. & ibi gl.Bald. C.de cura.fur.l.ſi curatorem habens. C.de integ.reſt.minor.l.Fulcinius.§.adeo.& ibi doct.ff.ex quib. cau. in poſſ. ea.Tenet Bar.in l.Imperatores.ff.de re iud.cumulat Felin. in c.cùm non liceat.col.3.verſ.dum Abbas,de præſcriptio. & dicam infra queſt.fi.
23 Et nota quod quandocunque quis foret notorie prodigus,antequam tamen interdicatur ſibi bonis,habet legiti

mam

mam perſonã pro ſe, & alijs litigãdi, & in iudicio ſtandi: per text.in l.tres tutores.in fin.ff.de admi.tut.c. veritatis. de dolo & contu.Spec.in tit.de actore.verſ.itẽ opponitur cõtra actorẽ ꝙ eſt ꝓdigus.gl.in l.1.in prin.ff. & C.de cura.fur.& eſt cõis opin.doct.prout atteſtatur Paul.Alex.& Iaſ.in d.l.is cui.ff.de verb.obl.& Iaſ. ibi colum.6. aſſerunt Canoniſtas in c.2.de teſt.ita tenere: & ab in ea iudicando & conſulendo non recedendũ. Si tamẽ fieret interdictio, & curatorum deputatio alicui qui nõ eſſet in effectu prodigus,neque furioſus,deputatio & interdictio nõ valerẽt: vt dicit gl.in d.l. in cui.& l.1.C. de cur.fur.arg.l.Seyę.ff. de tut.& cur.da.ab his.Super quo tñ erit aduertẽdũ:quia Bar.& multi alij tenet contrarium,videlicet talẽ deputationẽ valere:dũmodo cauſæ cognitio interuenerit:vt per Bartol. & alios in d.l.is cui. Bald. & Salic. in l. ſi puta.C. de peri.hære.cum alijs, de quibus per Alexand. qui hanc partem tenet in conſi.66.viſis.colum.2.verſic.præterea.li. 2.& de quo per eundem in conſil.147.viſo.colum.3.in fi. lib. 7. & hæc eſt communis opinio aduocatorum, inquit Dec.conſil.274.diuino.colum.2. verſicu. nec admitti debet. lib.2. & in terminis q. vide Anton. Nicellis in tract. de concor.glo.concor.70.& 71. vbi ad propoſitum multa dicit: vtrum vero ex eo quod prodigus redit ad ſanos mores, datio curatoris expiret ipſo iure, vel per ſenten-
24 tiam,ponit Guido Pap.q.260 curator. & Dec.d.conſil. 274.col.2. in prin. Aduerte etiam ꝙ illud, quod dicitur de prodigo in bonis:dicendum foret etiã ſi eſſet prodigus perſonę & honoris proprij: vt in muliere luxurioſa, cui ex hoc dandus eſt curator,& bonis interdicẽdum.l.1.& l. mulieri.ff.de cura.fur.tenet.Spec.in tit. de actore verſic. Item opponitur ꝙ eſt prodigus,quãuis ſecus ſit in maſculis,quibus ob talẽ cauſam non ſolet dari curator: cum nõ ſit iure cautum, ſed mulieri tantum in qua magis ardet ſtimulus carnis & quæ maius facit ex hoc opprobrium generi & familiæ ſuæ, ac etiam ob ſexus fragilitatem, vt inquit Spec. in loco de quo ſupra. verſicu. ſed vtrum in maſculo &c. facit text.in l.1.C. ad l.Iul de adul.l. ſi qua
illu-

illuſtris c.ad orſi. Dec.conſ.425 col.3. nu.12.

25 Mutus ac ſurdus,id eſt, qui omnino non audit,erũt ẽt ſimiles infanti & furioſo,non ꝙ nõ habeant intellectum, & non ſine de ſe rationis capaces: quinimo regulariter intellectus acutiſſimi exiſtunt, & ab nutum rabiorum intelligunt ac ſunt valde perſpicaces: ſed quia in his militat effectualiter ratio infantium & furioſorum, videlicet defectus rationis & intellectus: nam licet mutus & ſurdus intelligant quod agunt, tamen non intelligunt ꝙ ex aduerſo agitur,ex quo nõ audiunt id,de quo diſputatur: vnde neceſſe eſt ꝙ deficiat in eis operatio intellectus, qui ſuper in cognitis non operatur,idcirco tales ob defectum organi repreſentantis obiectum intellectui, inſtar furioſi,vel infantis,neſciunt, neque poſſunt ſe, & res ſuas defendere,egentq; auxilio & miniſterio alterius in quocunque actu ciuili ob illorum incapacitatem, quare videmus eoſdẽ ſibi ipſis ſtipulari, vel alteri promittere non poſſe. §.mutum.inſt.de inuti. ſtip.l.1. in princ.ff. de verb. obl.l. 1.§.fin. ff. de act. & obl. vbi iſti videlicet infans, furioſus. mutus, ſurdus, quoad hoc æquiparantur.& in l. præter ait.§. non omnes, de iud. & propterea ſi in tales non ca-
26 dit contractus.minus iudicium, cum etiam in eo (vt dictum fuit) contrahatur, videlicet per petitionem actoris præcedentem, & reſponſionem rei ſubſequentem: quæ dicitur litiſconteſtatio, iudicens, quaſi contractum. l. 1. C.de litiſcont.c.1.in fi.extra eo.tit.& ad præmiſſa faciendum neceſſariò requirantur verba, & animus vt inquit Spec.de litiſcont.§.nunc dicamus verſ.ex pręmiſſis.Animus autem id eſt conſilium, & voluntas rationabilis non cadit in infante furioſo,vel prodigo,& verba non cadunt in muto,neque ſurdo,qui licet loquatur tamen verba alterius non audit:ideo pręmiſſis non omnes non poterunt per ſe ipſos in iudicio valide conſiſtere.

Præterea muto,& ſurdo,valde periculoſum erat in iudicio eſſe,cum non ex audito decreto prætoris quaſi non ob temperaſſent pœna veluti contumaces plecterentur vt inquit tex in l.1.§.propter caſum.ff. de poſtul.

27 Cæcus autem pro ſeipſo agere poterit: quia aures ipſius ſupplebunt defectum oculorũ.d.l.1.§.caſum.ff.de poſtul.arg. etiam in l.cæcus. cum ibi notarius.ff. de Iudæ.& dixi ſupra loquendo de iuriſdictione.

28 Fragilitate conſilij natura proueniente, minores viginti quinque etiam ſoli in iudicio eſſe prohibentur; prætor namque naturalem æquitatem ſequutus, propter lubricum ætatis, tutelam eorum ſuſcipiens, ob illorum infirmum & fragile conſilium, multis inſidijs & captionibus expoſitum, eis regulariter, vt per ſeipſos eorum ſtatum & conditionem meliorem facere, deteriorem autem non poſſe, induſſit: vt in l.1 in prin.ff.de mino.& l.fin.C. de filiofam. min. iuncto. tex.inſt. de auth.tut.in prin. Tales igitur in iudicijs, etiam quod ſint doli capaces, nec naturaliter, nec ciuiliter abſque interuentu tutorũ, ſeu curatorum obligantur: & licet fideiuſſores datent, non conualidantur iudicium contra eos agitatum: vt concludit Guiliel. de Cun.in l.1.C.qui legi. perſo.ſtand. ex quo vt eſt dictum ipſi nullo modo obligantur: & propterea non pôt fideiuſſor accedere.l.cum l.ff.de fideiuſſ.l.2.§.1 ff.qui ſatiſd.cog.& ita firmat Spec. in tit. de actore. verſicu.ſed quid ſi minor. col.4.

30 Licet in contractibus ſecus ſit qui cũ talibus initi, mero iure tenent: quamuis ſi fuerint læſi, aduerſus illos reſtituantur: vt l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſt.

31 mil.& ſecus etiã ſit coram arbitro: corã quo pupillus ſalim naturaliter obligetur: cum arbitrium magis contra-

32 ctui accedat, per l. pupillus.ff. de arb. & l.1.ff. de nouat. Anch.conſil.207.in q.colum.2.iudicium autem cum illis abſque interuentu curatorum agitatum, indifferenter eſt ipſo iure nullum, cũ ſi non habeant tutoré, ſit illis dandus:

33 quia diſtinctio. l.ſi curatorem habens, non procedit in iudicijs, vt tenet glo.Bar.Paul.de Caſt.& alijs.in l.pen.C.ſi aduerſ.rem iud.& l.acta.§.contra.vbi Bar.& Paul.ff.de re iud.& l.2. C. qui legit.perſo. eſt deciſ. Guid.Pap.q.494. ſententia.& facit tex.in §.inuito.inſt. de cura. & l.ſi præſes. verſic. quicquid eo tempore ſtatutum eſt. &c, quom.

&

& quand. qui tex. loquitur de interlocutoria, quæ etiã cõtra ſimiles lata, non valet: prout ibi: & tenet Bartol. Bald. Paul. de Caſt. poſt Guiliel Pet. & Cyn. in l. 1. C. qui legit.
34 perſ. licet ibi aliter ſentiat gl.) ꝙ procedit ẽt in quacunque inſtantia: licet Barto. aliter dixerit in l. alienam. C. de proc. quem ibi Bal. Paul. Alex. & Iaſ. repræhendunt per d. l. ſi præſes. ac etiam ſi iudicium eſſet criminale, per l. clarum. C. de auth. præſ. vel ꝙ cauſa eſſet eccleſiaſtica, aut beneficialis. per tex. in c. ſi annum. de iud. in 6. ponit Lap. alleg. 123. quidam expoſuit.
35 Præmiſſa tñ limitantur, dũmodo nõ ſit interlocutoria de mittẽdo in poſſeſſionẽ. per l. fi. & gl. in d. l. 1. C. qui legi. perſ. aut niſi minor aſſeruiſſet, maximè cum iuramento, ſe maiorẽ ꝑ l. ſi alterius, & toto illo tit. C. ſi minor. ſe maior. dixe. aut procuratorẽ ad litigandum cum clauſulis ſolitis ac iuramento cõſtituiſſet iuxta doctrinã Bar. in l. minor. ff. de proc. per tex. in auth. ſacramẽta puber. C. ad ver. vend. qui tex. ẽt ꝙ loquatur in contractibus, procedit etiã in iudicialibus, ſm Bar. ibi col. fi. ver. quid in iudicis. Item tenet Guid. Pap. q. 35. Si adultus. & 494. ſententia in fin. Quod etiã in contingentia facti tenuit iudicando Parlamentum regium: vt per Boer. deciſ. 92. vbi videas licet Spec. in tit. de actore. verſicu. ſed quid minor. contrarium tenuerit: prout contrarium etiam tenet Bal. in l. 1. col. 13. verſ. & per hoc quod reſpondetur. vbi vult quod iuramẽtum in iudicijs non ſuppleat defectum ætatis. C. de conf. vel niſi minor impetraſſet veniam ętatis, vt C. de his qui veniam. ætat. imp. l. 2. aut niſi eſſemus in ſpiritualibus, vel ab eis dependentibus, in quibus minor viginti quinque, maior tamẽ quatordecim, pro maiore, & legitima pſona reputatur. c. ſi annum. & ibi gl. & ſcrib. de iud. in 6. vel eſſemus in iudicio criminali. dum minor ſua, aut ſuorum iniuriã in caſibus a iure pręmiſſis proſequeretur: vt l qui accuſare & l. hi tamẽ. in prin. ff. de accuſ. Sed ſi iniuriã ſuã, aut ſuorum non proſequeretur, etiam cum curatore non poſſet in iudicio ſtare, ſed proceſſus eſſet nullus: prout declarat Bal. in rubr. C. qui accuſ. nõn poſ. & communis

opinio

opinio Doctor. ſm Salic.in l.2.col.1.verſic. ad legem claram. C.eod. tit. & intellige ꝙ talis accuſatio & proceſſus ſint nulli, ope exceptionis, ſecundũ Bar.in l.1.§.accuſatio ne, per illum tex.ff. ad Turpil. quamuis ſecus ſi accuſatio fuiſſet inepta, quia tunc foret ipſo iure nulla: vt declarat idem in l. libellorum. §. quod ſi libelli. vbi atteſtatur ita obſeruari. ff. de accuſ. & idem tenet in l.edita, col. 1. in fi.C.de eden. in ſupradictis itaque minor quaſi legitima perſona in iudicio admitteretur ac quibuſdam alijs caſibus: de quibus latius per.Spec. eod. tit. de acto. in 1. col. & Canoniſtæ poſt gl.in cap. ex parte, de reſti.ſpol.&
36 d.c.Si annum, de iudic.in 6. & c.certis.15.q.3. Sed certè cum edictum in materia noſtra ſit prohibitorium, neque reperiatur quod iura inhabilitẽt, ſeu prohibeant, vel arceant a iudicio minores, ſed proceſſum duntaxat cum illis agitatum (quatenus illis præiudicat) reddant nullum prout de præſcriptione dicitur in l. fin. C. in quibus cauſis non eſt neceſſ. in integrum reſtitu. regula videtur eſſe potius permiſſiua, videlicet quod minor vigintiquinque, habilis ſit capax iudicij: licet quod ad ſui commodum, quandoque incapax fingitur a lege: prout formaliter declarat Ægid. conclu. 143. incipien. minor. circa fin. & item ſenſit concluſio. 730. commiſſ. & Rot. 175 commiſſio. in not. vnde videmus ꝙ ſi ſententia fuerit in fauorem ipſorum minus legitimè in iudicio conſparentium lata efficax & valida reputatur: ipſius prætori prohibenti cauſa ceſſante: videlicet ne ætas huiuſmodi læderetur, per l.non eo minus & ibi communiter ſcribentes. C. de procur. & l. 1. vbi gloſ. in verbo aduerſ.C.qui legi.perſo.& dictum fuit ſupra: quod eſſe non poſſet, ſi ipſi eſſent iudicij incapaces, erunt igitur habiles: quia etiam pupilli & impuberes velle & nolle ad illorum commodum & vtilitatem, licet non ad præiudicium, habere cenſentur.l.Iulianus § ſi quis a pupillo.ff.de actio.empt.ponunt glo.& Doct. in l.inuitam.ff.de ſeruit.vrba.præd.& l.ſi pupillus.ff. de reg.iur.
38 Et exceptio huiuſmodi minoritatis, ex parte eorundẽ

minorum ad inualidandum proceſſum, quandocunque opponi poterit, per reg. l. licet. & de procur. & c.in noſtra eod.tit. Ex parte vero aduerſarij ad impediendũ proceſſum: & ne vlterius in cauſa progrediatur, etiã quandocunque opponi poterit. vt docet Spec. in tit. de actore. verſi. quid ſi minor in iudicio & Doct.in d.l. non eo minus.ac Bartol.in d.l.1.ſi minor.ff.de procu. & deciſ. Nea. num. 366. in pleno num.9.

39 Ex defectu poteſtatis ipſius agentis, filiusfamilias in poteſtate patris exiſtẽt ſine illius aſſenſu in iudicio regulariter eſſe nõ põt, ex quo nõ habet integram perſonam, ſm glo.in l.fin. in §. neceſſitate per illum text.C.de bonis quæ lib.& in l. 1.in fi.C.de annal.excep. & l.fin.C.ad Maced. & melius hæc regula probari videtur in c. ſi annum. in fi.de iud.in 6. alias iudicium abſq; conſenſu patris cum filio agitatum eſſet ipſo iure nullum: vt voluit Spec.in ti. de actore, ver.ſed & filiusfa.& ver.quid ſi preſẽte.& in tit. de excep.d.§. ver.quid de illa tu non habes &c.& ibi Io. And.& per Bar.in d.§.neceſſitate. in 2.notab.quæ regula intelligi debet, quãdo filius egiſſet ſuper rebus.ſeu bonis, quorum vſusfructus, & actionũ & iuriũ exercitium, patri de iure quæreretur, & cõpeteret, prout eſt in aduentitijs: nã ex quo tunc exercitiũ actionis patri, nõ filio quæritur filius agens ſine cõſenſu patris, tanq̃ is, cui non cõpetit iuris exercitiũ, fruſtra ageret; & hæc eſt ratio.l.in d.§.neceſſitate. non autem (prout dicebat gl.) quod filiusfamilias indifferenter cenſeatur perſona minus integra; quia in hoc eadẽ gl. cõiter reprehenditur prout atteſtatur Ioan. And.in add.Spec.d.tit. de actore.verſi.ſed & ſi filiusfamilias.in verb.lex cum non ſolum.& Alex.conſ.106.quo ad pręſens.col.2.ver.ſimiliter.lib.1. in reliquis igitur cauſis, puta beneficialibus, vel caſtrenſibus, ſeu quaſi, & in alijs, in quibus nil patri quæritur: filiusfamilias liberè, abſq; cõſenſu patris agere poterit, & ſuper illis in iudicio experiri; cũ iſto caſu exercitiũ iuriũ a nemine ſit ſibi præoccupatũ: vel impeditũ ita procedit tex.in d.c.ſi annũ.& in auth. vt liceat mat. & auiæ. in prin.& l.1.§.1, de caſtren. pecu.

l.fi-

l.filiusfam.in prin.ff. de proc.l.ſi longius.§.1.& ibi ſcrib. ff.de iud.l.noxali.ff.de noxal.& text.in l. quanto magis.ff. de iureiur. & hæc fuit opinio Ottho. antiqui gloſſatoris poſita per gl.in d.§.neceſſitate,quę tanquã.de iure verior eſt a Doctorib. cõiter approbata,put atteſtatur Ang. qui articulum examinat.inſt.de actio.in §.actiones autem.col. pen.& ſi.& in ti.de tutel.col.2.in prin. Anch.conſ.73.viſis oĩbus in prin.& addi.Spec.in loco de quo ſupra.in verb. dixit lex.in fi.q̃ de cõi opinio.atteſtatur, allegando eã te-
42 nuiſſe Paul.de Ca.conſ.54.Et illã iudicando tenuit Regia curia Neap.vt p Affl.dec.180.filiusf. & pmiſſa tenet Gui. Pap.q.54.tpe. intellige tñ qđ ſi filiusfamilias eẽt minor, ſibi deputaret curator ad illã litem,vt dicit gl.fi.in l.ſi longius.in §.fi.de iud.quã ibi ſequuntur Bart.Bal. & Paul.de Caſt. qui dicit illã eſſe ſingularẽ declarat idem Ang. inſti. de tut.in prin.ſuper gl.in ver.non ſunt & Doc. in d.§.neceſſitate.vbi ẽt Alex.in additionibus ad Bar.voluit talem minorem filiumfam. ẽt in caſu quo non agit ſine conſenſu patris, gaudere beneficio.l.non eo minus.C.de procu. videlicet ꝙ ſñia pro eo,ſine conſenſu patris cõparente,lata, teneat priuilegio minoris ætatis ; ſecus ſi contra lata fuiſſet, & reputat hoc multum ſingulare. & tenet idem
43 in conſ.59 viſo proceſſu.col.2.lib.2.quod (iudicio meo) non tranſit ſine dubio : cum nullitas iſto caſu proueniat (attento iure cõi)ex duplici capite:videlicet quia minor, & ſic inhabilis. Item quia deducit rem in iudicium.cuius actionis exercitium ſibi nõ cõpetebat : & propterea licet per dictam l.non eo minus,iure ſpeciali tollatur primum: tamen ſm per eandem l.non ſuppletur,nec per rõnẽ eiuſdem:quia ꝙ filiusfa.non poſſit agere ſine cõnſenſu patris, non ipſius minoris,ſed patris(vt ius ſuum ſibi conſeruetur)fauore, extitit introductum &c. prout conſiderat idẽ Alex.in d.conſil.106.col.2.lib.1. ideo diſpoſitio.l.non eo minus.iſto caſu nõ inſeruiet, & ẽt quia tot ſpecialia circa idem non conſueuerunt tolerari iuribus vulgaribus.
44 In caſibus autem quibus præſtandus eſt pātris conſenſus,debet preſtari ante,vel ſaltim tempore quo lis conte-

ſtatur: alias ſi ex poſt præſtaretur, iudicium retro factum non côualidaretur, per l. quid ergo. vbi hoc not. Ang. ff. de his qui not. infam. & Bal. in addi. Spec. in ti. de reo. verſic. ſi pater. & tenet gl. & ibi Bal. & Sal. & Paul. in 4. colum. in d. §. neceſſitate. & eſt cômunis reſolutio: vt atteſtatur idê Paul. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. col. fi. & Iaſ. ibi, col. 3. ff. de acquir. hęr. & tenent oês. in l. ſi cum dote. §. co autem tpe. ff. ſol. matr. ponit Lanfrâc. in c. qm̃ contra. in verb. côfeſſiones, nu. 4. extra de proba. licet Rot. deciſ. 175. incip. commiſſio. in no. videatur ſentire ꝙ quandocunq; ſuperueniat conſenſus patris conualidetur iudicium per prius a filio agitatum: & ſequitur Mil. in verb. filiusfam. pôt. Et vide in d. deci. Neap. 180. in fin. quæ ita ſenſit. quod tu intellige procedere in præparatorijs & præcedentibus litiſcõteſtationem: vt puta in impetrando reſcriptum, & alijs præambulis ad cauſam: prout loquitur ibi Rota: & de quibus ponit Spec. in prin. ſecundæ partis, col. 1. Nam in

45 his filiusfam abſque conſenſu patris procedere poteſt, ſecundum Bald. in l. 1. col. 2. in 3. oppoſitio. C. qui admit. quem ſequitur Iaſ. in d. §. iuſſum. & Alex. ad Barto. in d. §. neceſſitate. & ſic Rot. non contradicit, ſed communem ſententiam declarat: vel verius dic ꝙ Rota ſenſit indiſtinctè quod quandocunque ſuperueniat patris conſenſus iudicium agitatum a filio confirmari per rationes & iura ibi adducta, & latius per Ægid. concluſ. 730. commiſſio, ac eandem ſententiam tenuit Anch. conſilio 337. de efficacia. in fi. & ſentit Alexand. c. conſi. 106. colum. 2. verſicu. & differentia eſt. lib. 1. & quam plures alij Doctores non modicæ authoritatis: & ſi pater ſimul cum filio ageret, videretur etiam conſentire eidem filio, vt agere poſſet, prout declarat Bartol. in l. cum pater. §. liber. de leg. 2. & Bald. in l. fin. verſicu. quæro, dicit ſtatutum &c. C. ad Macedo. cum alijs de quibus per Dec. qui hoc tenet conſi. 614. in cauſa feudali. in fi. lib. 5. & Iaſ. in l. quoties. C. de fid. Bal. Ang. Alex. in l. his qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred.

46 Ratione et defectus perſonæ, & poteſtatis, agere & in

iudi-

iudicio eſſe prohibetur ſeruus: qui quo ad ciuilia (prout ſunt actiones, q̃ originẽ à iure ciuili ſumpſerunt, vt l.2.§. poſt originẽ. ff.de orig.iur. (pro mortuo (legis fictione) reputatur.l.quoad attinet.l.ſeruitutẽ.ff.de reg.iu & propterea in eum non cadit ciuilis oblig: quæ ex ſen.oritur.l. in perſonam ſeruilem.ff eo.ti.& inſtitu.de inutiſtipula. §. ſed ſeruus. Idcirco talis nec conueniri, nec conuenire regulariter poteſt.l.quoties. ff.ſi quis cautio. l.ſeruus.& ibi ponunt ſcrib.ff.de iud, etiam quòd pro libero ſe gereret. Nam ſeruili conditione detecta, geſta per eum, nec ſibi nec domino præiudicant.l.non idcirco.§.ſed & poſtea & ibi Bal.ff.eo.ti.l.3.§.ſi ſeruus.ff.de pecul.l.non diſtinguemus.§.ſi ſeruus.ff.de arb.& hoc dicimus regulariter, quia iure ſpeciali in aliquibus admittitur: prout eſt tex. & ibi gl.in l.vix certis.ff.de iud.& plenior gl.in d.l.quoties.& l. ſerui.ff.de actio. & oblig.

Idcirco diligenter ad illa, & nunquid cauſam, de qua actum fuerit comprehendant, ac debite forma ipſorum fuerit obſeruata;aduertendum erit:nam in eo quod exceſſum fuerit, proceſſus regulariter non valebit: ſuper quo tamẽ vide Iaſ.in l.ſi procuratores.C.de proc.ponẽtẽ qualiter & quãdo forma ipſius mandati excedi poſſit cũ ſimili.de quibus alias. De illis autem mandatis in quibus nomina procuratorum exprimũtur,ſed in albis remanẽt. nunquid valeant,vide Boherium late ponentem & dicentem ꝙ ſi deciſ.274. Quod pro nunc non examino: dicam alias & interim vide Alb.& Ang.in l.2.ff.de procu.& Bar. in l.inſti.talis in fi.ff.cond.inſt.Cano.in cle. ſi religioſus de proc. cum ſimil.

Tertio principaliter quod alieno nomini comparens non fuerit talis,oſtendi cõſueuit:ſi conſtare poterit, ꝙ ipſe comparens,tempore comparationis, ſe fuiſſe procuratorem conſtitutum ,ac poteſtatem ſuam ignoraſſet , puta quod nondum recipiſſet inſtrumẽtũ procurę,nec de ipſo habuiſſet certam notitiã:nam tali caſu mandatũ(quod oritur ex conſenſu vtriuſq;. l. conſenſu & ibi per gloſ. & doctores.ff.de ver.ob.)non contrahitur, quia in ignorãtẽ non cadit conſenſus. l. mater de inoff teſt. ff. l. qui cum tutoribus.in prin. de tranſ. cum alij, de quibus per Alex.

ad

ad propoſitum in conſ.146.in cauſa col.3.verſ.nec prædi ctis.lib.5.bonus tex. iunct.gl.in verſ. dum ignorat.in l.ſi-quis apud ff.iud.ſol.& l.quæro.ff.eo qui pro tut.cum alijs poſitis ſub rub.de iuriſ.ord.verſ.rōne iudicat.n.167.vnde quoties abſens conſtituitur proc. de conſtitutione hmōi per mandatum publicum,ſeu nuncium,vel epiſtolam qui bus veriſimiliter credere poſſit certificandus eſt,non autē per extraneā perſonā,ſeu alias minus legitimè: quia tunc ex parte conſtituti neq; obligatio,neq; mandatū aliquod orietur.ex quo non poſſet dici certus de poteſtate ſua.Igi tur ante veram notitiam mandati geſta a proc. non valebunt:quoniā poteſtas & exercitium vere non tranſit neq; acquiritur cōſtituto,niſi a die receptionis mandati. vt eſt gl.ordinaria in cle.1.in verſicu,receptis.de proc. & tex.in c.is qui.vbi ſcribent.ſuper verbo ſuſceptum &c.licet vbi gl.in verb.ſuſcipere eo.tit.in 6 & l.quęro.ff de eo,qui pro tut.tenet Lap.allega.81.non valuit,verſic.non fuerunt de latæ literæ &c.& Caſſ.deci.8.num 12.de reſt.ſpol. & deci. 3.nu.4 de ap & ita concl.Bar.in conſ.73.incip. Quæritur vtrum proc.reprobando Dy.aliter tenentem prout ibi.& tenet Spec.in tit.de proc.§.rōne igitur ſui ver.ſed quibus ſi proc.& ibi Io.An.in verb.in fin.& Bal.in add.ibi.verſic. proc. non habet poteſtatem niſi ex quo receperit mandatum &c. & idem in ſumma ſua quę dicitur practica Tācr. in q.5.de proc. & per eundem in l. licet, col.1 verſi.3.no. C.de proc.& l.falſus.col 6.verſ.ſed pone ꝙ cau.vbi tamen hoc videtur limitare,videlicet habere locū quando proc. certam formā m contineret alias ſentit qđ proceſſus nō eſſet nullus.C.de furt.ſed primum dictum ſimpliciter prout ſupra tenet Ang.inſti.de his per quos age poſſ.col.2.ver. Octauò quādo qs eſt & Bonif. de Vital.in tit. malefi.ſub tit.de proc.col.pe.verſ.ſed quid?quidam compareret.& Io. Mil.in verſ.proc.ſi non eſt certificatus:qua partē ēt ſequitur Rot.deci.145 ſi pro.in no. & illā dicit eſſe magis com munem Ale.in d.l.licet col.1. illam etiam tenuit Hip.in l. ſi quis in quo verſ.conſtat.ēt nu.64. vbi plura congerit.ff. de q. & Nicolaus Boer. qui doctores, qui pro contra tenuerunt

nuerunt enumerat:& de ſtylo ẽt taliter ſeruari atteſtatur in dec.274.in prin. Vnde videmus ꝙ anteq̃ procurator ac ceptet, non eſt neceſſe, ac validitatem proceſſus, eum citare, ſed procedendi poteſt contra principalem per edictum, ſeu in Ro.cu.per audientiam contradictarum: vt inquit Æg.concl.681.ſciſcitatus.& conclu.575.ſi impetrauit in fi.& quotidie practicamus.

116 Et licet pręmiſſa de iure procedant, nihilominus ex ſtylo palatij, actus geſti per procuratorem, anteq̃ recipiat mandatum, valent:& ſatis eſt ꝙ illud ante ſententiam recipiat, & producatur prout ſeruat Rot.quę de huiuſmodi ſtylo & obſeruantia atteſtatur: vt deciſ.145.in fin. addi.in no.& facit deci.286.quidã qui nõ erat in antiq.ſuper quo ſtylo forſan fundata eſt alia deci.quæ hoc tenet 248.nota quod vbi ad requeſtam.in antiq. ſecundum Felin. qui de hoc meminit in c.ſciſcitatus.col.8.ver. adde ẽt in materia reſcr.vel intelligẽ d.dec.248. prout loquitur. videlicet de quando ex actis non apparet de mandato comparentis,

117 licet in veritate ſit procurator quod cõſtitutus poſt receptionem mandati illud, aut penes ſe retinuiſſet, vel in alia cauſa, cum illud eſſet generale, produxiſſet: nam iſto caſu acta valebũt:& idem tenet Spe.in d.§.ratione igitur ſui ver.ſed quid recep: vbi aſſerit qđ Papa cũ fratrib. ita determinauit: & ꝙ ipſe de illorum mandato ita pronunciauit.ſuper qua doctrina ſpecialiter vide Ale. ponentem in conſil.78.viſo colum.2.verſic.non obſtat.lib.5.& Lap. d.alleg.81.col.1.vbi videtur indiſtinctè tenere actum non valere quãdo opponitur de mãdato:& procurator cũ ad illud exhibere,& penes acta producere: ſecus forſan ſi pars in tempore non opponeret: vt ibi, pp dictas deciſiones.

118 Mandatum namq; parte non opponente, vel iud ce illud nõ requirente, poteſt quandoq; produci:licet Alex. in conſil.101. viſis omnibus.col.fi.lib.5. videatur velle poſt cõcluſionẽ in cauſa.produci non poſſe:de quo per doctores in c.is qui,de proc.in 6.& contrarium ſentit idẽ Alex. conſ.146.in fin.eo.li.& d.conſ.78.col.3.eo.li.& dicã infra. & ponit Aym.conſil.108.in iſta cauſa,in prin. vbi videas.

Scias.

119 Scias tamen quod ſi eſſet in Romana curia proc. qui non produceret apud acta mãdatum ſuum, ſi interim contra principalem tanquã cõtumacem per audientiam proceſſum foret: licet ex poſt idem proc. exhiberet mandatum proceſſus nihilominus antea per audientiam factos valeret, & teneret ex quo idem eſt, non eſſe vel non appareret, & imputatur proc non producenti: vt ponit deci. Rot. 169. Si vigore in no. & Ang. 681. ſi citatus & tacit alleg. Lap. 22. an ſuff. in prin.

Cõmunis tamẽ reſolutio de qua ſupra, videlicet qđ geſta per eum, qui non receperat mandatum, non teneant, limitatur dũmodo mandatum ſuperueniens non habeat in ſe clauſulam rati: que communiter hodie ſolet apponi: quia tunc virtute tali clauſulæ, geſta per ſimilem procuratorem ante mandati receptionem in vim ratihabitionis, quę a voluntate ſolius conſtituentis pendent & retro trahitur, valerent & ſuſtinerentur prout videtur ſentire Rot. deciſio. 586. quidam non erat proc. in antiq. & tenet hoc Dom. de ſancto Gem in d. c. is qui: quẽ refert & ſeq. Io. Mil. in verb. proc. ſi non eſt certificatur. & Bald. in l. 2. ff. de proc. Bonif. de Vital. in cle. 1. col. 4. in 4. q. eo. tit. & ponit Ale. d. conſi. 146. in cauſa. & lite. col. fi. verſ. pręterea quando mandatum. lib. 5. vbi ẽt limitando dictam cõmunem opinionem intelligit eam procedere parte requirente mãdatum, & alijs opponente: parte aũt non opponente dicit quo actus valeret, pnt ẽt tenet Bal. in l. 1. C. de proc. & Lap. de alleg. 81. Sed per hoc non recedens a cõi (ſupra ſcripta dominorũ ſtylo circũſcripto) ex quo organa procuratoris ante receptionem mandati dicunt ſuſpenſa: & exercitium poteſtatis impeditum: prout alias diximus de iudice ante reſcripti præſentationem procedente.

121 Quarto principaliter oſtendi poterit, ꝙ is qui comparuit, non erat effectualiter ſi talis demonſtrabitur mandatum eiuſdem, aliqua ratione inualidum. Nam tunc erit perinde ac ſi nullum habuiſſet cum paria ſint aliquid non eſſe vel eſſe ſed nulliter & minus canonice. l. 2. ff. de aut. tu. l. de ætate. §. qđ ait prætor. ff. de interro. act. l. quoties,

ties.ff.qui ſatiſ.cog.l.1 §. & quidem. ff.quod cuiuſq; vniuerſ. quem tex. ad propoſitum adducit And. de Yſer.in c.1.§.præterea quæ ſit prima cauſa benefi. amit. in vſibus feud. Quantumcunque igitur fuerit proceſſum cum tali alieno nomine comparente, cuius poteſtas & conſtitutio ſuerat inualida, nunquam propterea cenſetur eiuſdē perſona legitimatā quominus ex defectu poteſtatis comparentis proceſſus & ſententia impugnari poſſint vt probatur in l.2.C.de eo qui pro tut.& l.qui neque.,C.qui dare tut.poſ.l.non dubium.C.de tut.qui non ſatiſd.tenet Arch. in c.ad agendum . de procur. in 6. quem ſequitur Bald.in d.l.licet.col.1.verſic.tertio modo dicitur . C.eod. tit.& in l.falſus. in 1.colum. C.de fur.& Canoniſtæ in c.ex parte decani dum ponunt quis dicatur falſus procurator,de reſcrip.facit l.2.§.defendi.ff.ex quib.cauſis per Bar.in l.ſi Iulia.§.Iulianus col.3.verſ.ſed quæro.ff.de dam.infect.

122 Quod autem mandatum fuerit vel ſit nullum & ineſficax contingi poterit ratione conſtituentis,aut conſtituti vel formæ ipſius conſtitutionis.

123 Ratione conſtituentis hoc eueniet : ſi ipſe fuerit talis cui nulla , vel ſaltem illius rei.in qua conſtituit competat legitima adminiſtratio : prout ſunt hi quos diximus rōne incapacitatis & imbecillitatis intellectus, vel rōne ſubiectionis,a iudicio prohiberi:Nā ſicuti tales per ſeipſos ſimi

124 lia gerere nō poſſunt minus quoad illorū p̄iudiciū poterūt alteri,vt gerāt,ex ſeipſis cōmittere: vnde ſi aliquis ex p̄nominatis abſq; interuētu iudicis cōpetētis,ac authoritate illorū,quorū auxilio regūtur,putā tutorū ſeu cur.cōſtitueret ꝓc.cōſtitutio (quatenus p̄iudiciū cōſtituentis reſpiceret)nō valeret : vt ꝓbatur in l.neq; §.pupillus.& in l.non eo minus.C.de ꝓc.& l.ſi ꝓc.habēs, vbi ponūt ſcri. C.de in integ.reſt.l.cū & nos minores.in ſi C.ſi aduer.rem iud.c.ſi annū.de iud.in 6.ponit Spec in tit.de ꝓcur.& rōne quoq; conſtituentis. vel ſ.itē ꝙ conſtitues erat minor.

125 Alias ſi tanq̄ legitima pſona aliquo caſu p ſe in iudicio ſtare poſſet,etiā ꝓc.poſſet cōſtituere:cū vſus procu.ad hoc ſit inuentus.l.1.§.vſus.ff.de ꝓc.l.planè.ff.fam.erc.l.4.

§. 1.ff. ĕ rat. hab. tenet Bar. & alij: prout ibi atteſtatur Iaſ. in vert. ex hoc ſequitur in d. l. neq;. & in l. mutus. §. is qui ff. eodem ponit Inn. in c. intelleximus, de iud. & c. cum 1. & 2, de re iu. cum alijs, de quibus per Fel. in c. poſt ceſſionem col. pe. verſ. & aduerte. extra de prob.

Siue igitur is qui cōſt. pupillus, minor, furioſus mente cap. prodigus, mutus, ſurdus, filiusf. vel religioſus, fuerit: ſiue alias talis ꝙ aliqua rōne, vel cā. adminiſtrationem illius rei cuius rōne conſtituit reſpectu dominij, vel quaſi, aut ſaltē adminiſtrationis: ſibi inſolidū a lege, vel ab hoīe datæ, non habuerit: conſtitutio non valebit ex quo nemo pōt alteri poteſtatē q̄ ipſe non habet. l. ꝙ tradit. ff. de acq. re. do. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. procon. Et facit quod ponit Rot. dec. 18. nota quod monachus in antiquis.

126 Eſt hinc vides ꝙ eccleſiarum prælati, quibus ad illorum vtilitatem, rerum ac bonorum ſuarum eccleſiarum competit adminiſtratio, ratione huiuſmodi adminiſtrationis ſiue bona cum capitulis ſeu canonici earundem eccleſiarum, ſint communia ſiue non, dummodò non ſint diuiſa & diſcreta poſſunt ipſi ſoli abſq; conſenſu capituli agere & defendere ac procuratores conſtituere: vt concludunt communiter ſcribentes in c. edoceri. de reſcrip. & c. cum deputati, de iud. plenè examinat Lap. alleg. 49. licet materia. p tot. tenent legiſtæ in l. neq;. C. de proc. Spe. eo. tit. § ratione eius ver. nunquid canonicus. & eſt glo. in ver. pro eccleſia. in cle. ſi. de proc. tenet Ro. vt p Æg. conclu. 592. ſi procurator. & Rot. deciſ. 466. in no. ſeq. Alex. conſ. 186. vlis ſubtiliſſimis col. 3. verſic. nec obſtat. lib. 2.

127 vbi citum ponit ſecus fore in illis prioribus ſeu antianis, & conſiliarijs ciuitatum, & caſtrorum: q̄a ipſe ſoli, & ex eorum officio pro rebus vniuerſitatis ad iudicia procuratores ſeu ſyndicos conſtituere non poſſunt; ex quo ipſi de iure, liberā adminiſtrationem non habent: vt per Cy. Bal. & Sal. in l. 1. C. ēt p̄r. proc. in integ. reſt. poſt. per Bar. in l. illud. § 1. ff. de mino. & in l. item magiſtr. ff. de pac. per gl. & doc. in l. nec ciuitatis actor. ff. de proc. & in l. item eorum. § decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſ. ...

 Iſti

Iſti ergò priores ſeu magiſtratus ſoli non pñt,côtra:ẽ, ſeu eiuſdem bona obligare:vt voluit gl.in d.l.item magiſtri quæ eſt côiter ſm Alex.in cõſ.135.Viſo proceſſu nu. 1.li.7.de quo ponit ẽt conſ.17.in cã in prin.li.6. dũmodo aliud ex municipalis iuris poſitione non diſponatur.

128 Hic eſt etiam ꝙ ſi tutor vel curator non cauerit rem pupilli ſaluã fore,quãdo nõ eſt teſtamentarius, vel ex inquiſitione datus ex quo adminiſtratio rerum pupilli ad huc illis non competit,non poſſunt per ſe neque per procuratorem, aut actorem in cauſis pupilli comparere & ſi ſecus fieret proceſſus eſſet inualidus:vt probatur in l.ſi tutor.C.in quibus cauſis in integ. reſt.& l.3.in fi.C.de tut. & cur.qui non ſatiſ.& l.muto.§. mato. & § hanc autem. ff.de tutel.& dicemus infra.Defectu itaque & impotentia conſtituentis mandatum nullius momenti reputabitur: & perinde erit ac ſi talis illud non haberet: idcirco con-

129 iuncta perſona quæ comparuit, ſi antequã per litiſcõteſtationem fieret dominus inſtãtiæ vellet alterum in cauſa hmôi facere procuratorẽ,cum non ſit dominus, vel quaſi: neq; competat ipſi aliqua adminiſtratio: ſed quodam ſpeciali iure pro abſente comparerę a lege ſibi permittatur,hoc facere nõ potuit:vt tenẽt doct.in l quod quis.vbi per Iaſ.col.2.ver. ſeptimò fallit.C.de proc.per text.in l.3. §.1.ff.rẽ rat.hab.& tenet Rot.677. nota qđ coniũcta perſona,in anti.& facit aliã dec.420.§.ſed verum in noт,quæ etiã docet qualiter hmôi. perſonæ coniunctæ non admittuntur in cauſis ſpiritualibus, & alijs æſtimationem non

130 recipiẽtibus:ex quo in his cautio rati recipi non poteſt ſub qua admittitur coniũcta perſona:vt per tex.& gl.in l. Pôponius.§.fi.ff.de proc.& ſequitur doctores in l. exigendi,vbi Iaſ.colum.3.verſic.quinto fallit.C.de procu.ponit Ægid.concl.682.in cauſis. & Rot.731.no. quod in antiq. de côiũc. perſ.vide Bal.in l.1.C.quibus res iud.nõ nocet.

131 Poſſet etiam idẽ dici de procuratore ſimpliciter,& abſque ſubſtituendi poteſtate dato:qui ſi antequam per litiſconteſtationem dominus litis efficiatur, alterum in cauſa ſubſtituat,nihil agit:vt probatur in l.qđ quis.C. de proc.

l.ſi procur.§ 1.ff manda.l.ab executore.§.fi.& ibi ſcrib ff. de ap.facit gl ordinaria in l.cum eſſent.ff.de ſer.ruſt.pręd. & tex.in c.1.de procur. in 6. Idemque erit generaliter in quibuſcunque alijs talia faciendi poteſtatem a iure vel ab homine non habentibus, ſuper quo diligenter conſiderandum fuerit.

132 Ratione conſtituti,mandatum ſiue poteſtas data poterit eſſe nullius momenti:ſi taliter conſtitutus fuerit perſona,cũ qua iudicium validè fundari non poſſit:prout ſunt hi,qui regulariter nec pro ſe:nec pro alijs poſſunt iudicio intereſſe:vt puta ſeruus,vel monachus,& religioſus:quia abſque authoritate ſuperiorum, regulariter inhabiles reputatur clem.ſi religioſus.& ibi gl.fi.& ſcribentes de procur.c.2.de poſtul.tenet Io.And.in c.in noſtra,ſuper gl vlt. vbi Abb.col.fi.eod.ti.& idem Io.in Spec.§.ratione formę col.fi.ver.vlt.eod.ti (licet Bar contrarium ſenſerit.in l.ita demum. C.de procur. dum vult tales in iudicio pro alijs intereſſe poſſe,ſi non excipiatur. C.de procur.& Io.And. ſequitur.idem Abb.in c.non iniuſte.ſuper glo.1.eod.ti.& Dec.conſ 499.in cauſa.col.3. lib.4.

133 Idẽ dicimus de pupillo, & minore 25 annis qui regulariter abſq; authoritate tutoris vel curatoris non habet legitimã pſonam in iudicio ſtãdi, idcirco ab alijs procuratores cõſtitui nõ poterũt alias ſi cũ talib.procederetur, ꝓceſſus eſſet ipſo iure nullus:& poſſet de hmõi exceptione proceſſum retro nullũ reddente,qñcunq; opponi,vt voluit Bar.in l.minor.ff.de procu ꝑ tex. in c.qui gñaliter.§.fi. de procu.in 6.tenet Rot.dec.801.ſciendum eſt ꝙ aliquis. in antiq; quę vult ẽt.ꝙ habilitatio iudicis,vel partis conſenſus,nihil operetur,& ponit Aeg. pro concluſione dominorum:licet ipſe in contrariũ multa alleget,cõclu.145.

134 minor vigintiquinque, vbi eſt videndum . Et hoc idem tenet Ant.& Abb.in c.iniuſte,ſuper 1.gl.extra de procu. Et eſt cõis ſnĩa & opi.doctorũ ſecundũ Iaſ.in l.exigendi. col.6.ver.in eadem gl.C.de procu.Nam inhabilitas & incapacitas iſtorum quaſi à iure naturę prouenit, vel ciuili fundatus inhabilitante, & reſiſtente potentię, vt dicebamus

mus de ſeruis:prout declarat Bal.in rub.C.qui accuſ.non poſſ.col.3.in ver.ſed an poſt litiſconteſtationem.& Felin. poſt alios in capitulo ſciſcitatus. col.3.de reſcr.

Secus ſi inhabiles(per exceptionẽ)haberentur puta ob aliquam qualitatem extrinſecã alicui adhærentẽ: vt miles clericus, fœmina criminis reus: aut ſimiles : quia cum tales ex ſe regulariter ſint capaces:ſi de huiuſmodi qualitate ſingulari iure inhabilitante, non excipiatur: iudicium tenebit cum ſaltem pro ſe in iudicio ſtare poſſit. l. filiuſfam.§ veterani:& ibi Barto.de proc.l.fœminę.ff eo.l. alienam. C. eo. tit. & hanc diſtinctionem poſuerunt doctores videlicet Bar.Bal.& cæteri in d.l.licet.vbi Bald.col.2. verſ.tertia eſt exceptio. & Bar.col.2.in fi.& idem Barr.in l.Pomp.§ rati.ff.eo.tit. Et in l.ita demum.§.rerum criminis.C.eo.& idem in l.ſi pupilli.§ pen.ff. de neg.geſt. Tancred.ſiue Bald.in pract.in q.3.de procu. & idem Bald.in l. quod quis colum.2.verſi.5.quæritur.C.de procur.& per Ang.inſt.de excep.§ ea quæ.in fin.& §.præterea. colum. 21.verſic.item excipitur.& ſentit glo.fi. vbi declarant:

135 Doctores in d.Clemen.ſi religioſus. Nam in ſupraſcriptis locis communiter concluditur.quod exceptio iſta tu non es procurator, quandocunque admittitur, cum reddat iudiciũ retro nullum. Et quod non fuerit procurator, intelligitur φ nunquam fuerit conſtitutus: vel φ conſtitutio non valuerit ratione conſtituentis,aut conſtituti, qui omnino erant incapaces.

Exceptio autẽ tu nõ poteſt eſſe procurator,eſt dilatoria: ad impediendum duntaxat proceſſum propterea talis ante litẽ conteſtatã opponi debet:quia per litiſconteſt.defectus huiuſ & exceptio (cum quia efficiatur dominus litis) extinguitur:Ideo non pōt amplius ſibi dici, tu non potes agere, vel non potes eſſe procurator,cũ iã ſit dominus litis effectus,ſi modo ſaltẽ pro ſe in iudicio ſtare poſſit:vt etiã declarat Bart.in l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff de cond.ind. & in d.l.ita demum.& Ang.colum.fi.inſt.de his per quos age poſſ.& Canoniſtæ in d.c.non iniuſte . vbi Abb.col.2. verſ.in prima gl.cum alijs,de quibus ſupra & ponit idem

post. & p litis cotestat

Abb.in c.quoniam contra col.pe.& fi.extra de proba.

336 In exceptione aũt excommunicationis cõmuniter dici conſueuit quod ſi tempore conſtitutionis procurator publice,vel occulte ẽ excommunicatus,conſtitutio de ipſo factam eo ipſo non valet: quia actus hmói in perſona excommunicati radicari non potuit. Idcirco factum cum tali procuratore ipſo iure non ſubſiſtit, cum non fuerit procurator: vt voluit Spec in ti.de procu.§.1 in prin.tenent Io.And.Cald.Ant.Abb.in c.poſt ceſſionem vbi hoc idem ponit Fel.pro concluſione,& latius declarat colum. antepe.verſi.prima conclu.de prob.minus ẽt talis excommunicatus poſſet vigore ſui mandati alterum ſubſtituere:vt voluit gl.fin.in d.cle.ſi religioſus & Bar. & alij in d. l.quod quis.C.de procu.& ponit idem Fel.in d.c.poſt ceſſionem.col.pen.ver. tertia concluſio.

Secus ſi excommunicatio poſt mandatum ſuperueniſſet quia geſta cum tali procuratore ẽt excommunicato, ſi nõ foret exceptum,tenent ex quo à principio adfuit fundamentum ſuæ poteſtatis , licet per exceptionem ex poſt impediri potuerit: vt declarant doctores in d.c. poſt ceſſionem,& in c.pia.de excep. in 6.

337 Quandoq; exceptio excõicationis per conteſtationem litis non purgatur : cum quis remanet eo modo excommunicatus poſt prout erat ante propterea licet ad inualidandum,ea, q̃ iam facta ſunt excõmunicato, opponi nõ poſſit poterit tamen opponi cõtra ea quę agenda ſunt ad proceſſum impediendum: ex quo ob periculum communionis talis exceptio habet in ſe cauſam ſucceſſiuam : vt declarat Bar.in d.l.eleganter.§.ſi quis poſt.de cõd.ind. & Ant.in d.c.poſſeſſionem col.pe. & Mil.in ver.exceptio excommunicationis. Idemque dici poſſe videtur de exceptione banni & audientiæ denegatæ per ſtatutum quæ ſemper (ſaltim quoad impediendum proceſſum) opponi poterit:vt per Bar.in loco vbi ſupra.& in l. de pupillo.§.ſupe.ff.de noui ope.nũc.& in l.ſeruos ff.de accuſ.& l.non ſolum.§.quẽquam.ff.de iniu.& Bal.in d.l.ita demũ.verſ.ſed ponamus.vbi æquiparat bannitum ſeruo: & per eundem

dem

de in rub. qui accuſ. non poſſunt. col. 3. ver. quidā ratio e pœnalitatis, vt bannitus & Ang. in d. §. ea quæ col. 7. verſ. 22. Impeditur. inſt. de excep.

Ratione formæ ipſius mandati, quandoq; ipſi conſtituto non tribuitur poteſtas: puta ſi illud in forma probanti non apparet. Eſſe. n. debet per publicam perſonam i. rebellionem, ac ſub præſentia teſtium confectum, cum appoſitionem diei, loci, & aliorum, quæ de iure, vel conſuetudine, in publicis inſtrumētis apponi conſueuerũt: prout in c. 1. in fi. extra de proc. & in c. 1. & 2. extra de fide inſtr. cum alijs, de quibus per Alex. conſil. 41. viſo tenore. li. 1. & conſ. 166. in cauſa. col. pe. ver. præterea. li. 6. vide in terminis. Gui. Pap. q. 19. Valentinus. & declarat quæſt. 471. inſtrumentum & Ang. conſi. 212. viſis col. prima.

139 Vel ſaltem debet ſigillo alicuius iudicis ordinarij roboratum: vt tenet Ro. deciſ. 162. valet procuratorium in no. & 180. quod in antiq. de quo ponit idem Gui. q. 175. literæ. & 481. literis aut de voluntate conſtituentis aduerſario, vel iudici directas, & in iudicio legitimè recognitas, conſtare debet vt l. ſi procuratorem. qui tex. magiſtraliter loquitur. & l. 1. in princ. ff. de procu. l. ne ſatiſdatio. ff. rem rat. hab. l. vnica. vbi glo. in ver. præſentes. C. de ſatiſd. & tex. & ibi gl. 1. in cle. 1. de procur. nunquid autem literæ crendentiæ inducant mādatum ſufficiens vide Bar. Alex. & alios in l. Lucius. ff. de fideiuſſ. Bal. in l. fin. in prin. C. quod cum eo, & in rub. C. de conſt pec. col. pen. cũ alijs addit. per Hyp in l. ſi quis. col. ſi. ff. de q. Quando aũt pars non opponit, Iudex probationem notariatus, & literæ, ac ſigni recognitionem requirere non cogitur: vt aliàs cõclu. Rot. ſm Æg. conclu. 548. Si pars ponit Aym. conſil. 150. in c. benefi. col. 2. in princ. vbi vide maximè ſi eſſemus in antiquis quia tunc oritur præſumptio de notariatu ac officio, vel leuis probatio (puta de auditu, & fama) ſufficiet: vt declarat Inn. in c. veniens. de verb. ſignifi. & Bal. in auth. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſ eccl. Gui. Pap. q. 44. licet cum alijs, de quibus per Decium qui hoc tenet. conſil. 638. Communitas. colum 11. num. 5. lib. 5. la-

tiſſimè ponit Aym.de antiq.temp.in tertia parte verſicu. vt videmus in genere mandatũ tamen hmôi,abſque omni vitio viſibili eſſe conuenit,& falſitatis ſuſpicione carere: alias quandocunque illius falſitate detecta ẽt ſi iudex pronunciaſſet perſonam procuratoris legitimam:nihilominus oĩa tanquam cũ falſo proc.facta corruerent:vt noluit Inn.in c.ſuper literis de reſc.quem ſequitur Bal. in l. falſus.col.pe.verſ.venio modo.C.de fur. & Rot. ſecundũ Æg.concl 28.Iudex datus,& ſi producitur tranſumptum ex alterius protocolo, videbis nunquid debitæ ſolẽnitates fuerint obſeruatæ: de quibus in c. cum p.tabellio. de fide inſtr.& ponit Guid. Pap.q.2.118.122.

140 Et continere debet quis quem, in qua cauſa, & contra quem conſtituat procuratorem:& ſi conſtituens voluerit eũ releuare a ſatiſdatione . promittere ſe ratum habiturũ,quod cum eo actum erit vt docet tex.in d.l.ſi procurator.& gl.ord.in c.mandato.in prin.extra eo.tit.Spec.in §. ratione formæ col.fin.de procur. & in tit.de ſynd.col.fin. verſ. item in creatione.

141 Inſuper ſi cõſtituens rõne ætatis,aut aliâs ſub alterius poteſtate,aut gubernio fuerit,& fari poſſit: prout ſunt pupilli, ſeu minores, ac filij familias, monachi, ſeu religioſi & ſimiles conſtituere debent cum conſenſu ſuperiorum, ſeu adminiſtratorum, ſi quem habuerint.l. neque.§. pu-

142 pillus.& l.non eo minus.C.de proc.& l.cũ & vos minores.C.ſi aduerſ.rem iud.in cle.ſi religioſus.eo.li.& ſi non habuerint,cũ decreto & authoritate cõpetẽtis iudicis cõſtituere debebunt c.ſi annũ.de iu.in 6.l.decreto.ff. de admin.tu.l.fin.C.eo & ibi Barto.& l.1.ff.de tut.dat.ab his.Si vero fari & loqui nõ poterũt a natura,ſeu accidenti impediti,vt infans, mutus, furioſus, vel a loco illo abeſſent: ſi tutores vel curatores adfuerint,ipſi cum decreto iudicis, vel Iudex de cõſenſu,ac periculo illorũ,actorem,ſeu procuratorẽ conſtituẽt vt d.l.neque & ibi doct.& l.ſolẽt.vbi Bart.ff.de tut.l.vnic.C. de act. a tut. vel cur.dan.l.actor. vbi gl.& Bar.ff.rem rat.hab gl.& doct.in §.fin.inſt.de cur. & in d.c. ſi annum. de iud. & in curatore furioſi nunquid

ſer-

ſeruari debeat forma 1. de creationibus. C.de epi. aud.& l.fi.de cur.fur.vide Barto.in conſil.144.Iudex communis.

143 Et(prout dixi)iudex talia faciēs eſſe dēt iudex competēs illi,cui actorē ſeu procuratorē conſtituit,p iura ſupra ſcripta: & per tex. & ibi gl. & doc.in l.1.& l.pupillo, cum pluribus ſequentibus.ff.de tut.& cur.dat. ab his l.neque. C.qui dare tut.l.magis.§.illud.ff.de reb.eo.l.1.§.fi.C. de emanc.l.1.& ibi Bald.C. de iure aureo.annul. ponit Dec. in conſ.150.col.2.verſ.ſed tamen prædictis.lib.1.

Idcirco cōſueuit adhiberi cautela,vt pupillus, vel adultus, antequā ſibi de curatore prouideatur, ſibi domiciliū conſtituat in loco,vbi dādus eſt curator,ad hoc vt iudex dicatur cōpetēs:vt per Bar.& doct.in l.1.C.vbi pet.tut.& d.l.1.de tut.dat.ab his.& l.fi.§.1. vbi Bart.de adm.tu. ponit Ang.in § præterea.col.31.inſt.de excep. An aūt tutor ſeu curator ſimpliciter a iudice datus habeat poteſtatem ſuper rebus extra territorium iudicis deputātis, vide tex. in l.propter.§.licet.ff.de excuſat.tut.& l.magis.§.illud.ff. de reb.eo.& Alex.conſ.128.conſideratis.col.4.li.1.Caſſaneus conſ.31.factum tale col.1. cum ſim.

144 Et nota ꝙ ſi hmōi incapaces fuerint rei conueniendi, & tutores ſeu curatores nō habeant; ſemel citati ad legitimè comparendum poterit iudex ad partis alterius inſtantia illis abſentibus, vel ēt inuitis actorē ſeu curatorē ad litē illā deputare.vt §.itē inuiti.iit.de cur.l.1.vbi gl.Cy. Iac. de Are.Bal.& Sal.C.quid pet.tut.l.ait pretor.ver.& ideo vbi gl.in ver.ex cōſtitutione. vbi etiā Bal.ff de min.tenet, Lap.alleg.123.quidā.col.pe.dec.Neap.256.mater vidua. & dicā in q.fi.habēti vero tutoē, curator ſine cā nō eſſet dandus:alias datio eſſet inualida.l.tutor.ff.de tut. & cur. dat ab his.l.antetep.& ibi gl.& l.pe.C.in quib.cau.b.tutores hab.& c.& l.cū in iure.C.qui pet.tut.l.ſi ſororis.C.q dare tut.vel cur.poſ. cum ibi no. ponit d.dec.Neap.256. poſt prin.Anch.cōſ.31.viſa col.pe.& cōſ.314. videtur n.2.

Si vero tales incapaces fuerint actores, & velint alium cōuenire:actor ad lites dari nō cōſueuit,niſi p.ſētem & acceptās ac pſenti & petēti.l.qui habet.§. pupillus vbi gl.& doct.

doct.ff. de Tute.l.mutus. §.-is quid ff. de proc. vbi glo. in ver.conſcientiæ.& l.diuus.§.ſi quidem.cum ſeq.ff.qui pet. tut.ponit Bar.in d.l.actor.& l. ſolent. & Ang. in d.§.fin. inſt.de cura.& Bart. ac doctores in l.ſi actor.C.de appel. aliàs inhabiles & incapaces non legit. in iud. comparentes parte opponente, non audierunt: vt per doctores in dictis locis;& in l.non eo minus.C. de procu.

14ſ Et aduerte,quia actores hmõi ad lites deputati,ex quo potius perſonæ, ſeu liti,q̃ bonis deputantur, non tenentur inuentarium conficere.l.ad protegendum.C. de in litem dando tutore,tenet Spec.in tit. de actore ab vniuer; dat.§.1.ver.puberes. & ſequitur Rot. deciſ.45. procur.in no.& Bar.in l.tutor.qui repertoriũ.ff.de adm.tut.quia ſufficit inuentariũ tutorum ſeu curatorum,quorum periculo actores hmõi creātur.d.§.fi.inſt.de cura.debēt tamen iurare vtilia facere,& inutilia prætermittere,ꝙ de iure codicis introductum fuit: vt l. de creatione.C. de epiſcopa. aud. qui tex. loquitur de curatore furioſi: ſed poſtea id ad quoſcunque alios tutores & curatores extenſum fuit: vt in auth.vt hi qui perhi.obl.hab.res mi.§.fi. & declarat Bart.in l.legitimos.col.2.verſic.Tertiò ꝙ requiritur.ff.de legit.tut.quē ſequitur Ang.in d.§.prætereà.col.33.in fine inſt.de excep.tenet Spec.in d. ver.puberes. & ita intellige Rot.dec.497.Not.ꝙ procu.quamuis videatur dicere cõtrarium ex quo corruptè legitur in antiq.

De curatore bonis abſentis dando,qualiter dandus ſit arbitrio iudicanti:& ꝙ ſatiſdare teneatur, vide Dec.conſ. 575.in caſu col.4.& latè ponit Odofr.in lib.de cura. bonis eād.& Alex conſ.221.col.fi.li.6.de curatore dando hęreditati iacenti: & quid facere poſſit,vide Bart.in l. ſi bona in fin.C.de bonis aut.iud.poſ.Bal.in l.cum debitoris. C.de iud. Alex in l.conſtante.§ ſi exhæredato. in princ. ff.ſol.mat. quos refert Deci.conſ.401. licet col.2 in prin. li.3.& latius ponit conſ.509.exhibentur,in princ.vbi vide,lib.4. vide omnino Cap. dec.87. in cauſa magiſtrali, vbi ponit quinq; requiſita,ad hoc vt datio hmõi curatoris valeat.& facit ꝙ etiã ponit deciſ.1.q.1.in cauſa Andreæ.

Ang.

Ang.conſi.103 & 192.cum ſeq.& 334.col.fi.

147 Et in conſtitutione huiuſmodi actorum, ſeu curatorum,de ſubſtantia eſſe conſueuit, ꝙ ad effectũ obtinendi iudicis decretum exprimatur aliqua cauſa neceſſaria, vel ſaltim probabilis, aut voluntaria, puta ob infirmitatem, honeſtatẽ quando eſſet mulier, vel pluralitatẽ negotiorũ, vel aliquam aliã ſaltim apparentem cauſam: alias actoris hmõi deputatio non valeret, ſecundum Bar.in d.l.actor. vel ſic.Tertio quæro ff.rem rat.habe.per tex.in d.l.decreto.ff.de admi.tut.& l.ſolent.in fin.ff.de tute. & §.fin.inſti. de cura.ſequitur Ang.in d.§.preterea colum.33.ver.quia vidimus.Idẽ tamen Bar.in d.l.decreto. aſſerit cõiter teneri, ꝙ ex voluntate poſſit actor conſtituitur l. neque. C. de proc. conſultius tamen foret, ꝙ ſemper aliqua cauſa quantuncunque generalis. exprimatur quia negocia pupilli ſunt diffuſa,vel ob impedimentum rei familiaris,abſentiam futuram,aut ſimilia: vt dictum eſt ſupra per text. in l.Thais §.1.ff.de fideicom.liber.& l. ſi longius, in prin. ff.de iud.cum ſimil.& vide Dec.conſ.674. in teſtamento, prope finem, lib.5. dum ponit quod tutor ex abrupto ad requiſitionem matris tranſeuntis, ad ſecunda nota datus, non valet.

Inſuper ſi actor a tutore vel curatore conſtitutus fuerit,erit videndum qualiter de poteſtate cõſtituẽtiũ cõſtet:& nunquid adimplẽda pro illorũ parte,fuerint adimpleta:adeo ꝙ illius competat adminiſtratio & poteſtas talia faciendi,puta vidẽdum erit ſi fuerit tutor aut curator vniuerſalis, & bonis datis nunquid ſolenniter ſatiſdederint rẽ pupilli ſaluam fore:ſi modo non fuerit teſtamẽtarius,vel ex inquiſitione datus ꝑ tex. in l.dubiũ.C.de tut. qui non ſatiſderint & nunquid promiſerint defenſionem rerum & ipſius pupilli ſuſcipere, ac iurauerint, & ſe ac bona ſua obligauerint pro eo vtilia facere & inutilia prætermittere, per tex.in l.fi.C. de eo. vtilia facere & late per Alex.q̃ hoc firmat in cõſ.129. ponderatis col.2.lib.1.& cõſ.80.viſis.col.3.in fi.lib.5. vbi hoc decl.repertoriumque ſolẽniter fecerint & adminiſtratio per iudicem fuerit de-

creta,

creta, vt l.tutor qui repertoriũ.ff.de adm.tut.& l.ſi pluribus,in prin.ff.de author.tuto. quoniã pmiſſis nõ adimplẽtis,talis nõ poſſet aliquo mõ authorare: vt probatur in dictis iuribus, & d.l.de creationibus.& l.fi.de cur.fur.l.cõſ. §.1.ſ.eo.& l.fi. C.arbit.tut.& præmiſſa oĩa ponit & comprobat p ordinẽ Bar.in d.l.legitimas. vbi in pluribus locis atteſtatur ex defectu pmiſſorũ vidiſſe multas tutelas corruere.& idẽ afferit Ang.in d.§.præterea col.30.ver.ſexto obijcitur de excep.& Gui.Pap.q.330.quinque vbi ad hoc ponit quinq; requiſita:quẽ vide,& Cap.dec.50. in cauſa Iacob.vbi recenſet nouẽ,& plura ponit Rom.conſi.425. vbi ponit quindecim adimplenda per tutores anteq̃ ſuſcipiant tutelam,& ſparſim per Spec. in tit. de tutor per totum, & de tutore qui nõ fecit inuentarium, vide Alexan. conſi.86.viſis col.9.verſicu.non obſtat ꝙ non feceris &c. lib.2.& melius in conſi.163.alias lib.5.cum ſimi.

Et pmiſſa pcedũt quoad ad fauorẽ pupillorũ & aliorũ qui alieno auxilio regũtur:ſecus verò quo ad eorũ præiudiciũ p l.nõ eo minus.de qua ſatis dictum fuit ſupra idcir
149 co caute agendo a principio copia ſimilium tutelæ vel curatoriæ peti debebit,ad effectum vidẽdi nũquid ſint validæ, & repellẽdi eos qui proceſſu tpis geſta cũ illis impugnare vellent:& copia hmõi ẽt expenſis pupilli.dãda eſt, arg.l.2.§ recte defendi,& ibi Bar.ff. ex quib. cauſ.in poſ. eat.& l.1.in fi.C.de curat.bonis dand.docet Ange.in d.§. præterea col.32.2.in fi.inſtit.de except.
150 Eſt nihilominus aduertendum ꝙ licet ordo ſit (vt dixi) ꝙ anteq̃ adminiſtratio p iudicẽ decernatur,cõfici debeat inuentarium , & fieri obligationes , ac præſtari ſatiſdationes: de quibus ſupra, vt in d.l.fi.§.tali de curato. furioſ. & l.fi.arbitriũ tutor.Si tamẽ ordo huiuſmodi pruertere tur , non vitiarẽt prout ẽt non vitiaret ſi fideiuſſor fide & facultatibus parum idoneus præſtaretur : dummodo tutori aut curatori de dolo opponi non poſſet : prout eſt tex.& hoc ibi not.Bal.C.de magiſtratib.conuen l.fi.

Et ſi cõſtituens foret collegium,ſeu vniuerſitas,vel capitulum aduerti debebit non quid cõſtituẽtes fuerint tpe

cõſtitutionis more ſolito & collegialiter cõgregati: ꝓut requiritur.l.2.& ibi gl.C.de decurio. lib.10. actuarios,& ibi Bar.C.de mun.& actu.eo.lib. Bal.& alij,poſt glo.in l. nulli.ff.quod cuiuſq; vniuerſita. Spec.in ti.de ſynd.col.1. & ibi Bal.in addit.in prin & dic non referre qualitercunque ſint congregati,dummodo in loco ſolito congregati ſint,vt celebre dictũ Inn.in c.2 de nou.ope.nun.idem ſequitur Abb.illud extollendo in c.vni.col.3. in prin.extra de ſyn.& tenuit Bar.in l.obſeruare.C.de decur.li.10 ſecũdum Dec.conſ.199.viſis circa fi.li.1. Aym.conſ.4.præſupponit col.fi.& conſ.154.ſcrip.col.2. in fi.vbi videtur contrarium tenere ſi mó loci cõſuetudo,aut ſuperiorũ decreta nõ obſtent,iuxta ea q̃ ponit Gui.Pap.q.106.oẽs villæ & eſſe debent duæ partes ex tribus ipſius collegij ſeu vniuerſitatis:& qđ maior pars ex præſentibus cõſtituat,alias nó valeret.l.nulli.& l.planè.ff qđ cuiuſq; vniuerſit.c.cum oés & ibi no.doc.de cõſti. & qđ fuerit maior pars in ipſa cõſtitutione exprimi dẽt ꝑ l.noiationũ.C.de decu.li.10. vt inqt Bar.in l.fi.C.de præd.cur.& l.2.& l.procu.de decurio.eo.li.debẽt ẽt ſingulariter exprimi noia conſtituentiũ,q̃ pſentes ſunt:& hoc ſi fieri põt,alias ſi fieri non poſſet,puta quod eſſet multitudo innumeroſa:ſi ageretur de actu alicui9 põderis,deberẽt aliqua maximè maiorũ noia exprimi: & addi poſtmodum clauſula videlicet (& plures alij duas partes vniuerſitatis hmõi facientes,ac totã illam repræſentantes &c.)alias cõſtitutio non valeret:cũ diſcerni non poſſet,an talis cõſtitutio a duabus partibus ex tribus facta foret,vt tenuit Bar.in l.1. ff.de albo ſcrip ꝑ l.tertiam.C.de alienatio.rei ad ciuit.pert.li.12. & in auth.hoc porrectũ.C.de ſacroſa.eccl & tenet Bal.in l.neq; in fi.C. de proc.& l.1.ff.de magiſtr.cõue.& l.1.in prin. ff.de rebus eo.& l.ciuitas.in fi.ff.ſi cer.pet.Ant.de But.& quamplures alij in d.c.vn extra de ſind.ita ẽt concludit faciendum Io. And.in addi.Spec.eod.tit.in ver.porro.in fi.& ibi Spec.& Ang.in d.§.præterea.ver.tranſitũ faciamus. col.28.inſti. de excep.& hoc magis cõiter tenetur, vt aſſerit Alexand. conſil.1.colum.2.verſic.ſed premiſſis lib.4. & tenet Roc.

decisio.

deciſio.555.vtrum ſi notarius,& 132,no.quòd non valet & antiq.& Ant.Cap.in dec.4.col.2. quem omnino vide.

Si tamen ipſi conſtitutioni ſeu inſtrumento ſigillum eiuſdem vniuerſitatis apponeretur,ét quod nomina conſtituentium non eſſent expreſſa valeret, & ab omnibus ſeu maiori parte vniuerſitatis facta præſumeretur,ſecundum Rot.in loco de quo ſupra: quæ aſſerit ita ſeruari in Rot.pro quo eſt notabile dictum Io.And.in Spec.d.ti.de ſind.col.5.in verb.verſi.porrò.quem pro notab. ſequitur Panor.in d.c.vnic.col.3.verſi.& no.bene hoc dictum &c. extra.eo.ti.Aym.conſ.121.ſcrip. col.2.

Et eſt notandũ quòd etiã ſi minor pars in conſtituẽdo promitteret, quod vniuerſitas tota haberet illud ratũ & gratum:per hoc conſtitutio non conualeſceret: licet minor pars,quæ ſe obligauit, ex hmói clauſula ratihabitionis conueniri poſſet.l.1. de magiſtra.conue.l.Teſtatrix.§. plures.ff.de ſeruit.vendicẽt.hoc ponit Bal.ad Specu.in d. tit.de ſind.vbi not.loquitur in verb.minor pars &c.

Eſt in ſuper ſciendũ in conſtitutione huiuſmodi ſindici,ſeu actoris non eſſe neceſſarium aliquod iudicis decretum: prout diximus in conſtitutione aliorum actorum, ſeu curatorum requiri,vt per glo.& Bar.in l.actor. ff.rem ratam habe.per tex.in l.2.vbi Bar.C.de decur.lib.10.& c. in cauſis.extra de procu.quod tenet Inno.& Abb.in c.fin. col.pen.ver.2.no.eo.ti.licet rector ſeu magiſtratus in congregando vniuerſitatem ſi aliter congregari non poteſt intercedere debeat,vt d.l.2.vbi autem congregata fuerit, ipſa pro ſuis iuribus abſque interuentu aliorum conſtituit,vt l.1.ff.quòd cuiuſque.licet Bal.in d.addi.de ſind.voluerit(cum vniuer. ſit loco minoris) decretum requiri: & ad præmiſſa vide etiam glo.quam ibi Bart.multum commendat in l.omnibus.ff.ad ſena.Treb. & Alex.conſ.17.in cau.in prin.lib.6.

Et ẽt notãdũ qđ in cõſtitutione hmói poſſet dici vniuerſitas talis,ſeu capitulũ tale, in quo intererãt talis talis & talis &c.cõſtituerũt,&c.vel dici poſſet,quod talis prior ſeu Abbas talis monaſterij de conſenſu ſuorum mona-

chorum,

chorũ,ſeu c.ibidem pſentis &c.vel pro ſe,& talibus,ac talibus: ibidẽ pſentibus & capitualiter congregatis, ac pro vniuerſo c.ſeu collegio cõſtituit &c.& videtur ꝙ ſimilis conſtitutio valeret:qm̃ quiſq; procuratorẽ pro ſe,& alijs præſentibus, & nõ contradicentibus dare poſt: vt tenuit Rot.ſecundũ B.ſig.in tit.de procur.deciſ.13,& 426.ſi decanus circa medium in no. de quo per Specul. in d.tit. de ſind.col.3.ver.porrò & c.Secus eſſet,ſi diceretur, Canonici talis Eccleſię conſtituerũt talẽ procuratorem: quia ex quo talia verba poſſunt verificari in duobus canonicis,nõ concluditur,neque probatur illũ talẽ fuiſſe legitimè cõſtitutum: vt dixit Anch.& Imol.in cap.4. de his quæ fiunt a prælat.ſine cõſenſu cap.cum alijs,quos refert & ſequitur Alex.conſi.7. ſuper. in fi.lib.1.Tunc ẽt poſſet dubitari,an ipſi Canonici voluiſſet conſtituere collegialiter,vel ſingulariter. maximè ſi ageretur de re ſeu materia ad capitulũ non ptinente: qa eo caſu magis iure ſingulari conſtituiſſe conſenſum eſſet: vt voluit Spec. in d.tit.de ſyndic. §.fin. & tenuit Old.conſi.315.de quo vide. Corſet.in dictionario domini Abb.in ver.indefinita diſpoſitio. vbi ſatis bene loquitur, & Franc. in c.fin. in prin. de reſtitu. ſpoliat. in 6.Fel.in appel.auditis col.12.verſ.guſta de preſcri.Decius conſil.221. non patitur.2.anguſtiæ, col.1. Et not.quod ſi inſtrumentum publicum ſyndicatus reperiretur, dicenti illud non fuiſſe per maiorem partem, an minus ſolenniter factum:ſi ex eius facie non apparet defectus,incumberet onus probandi, ex quo publico inſtrumento præſumitur, ita videtur ſentire Spec. eo. tit.verſi. quid ſi in aliquo.& Bald.in verb.exceptio quod ſyndicus. & Abb. in d.c.vnic.in fi.extra eo.tit.

253 Sed ſi ex illius facie,aut alias appareret defectus eiuſdem etiam quòd iudex pronuntiaſſet ſyndicũ habere legitimam perſonã,vniuerſitati nihilominus non præiudicaſſet: vt tenet Spec.& ibi Ioan.And.col.2.verſic.quid ſi iudex pronuntiat &c. videlicet quando conſtitutio fuiſſet ipſo iure nulla, ſecus ſi ope exceptionis: vt declarat ibi Bal.in verb.ſententia lata,eodem titu.de ſyndicatu.& facit

eſt quod ponit Aym. conſi.134. ſcripſi alias col.9. verſic. pro hoc quod ſcribit.

154 Scias etiam quod ſyndicus vniuerſitatis non dicitur procurator ſingulorum, neque pro illis tanq̃ ſingulis quicquam facere poteſt: vt vult Rot. 426. Deci. in nouis. & Faſtol. in cauſ.6. dub. 23. Dec. conſi. 61. col. 2. in fi. lib. 1. & Alex. conſi. 44. viſo lib. 1. tex. in l. 2. ff. quod cuiuſque vniuer. prout nec procurator ſingulorum eſt procurator vniuerſitatis: vt tradit idem Dec. conſi. 672. colum. 1. cum ſi & in mat. vide Aym. conſi. 45. quidam homines.

Quinto principaliter (& vltimo) quòd is qui cóparue-
155 rit non fuerit talis: neque aliqua comparendi poteſtas ſibi competierit, oſtendi conſueuit ſi poterit aliquo modo deprehendi, quod mandatum ſeu poteſtas primo loco data fuerit reſoluta, & expirauerit: quia qui fuit, & non perſeuerat eſſe talis, non dicitur talis. l. ſi pro parte. §. verſum. vbi gloſ. poſt tex. ponens non dici factum illud quod non durat factum, cum ſuis concordantibus ibi adductis. ff. de in rem verſo. & gloſſ. in cap. 1. §. confirmatos. in verb. domum. de relig. domin. in 6. text. in l. item eorum. §. quod ſi ſi actor. ff. quod cuiuſque vniuer.

Qui ergo a principio fuit, & poſtea ante actus, de quo quæritur confeſſionem eſſe deſijt perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet procurator: & geſta cum eo, ex mandati & poteſtatis defectu non valebunt l. cum quis in princ. §. 1. & l. ſi cum Cornel. ff. de ſolutionib. cá. ex inſinuatione, c. in noſtra. extra de procu. & in terminis ponit Bal. in l. falſus col. 1. verſ. ſecundo modo dicitur falſus. C. de furt. & in l. licet. col. 1. poſt prin. C. de procur. eſt gl. ordinaria in cap. ex parte Decani in verſ. procurator. & in glo. fi. in prin. vbi ſcribentes de reſcrip. Et Ioan. Ana. in conſi. 96. & & conſi. 104. & Barb. conſi. 15. nu. 2. lib. 2. prout eos refert & ſequitur Boer. deciſ. 274. col. pen. num. 8.

156 Mandatũ tñ procurationis durat, donec voluntas mãdãtis durare præſumitur. l. ſi verò nó remunerãdi. §. ſi mãdauero. ff. mandati. l. ſi pater ff. de manumiſſ. vindicta. l. vnica. §. 1. C. de ſatiſdationib. l. ſi ꝓcurator. §. fi. ff. de procuratoribus:

toribus, q a mutatio ſeu extinctio volũtatis cũ ſit quid facti, nõ præſumitur. quinimò potius præſumitur perſeuerãtia. l. diſpenſatori. ff. de prob. c. maiores, in fi. vbi gl. & ſcrib. extra de baptiſ. tenet Rot. in not. caſu dec. 3. in prin. de dol. & contu. & dec. 1. de renunc. vt per dom. Caſ. & Æg. conclu. 135. ſi Epiſcopus. in fin. Anch. conſ. 90. conſidero
157 col. 1. ponit Io. And. in c. licet de procur. in 6 dum vult non præſumi conſtituentẽ mutaſſe voluntatem: & propterea quod conſtitutus qui a principio onus cauſæ acceptare voluit ex poſtfacto pœnitere & illud acceptare poſſit iuxta illũ tex. Nã q ſemel cõſenſit, quotidie cõſentire videtur quouſq; de cõtrario cõſtet arg. d. l. ſi cũ Cornel. in fi. ff. de ſol. l. pe. in fi. ff. de vſufru. accreſcendo. per quem tex. ita concludit Bal. in addit. ad Spec. in ti. de reo, in verb. ſi pater ſatiſdat. & ponit Alex. qui præmiſſa ſequitur conſi. 89. viſo ſtatuto. in fi. li. 7. & conſ. 81. reuocatur col. 2. in prin. lib. 5. Dec. conſi. 172. in cauſa venerabilis. vide Caſſad. dec. 5. de iure patr. cum ſim.

Idcirco ſemel conſtito de mãdato & poteſtate comparentis, illi ſtandũ erit, donec de cõtrario oſtenſum fuerit.

Oſtendetur autem contrarium, ſi legitimè apparebit de expreſſa, vel tacita, aut iure præſumpta ipſius mandantis contraria voluntate.

158 De expreſſa, puta quod per illud publicũ inſtrumentũ ſeu literas ſicuti quis a principio aliquem c nſtituerit, ita eundẽ poſtea deſtituerit, ac reuocauerit eidem, ne ſe vlterius in cã intromittat, inhibendo quod ẽt ſi cõſtituẽs iuraſſet ipſum nõ reuocare, facere poterit, licet periurius fiat, dicit gl. not. in c. fin. in verbo reuocatus, de procura. in 6. Nam in is quæ a libera voluntate vnius pendent, fieri non poteſt etiã per pactum, quominus reuocare liceat. l. ſiquis. in prin. de legatis 3. & docet Barto. per illum text. in l cum precario. ff. de precarijs. idem igitur erit in procuratoris conſtitutione ſecundum gl. præfatam: quam ſequitur Alex. conſ. 18. viſis col. fi. lib. 2. & conſi. 29. perſpectis. col. 6. verſi. circa quartum lib. 5. & Fel. in cap. ex parte. in verb. amplia quinto de reſcri. vbi latius cumulat,

& Dec.conſi.475.in cau.quæ Mantuæ.col.3.verſic.quod aſſ .lib.4.cum pluribus alijs ad hoc cõgeſtis per Boer. qui hoc tenuit dec.207.col.2.Aym.conſ.191.in cauſa.colum. 3. verſic.& ſi dicatur latius ponit Angel. conſil.225.punctus,nam actus factus contra iuramentum præcedens, valet regulariter. c. ſicut ex literis. de ſponſalibus & ponit idem Alex.cõſi.16.Ponderatis colum.1.lib.3.& Rot.deciſ. Not. ꝙ vbi aliquis facit procurat. in anti quæ declarat hoc procedere in profanis in quibus cadit intereſſe ſecus autem in ſpiritualibus in quibus quicquid fit contra iuramentum non valet & ſeq. Aym.conſil.170. proponitur prope fi.q. tamen deciſio pr ut loquitur de non reuocandis mandatis ad reſignan. in c. non ſeruatur.

159 Huiuſmodi tamẽ mãdatis cõtraria volũtas & expreſſa reuocatio quoad inualidandum acta facienda in præiudiciũ illis:qui de prima voluntate fuerat certificatur,formiter & legitimè in notitiam eiſdẽ partis, vel iudicis deduci dẽt,ſicuti de cõſtitutione f ctũ fuerat:quia nil tã naturale eſt q̃ eodẽ genere quicquã diſſolui,quo colligatũ eſt l.nil tã naturale.ff.de reg.iur.l.ab emptione.ff.de pact.cũ ſi & quon ã cõtrario um eandem eſſe debet diſciplina.ſ.quando militat eadem ratio in vtroq;: vt docet Bar. in l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff. de verb. obli.& Bal.in l.fi.col.fin.C.de fideicomm.ff. cum alijs, de quibus per Dec.conſi.650. in cauſa.num.14.lib.5.& propterea ſicuti pars diuerſa ſeu iudex a princ pio de procuratoris cõſtitutione p publicũ inſtrumentũ certificati fuerũt ẽt (vt eſt dictũ) de reuocatione p ſimile inſtrumẽtum, vel alias modo cõſimi i,cui credere teneantur, certificari debent: vt ſenſit gl. in clem.1.de renuncia.& in clem.cauſam.in fi.de electionib. & gl.in verb. reuocato. in c.mandato.de procuratorib. & regulare eſt(vt dixi) ꝙ modus obſeruatus in concedendo,obſeruari etiam debeat in tol

160 lendo & derogando: vt tenuit Ang. in l. omnium. C. de teſta. Doct. in authen. econtra. ſi filij. C de repudia. per illum text. & l. prout quiſque. ff. de ſolution. ponit Bartol. in l.2.§.1. ad fin.ff.de option. legat. cum alijs, de

quibus

quibus per Alexand. conſil.47. in cauſa inter aſſertas. in prin.lib.7.& conſ. 209.ſtatutia.col.pen.verſ.vlt. ratione. lib.2. Aym.conſi.25.dubia plura. colum.3.verſ.2.dubitatur. Modus ergo & ſolennitas ſeruata ad inducendum, ea dē ſeruabitur ad reſoluendum mandatum. & facit tex. in l.ſi pupillus.§.proſcribere.ff. de inſtitutioni, ac tenet Rota, quæ magiſtraliter loquitur deciſ.21.ſi dominus.in pri ma additio.in nouis. Anch.conſ.223.ſubtiliter.col.1.Ro. conſ.65.viſo nu.2.& vide omnino Sig.de homod.conſil. 59.ſi quæritur nunquid reuocatio. Super quo videas ea quæ ponit Boer.qui videtur contrarium ſenſiſſe, deciſio. 347.col.pen. cum ſeq.niſi dicas ꝙ loquitur de extraiudicialibus.facit etiam quod ponit Bart.in l. Chirographus. in fi.ff. de admi. tut.

Et ſi aliter fieret;ideſt,quod reuocatio formiter & legi time non intimaretur:ſi modò per ipſos partem aut iudicem non ſtetiſſet,quominus intimari potuiſſet: cum illorum probabilis ignorātia eos excuſare debeat, geſta cum tali taliter reuocatio valerent & tenerent d. cle. 1. de renuntia.cap.mandato.& ibi gl.ordi. in verb. reuocato.vbi ponunt ſcribentes.& c.auditis.extra.de procurat.ponit gl. in cap.2 in verbo reuocari eo.tit.in 6.& l.ſi mandaſſem.ff. mandati l.vnica vbi gloſ. Bal.& ſcribentes.ff.de ſatiſdatio ni.per Bart.& alios,in l.more.col.3.ff.de iuriſ.om.iud. & in l.ſi procur. §.fin. de procurat.ponunt Canoniſtæ gloſ. in verbo propter ſuſpicionem, in c. ex parte Decani: per illum text. vbi latiſſime cumulat Felin. de reſcrip. cum alijs de quibus per Alexand. conſilio 83. in cauſa & lite. colum.3.

161 Licet quoad ipſum reuocantem, & eius preiudicium incontinenti, & abſque alia intimatione reuocatio effectū ſuū ſortiretur:ex quo quoad ipſum non cadit ignorātia: vnde geſta per talē procuratorē reuocatū (quatenus vtilitatē reuocantis concernerēt) indifferenter non eſſent valida: per not.in d.c.ex parte Decani. & d.cap. auditis. vbi hoc tenuit Hoſt. & idem Hoſtienſis in ſum. tit. de procuratorib.verb. qualiter mandatum finiatur, in prin.

& tenet gl. in c.2. de proc. in 6. Sicuti enim ſi facta eſſet reuocationis notificatio, non deberet cogi reuocans recipere ad acta contra ſe facta per huiuſmodi procuratorem reuocatum pari modo ipſe contra alium admitti non debet, ne iudicium claudicet l.fin.C. de fructib.& litium expenſis. ita videtur ſentire poſt gl. Abb. in d c.mandatum.in prin.& Fel.in d.c.ex parte, colum.10.in 3 fallent. & videtur ſequi Rot. 171 nota quod vbi aliquis in antiquis.& latius per Caſſad.dec.2.circa fi. de appella.& facit tex.in l.3. in fi.ff. mandati.

Et quod reuocatio formiter imitanda ſit, intellige ſiue fiat ante litem conteſtatam, quando libere permittitur ipſi conſtituenti reuocare: vt ante litem conteſtatam, cum ſeq ff.de proc. & c.quamuis in prin.eod.tit. in 6. ſiue fiat poſt conteſtatam litem, & quando procurator iam erat dominus litis effectus, nec poterat inuitus ſine cauſæ co-
162 gnitione reuocari: vt dictis iuribus: nam ſi in caſu iſto fuerit reuocatos etiam quod procurator ſuper hoc (honoris ſui cauſa) audiri peteret: iuxta.l. quæ omnia.ff.eod.tit. Si reuocatio ad notitiā partis & iudicis deuenerint: quicquid cum eo poſt reuocationem fieret, ipſo iure non valeret, ſecundum gl.in c. mandata.in verbo reuocato, circa fi.extra eo. & gl.in c.quamuis. in verbo ipſo nolente, eod.tit.in 6.& Cardinalis in cle.fin.in quarta oppoſitione de procuratoribus. Caſſad.dec.2. num.5. de appellation. Et nota quod talis reuocatio poteſt etiam notificari & intimari per procuratorem, ad hoc ſpeciale mandatum habentem, iuxta not. per gl.& Bartol.in l.1.§.1.ff. de lib. agnoſc.cum ibi aduct.

163 Tacitè de contraria volūtate mandatis, vel ſaltē quod ipſa ceſſet, apparebit: ſi ipſe mandans alteri ac cauſam huiuſmodi procuratorē ſimpliciter ex poſt conſtiterit: nam poſteriorem dando, priorem agere prohibuiſſet videtur: vt dicit tex. in l. ſi quis.§.fin.ff.de proc.l.procuratoribus. C.eo. tit. &c. non iniuſte extra eo. Vnius enim incluſio eſt excluſio alterius.l.cum prætor.in prin.ff. de iud.l.maritus. C. de procu. per ſecundam itaque conſtitutionem

&

29 tex in c.niſi eſſent. nu.3. de præben. vbi voluit in dubio citationem debere præſumi iniuſtam, niſi à circunſpecto iudice commiſſa ſit. Sed quia in præmiſſis,& ſimilibus caſibus quando citatio emanauit, proceſſus redditur nullus potius ex defectu poteſtatis & iuriſdictionis iudicis, q̃ ex defectu citationis. Idcircò cùm Ioan. And. & Bald. extrà materiam loquimur:nec opus eſt illorum algoriſma vlterius formaliter proſequi, & declarare.

30 Redeundo igitur ad defectus citationis dico illā debere eſſe talē,vt citatus plenā,& particularem cognitionem actus fiendi,habere poſſit,ac liberam facultatem, ſi voluerit illi contradicendi: cùm ad iſtum finem ſolennitas citationis fuerit adinuenta (vt diximus ſuprà) & ponit Io. And.in Nouella.in c.fin.de elect. in 6. aliàs ſi citatio non foret clara:ſed talis ꝙ citatus ad ſe defendēdū inſtrui non potuiſſet,vt puta æquiuoca,vel obſcura,non arctaret citatū, nec ipſum faceret contumacem, per tex.magiſtralē in l.eum qui aliter.& l.fi.& vbique Bar.ff.quod vi aut clam. Lanfr.in d.c.quoniā contra.in §. citationes verſi.5.quæro extrà de proba:& ponit Alex.conſi.137.nu.13.lib.2.

31 Idcircò pro validitate & ſubſtātia citationis requiritur imprimis ꝙ ad partis inſtantiā per cōpetentē iudicem, ac in tp̄e debito decernatur, cum inſertione nominis, & poteſtatis ipſius iudicis (maximè ſi foret delegatus: & citatio fieret de longinquo: tunc enim deberet inſeri poteſtas ſeu delegatio eiuſdem) ac ēt nomē & cognomen litigatorum: videlicet illius.ad cuius inſtantiam decernitur, & illius,contra quē fuit decreta, & ſpecificari nomen ſeu titulus cauſæ vel actus ad quem citatur, ac locus ſeu tribunal,

bunal, ad quos, & termin s pro quo quis vocatur, ac etiã in forma ſolita, & per verba conſueta concipi & formari: alias ſi citatio in pmiſſis deficeret, regulariter nõ valeret: pro quorum maiori declaratione aliquid eſt dicendum.

32 Imprimis dixi ꝙ citatio per iudicẽ decerni & cõmitti debet: quoniam quælibet citatio, ſiue realis, ſiue verbalis, per iudicem committi debet: prout de reali id eſt captura perſonæ eſt tex. in l. 2. ibi accommodetur aſſenſus. & l. fin. C. de exhib. reis volentes neminem exhibendum: niſi is de cuius exhibitione iudex pronunciauerit: & hoc ibi

33 tenent Bar Bal. & Sal. & procedit de plano: quoniã in tali citatione cognitio cauſæ requiritur ſine captura ob eam cauſam ciuilem fienda ſit, prout in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. Siue ob cauſam criminalem: vt loquitur dicta lex nullus. & ponunt Archid. & Io. And. in c. ſi clericos. de ſent. excom. in 6. quos refert Bal. in l. quod euitandi. in fi. C. de condi. ob turp. cauſ. Cauſæ autem cognitio ad iudicẽ, non aũt ad merum executorem, vel eius

34 officium ſpectat: vt cuique notum eſt. Quinimo ad citatonẽ hmôi realem, id eſt, capturã à iudice impetrandam, ſpeciale mãdatum requiritur: prout cõſuluit Barto. conſilio 38. incip. in cauſa Statij, & in l. procurator meus. per illum tex. & l. Pomponius. ff. ſi procur. meus per illum tex. & l. Pomponius. ff. de procur. & in l. hoc iure. ff. de ſol. quem pro notabili ſequitur Fel. in c. 1. col. 5. ver. 1. itaque ſit. de iudi. de quo vide Alexan. conſil. 133. circa lib. 6. Et loquimur regulariter: quia in certis caſibus lex capturam ẽt priuato permittit, vt in debitore ſuſpecto, fugiente, iuxta legẽ, ait pretor. §. ſi debitorẽ. ff. de his quę in fraud. cred. vel in aliquem offendente, quia licet offenſo ipſum capere. l. nullus. C. de Iudæ. Idem in falſo monetario, vt in l. vnica. C. de falſ. monet. & in deſertore militiæ, latrone publico, raptore virginis, fure manifeſto. & ſimil. vt tot. ti. C. quando licet ſine iud. & ponit Gand. in lib. malefic. ſub tit. de citatio. ver. & not. quod citatio. ...

35 De citatione verbali, quæ per nuntium, ſeu præconẽ, vel tabellionem fieri conſueuit, ꝙ a iudice committi

debeat,

debeat, probatur in l.cum clericis. vbi ſententiarum tuarum authoritate pulſantur, vbi gl.in verb.ſententiarum. & Bal. ibidem. Volentes decretum citationis eſſe interlocutoriam: & ꝙ diſcretus iudex ipſam committere non debet, niſi prius petitionem audierit.C.de epiſ.& cler.hoc idem probatur in l.ſed ſi hac §. prætor ait in ius: ſine per miſſu meo ne quis vocet &c.ff. de in ius voc. & in cap. de illicita.circa med.24.q.3.& in c. ex parte in verb.authoritate iudicis citatus &c. extra de reſcr. & in § quadrupli, vbi doctores inſt. de actio. & in l.fin. in prin.in verb. poſtulauit. C. de bon. auth. iud. poſſ. ita determinat Bald. ſeu Tancred. in ſumma, in tit. de cita. q. 5. & idem Bald. in l.conſentaneum.2.colum.C.quom.& quan.Inn.tamen in c.quoniam contra. in verb.citatio voluit ſufficere com

36 miſſionem generalem nuncijs de quemlibet citando ſemel factam: quod Ang.ſe pluries practicaſſet aſſerit in d. §.quadrupli.dicens quod prima die, qua officium ingrediebatur, dabat nuntijs illius curiæ generalem licentiam, quaſcunque citationem,tam ciuiles quàm criminales, & contra quoſcunq; ex parte ſua faciendi:pro quo facit gl. in lege 1.in verb.traditus.C.de ſport.dum vult nuncium in principio cauſæ electum, poſſe in eadem cauſa citare

37 vſque ad finem abſque alia iudicis commiſſionem: ſed iſtam practicam Ang.reprobat Iaſ.in dicto §. quadrupli. verſ. Quartò nota, per doctrinam Bartol. & aliorum in dic.l.fin.C. de exhiben.reis & per text.in l.1.C. de iur. do.impetr. vbi idem Bar.expreſse voluit non ſufficere generalem commiſſionem nuntio factam de citando, ſed nomina & cognomina citandorũ exprimenda eſſe: quem ſecutus eſt Ange. in lectura Florent. in l.fin. col.5.& ibi Iaſ.colum.2.C.de edict.diu Adri.toll.& ibi Ang.in tract. maleſi.in verb.iudex commiſit. ver. & benè nota quòd in proceſſu.& facit tex. in c. conſtitutionem. ibi quos monet,exprimat nominatim de ſen.excom. in 6.ponit Fel.in c.1.verſ.3.concl. de iud.

38 Idcircò Bal.in l.ſi quando. in vlt.col.verſic.12.quæro. C.de teſt.pro concordia diſtinguebat, ꝙ ſi citatio verbalis,

his, cauſæ cognitionem, ſeu iudicis motum requirebat: puta vt quis longinquo citaretur, iuxta tex. in l. 2. in prin. C. de exhib. reis. vel perſona citanda eſſet illuſtris, vel in dignitate conſtituta, iuxta tradita per Bart. in l. quoties. C. de digni. lib. 12. & Ant. Corſet. in ſing. in verbo licet citatio aut citaretur quis in cauſa criminali. vel etiam ciuili ad perſonaliter comparendum, iuxta not. in c. fide de iud. in 6. & l. fi. C. de proc. Gui. Pap. q 255. quis. his & ſimilibus caſibus Bal. requirebat ſpecialem commiſſionem, in reliquis vero cognitionem non requirentibus, puta in obſeruatione telæ iudiciariæ: vel quando citandus prope eſt, & modicũ verſatur præiudiciũ: ſufficeret generalis facultas a principio hmõi nuntijs ſeu citatoribus cõceſſa: & ita inquit Florẽtiæ obſeruari; & theoricã Inn. intelligen-
39 dam eſſe: quam diſtinctionem ſecutus eſt Alex. ad Bart. in d. l. fi. & Fel. poſt Aret. & alios in d. c. 1. verſ. Tertia cõcl. de iud. Io. Fabri (prout refert Iaſ. in d. § quadruplici verſi. vlt. vnum non omitto &c.) dicit de conſuetudine in pluribus locis non ſeruari, quod citationes ſine decreto iudicis non fiant, quinimò ad ſimplicẽ petitionem partis, ſine vlla iudicis commiſſione fiunt. Et Ioan. And. (vt refert. d. Abb. in c. quoniam contra. in verbo. citatio) dixit quod communis eſt obſeruantia, vt tales commiſſiones de citãdo nuntijs factæ, in actis non ſcribantur: prout refert etiã & ſequitur Augu. de Arim. conterraneus meus ad Ang. in d. §.. iudex. verſ. & bene no. in fi. add. In curia autem (pręter citationes quę fiunt de longinquo) authoritas ſeu decretum iudicis pro aliquem in ciuili cauſa citando requiri non conſueuit: ſed ſeruatur diſtinctio Bal. & ſuper præmiſſis vide Fran. in c. cum parati. col 3. de app.

40 Et aduertendum erit, quoniã vbicunq; commiſſio & decretũ citationis requiritur, de his formiter cõſtare dẽt: quia nũcio referẽtis ſe aliquã de commiſſione iudicis, citaſſe, quoad probandũ ipſam commiſſionẽ, non crederetur, ſed duntaxat quoad citationis executionẽ; cũ in hoc officiũ ſuũ, in quo iurauit, verſetur: prout determinat Io. And. in Spe. in tit. de citatio. §. 1. ver. ſed nũquid credatur

Io.de Imo.in l.ex conſenſu. §. eum qui.ff.de app.Bal.1 1. in l.his ſolis. C.de reuo. dona. & in ſumma ſeu practica ſua ſub tit.de citat.q. 10. ſentit Bar. ad reprimendum. in verbo nuncium.in fi.tenet Imol. & Ant.poſt glo.in verb. nuncius.in c.cõparati extra de app. vbi dicunt ꝙ commiſſio huiuſmodi in actis per notarium ſcribi debet, & eſſe contra quam plures curias,quarũ proceſſus ex hoc niſi ex conſuetudine ſuſtineãtur,corruerent. & ponit Fel. in c.1. in verbo. Quarta conc. de iud.eſt communis opinio ſcribentium:prout atteſtatur idẽ Fel. in c.quoniã contra.ſuper gloſ. in verb.citationis.col.8.& in d.c.1.verſ.4.conc. vbi aſſerit hoc ibi tenere omnes doct. Idem atteſtatur Franc. Aret. in conſi.34. ad hoc relatus per apoſtillam ad Ang.in li.maleficiorum.in §.iudex commiſit verſi & bene nota ꝙ in proceſſu meo fol. 124.r. fac.latè de hoc Ludouicum & Alex.in l.ſciendum,in vlt. col. ff.de verb.oblig. & ponit idem Alex.conſi.123.viſo proceſſu.lib.2.

41 Contrariũ tamen, videlicet ex relatione nuntij in actis facta pſumi iudicis commiſſionẽ præceſſiſſe, & illi in hoc credi debere multi tenuerunt, vſq; adeò ꝙ Iaſ.in d.§.qua drupli.verſic.refert etiam circa & c referat hoc magis cõmuniter teneri, enuncians quã plures doctores id tenen-

42 tes, & Bar.in d.l.ſi. C.de exhib.reis aſſerit in cauſis ciuilibus de conſuetudine obſeruari, quod conſtito de relatione nuntij aſſerentis ſe iudicis mandato citaſſe, præſumitur commiſſio: quamuis de iure verius ſit nuncio talia referenti credi non poſſe: de qua conſuetudine meminit idem Bal.in l.cum cleric.col.1.in verb.gl.in verb.memoratus &c. C.de epiſ. & cle. qđ latiſſimè poſuit Sal.in l.tres denunciationes.& Ang.Bal.& al'j in l.conſentaneum. C. quomodo & quand. iud. cum ſim. inter quas varietates ſtylo & conſuetudini curiæ in qua fueris,adhærendũ erit.

43 Prout etiam tabellioni de officio conſcribendi acta,ſibi commiſſio per iudicem atteſtanti,non crederetur, ſm Bal.l.iuſiurandi col.3 C.de teſt. firmat dec. Neap.317.in cauſa. & Guid. Pap. q.126. in hac cur. & eſt communis opinio doctorum,ſecundum Alex. conſi.213. viſo.col.2.

verſic.

verſic.quinimo.lib.2.& conſ.212 pond.col.4.verſicu.prætere a.lib.6.&.conſ.104. circa. ui fin.l.5.Nam etiam idem tabellio acta hmôi, niſi iudice mandante vel ſaltim præſente conſcribere non poſſet,& ſecundum eundem Bald. in l.1.col.8.C.qui accuſ.non poſſ.& Ant.de Butr in cap. tuis col.1.de teſt.& Fel.in c.quoniam contra colum 7.de probat.dec.Neap 145.Magnifici. num.8. & Dec.conſilio 82.col.1.in fi. vbi loquitur de receptione teſtium abſque commiſſione iudicis, ꝙ non valeat. lib. 1. & idem tenet Hip.in l.patre.verb.& an generaliter notario.num.18.ff. de q.præmiſſa etiam ponit & declarat Nic.Boer.dec.parlam.258. per totum.

44 Et nedũ citatio a iudice committi, ſed ꝙ ad inſtantiam partis talis cõmiſſio fiat, requiritur prout probatur in d. cap.1.in verb.petijſſet.vbi hoc ponunt ſcribẽtes.extra de iud.& in l.ad peremptorium.vbi Guido de Suſa. & Pau. de Caſt. circa fi. de iud.alias citatio non valeret cũ iudex ad priuatam vtilitatem officium ſuum non petitũ impartiri regulariter non debeat:vt inquit Bar.in l.4.§. hoc autem de dam.inf.quem ad hoc refert Lãfr.in d.c. quoniam cõtra in verb.citationes.nũ.5.idem tenet Io. Mill.in verb. citatio non poteſt fieri.& Bar.in l.ceſſante. in fi.C.quom. & quãdo.iud.& in l.ſi finita.§.Iulianus.col.2.verſ.hic ſunt dicẽda.ff.de dam.inf.Iſto tamẽ caſu,tũ ob impenſam, quæ in citatione fienda & exequenda fieri conſueuit,tum quia

45 talia abſq; partis inſtantia cõmuniter non ſolent expediri: poſtquam de relatione nuncij conſtiterit, ꝙ citatio ad inſtantiam partis fuerit decreta, & executa,præſumetur, prout declarat Guil. in d. l. ad peremptorium, & tenent Ant.Imol.Fel.in d.cap.1.in prin.de iud. & Lanf.& Mill. in locis de quibus ſupra . & vide Dec. conſilio 460. Viſo in fi.& Fel.in cap.ſicut.colum.antep.verſicu. fallit quinto. de ſent. & re iud.

46 Diximus etiã, ꝙ citatio debito tempore decerni & cõmitti debet:quoniam ſi tempore quo iuriſdictionis exercitium ſuſpenſum eſt, puta tempore in honorem Dei feriato, decerneretur,decretũ huiuſmodi non valeret,pro-

ut videtur tex.in l.fi.ibi nulla quemquam vrgeat admonitio &c.& ibi,taceat apparitor, præconus horrida vox ſileſcat.vbi hoc firmat.C.de ferijs. & idem Bal.in l.cum clericis.verſ.in verbo memoratus. C.de epiſ. & cle.& in addi.Spec.in tit.de citat.col.2. verſic. præſens non eſt citandus,&c.& ratio eſt ſecundum ipſum. quia citatio, prout reſidet in iudice,eſt de proceſſu,ideo tempore feriato fieri non poteſt.

Contrarium tamen, videlicet ꝙ verbalis citatio die feriata,pro die non feriata, decerni, & committi poſſit,tenuit Bar.in l.1.§.nunciatio.ff.de noui.ope.nunciat. quem ſequitur Lanfr.in d.c.quoniam contra. in verſi.citationes, num.15.& hanc opinionem amplectitur & ſeruat Rot.vt apparet deciſio.367.ſi committatur in cauſa.in no.quæ atteſtatur quod hæc eſt reſolutio modernorum in c.fi.extra de ferijs & idem temporibus noſtris ſecuta eſt etiam Rota:vt per Caſſadorum,dec.5.in fi.de dol.& contum.huius ratio eſt: quia decretum huiuſmodi non requirit cauſæ cognitionem,ſed in domo, & parte non vocata, expediri ſolet:vt ibi per eos.

Idem dicitur de executione,ex quo illa eſt qui facti,& per nuntium,non per iudicẽ fit. idcircò cum non ſit actus iudicialis,etiam die feriata, fieri poteris, maxime quia in diem iuridicam,pro qua fit,executio refertur.ar.l.in tempore.ff de her.inſt.& hoc tenet Io.And. in c.conqueſtus. extra de feri.vbi dicit ꝙ quicqd de iure,de conſuetudine ſeruari, quod ſi commiſſio citationis fiat nuntio in die iuridica,licet exequatur in die feriata. executio tolleratur, Idem quod talis vigeat conſuetudo,& approbata ſit, atteſtatur Bal.ſeu Tancred.in ſumma tit. de citat. q.7.quãuis de iure doctores cõtrariũ cõiter teneãt,per d.l.fi prout de cõmuni atteſtatur idem Lanf. in d.c. quoniam contra. in §.citationes.verſi.tandẽ quęritur:vbi dicit ꝙ vera & communis opinio eſt,in qua doctores omnes concordant, ꝙ citatio non valet, ſi fiat die feriata, in honorem Dei pro die non feriata:ſecus ſi tẽpore feriato ob neceſſitatẽ hominum de quo late per Oldr.Bar.& alios in d.l.1.§.nun-

cia-

tiatio ff.de noui ope.nunciat. & in d.l. ſin. & ſic(ſaluando Rota) intelligere poſſes eam loqui de ferijs in fauoré hominũ introductis:prout in veritate loquitur: quãuis nõ ip ſius inferat idem de tempore feriato in honorem Dei.

47 Diximus ét in citatione prima, quæ de longinquo fienda eſt, vltra expreſſionem nominis & cognominis iudicis poteſtaté, quã iudex habet in citatũ maximè ſi eſt delegatus, inſeri debere: alias citatus non comparendo, nõ fieret contumax.c.pretereà.vbi hoc tenent Inn.Ant.de Butr.& Io.de Imol.de dil.& in c.cum in iure. de off.deleg.tenet Spe.in tit.de citat.§.ſequitur.verſ.verum autem citatio.& Anch.in cle.1.col.2.verſ.vlt.quia de iud.& Barto.in auth. quid ſemel.col 3.verſ.expeditis.C.quom.& quan.Bar.& And.in l.2.ff.ſi quis in ius vocatus &c. tenet Abb. in c.cũ ex officij.col.8.verſ. dico quod niſi exprimat poteſtatem quã habet, non teneretur comparere & c.extra de præſc. & Lanf.in d.c.quoniam contra.in prin.ver. Sciendum eſt autem ꝑ delegationes. vbi dicit quod cauti iudices hoc optime ſeruant. Quamuis proceſſus foret validus, ſi citatus compareret tenet etiam Guid.Pap.q.286.iudex.in fi. cum ſim.quæ ponit Fran.de Are.conſ.64. diligenter.col. pe.& Ang.conſ.8.his proximis.col.2. quia.

48 Et de nomine & cognomine iudicis in citatione exprimẽdo, ne citatio ſit dubia, æquiuoca, & incerta, ſatis probatur in l.antepe.& ibi Pau. de Caſt.ff.de iud. vbi l.ſi iudex inter alia in ꝓprio nomine erraſſet, citatio vitiaretur ſi modo pars ſponte non compareret, per illum tex.& ibi Bar.C.de hær.inſt.& Alex.ad Bar.in l. demonſtratio.col. 5.verſ.quid in iudicijs.ff. de cond.& dem. vbi refert Cumanũ ita tenere, in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff. de lega. 1.& ponit Spe in ti.de cita.§.iam de citatione.in princ.& Abb.in c.cum bonæ.num.1.de æta.& qualita & facit.dec. 110.citatus, in nouiſſ.vbi dicit non valere citationem quod quis coram ſe, vel alio comparere teneatur. idem ponit Æg.concl.466. ſi pluribus ac vide quę ponit Aym.conſil. 122.ſcripſi, col.1.

49 Diximus ét in citatione nomẽ & cognomen partis inſtantis,

ſtantis, ac titulũ cauſæ ſeu rei ſuper qua fit, exprimi debe re: vt citãdus certiorari poſſit ad cuius inſtantiam fuit decreta: quoniã ſi nõ fuiſſet perſona legitima, decretũ nõ valeret vt conſuluit Dec.conſil.560.in fi.lib.4.& faciunt, ea quæ ponit d.Gomeſ.q.49.ſuper reg.de annali.& q.59.de trien.eſt dec.Rot.731.in antiq. Item ad effectum vt idem citatus melius deliberare & ne ipſe actor in præiudicium citati, variare poſſint: vt prob.in c.fin.vbi gl.in verb.nominis extra de reſcr. & arg. l.idem Pomponius ſcribit. §. fi.ff.de rei vend.& l.cum certum.ſſ.ſi cer.pet.debet igitur nomen & cognomen apponi, prout in l.1.ff.de lib.& poſt. vel aliquid ſignum ſeu demonſtratio indubitabilis, ꝑ quã citatus certiorari poſſit vt docet tex.in l.quoties.§.ſiquis nomen.ff.de hær.inſt. Nam ſi plures forent eiuſdẽ nominis, niſi citatio declararetur, iudicaretur temeraria & non arctaret: vt notatur in l.eũ quẽ temere. vbi Pau.de Caſt. ff.de iud.poſt Bal.& Ang.ibi.& idẽ Bal.in l.nõ ignorat in fi.C.de fruct.& lit.expen.& ꝑmiſſa declarat Bar. in l.demõſtratio.col.5.verſ.Sexto quæritur.& in l.in teſtamẽto. ff.de cond.& domonſt.& in materia vide plura cumulata per Gomeſ.ſuper reg.de annali.q.30.cum ſeq.

50 Et ꝙ cauſa ꝑ quam quis citatur ſeu titulus in citatione exprimẽdus ſit, alias dicatur indiſcreta & obſcura, probari videtur in l.ex quacũq; cauſa.ff. ſi quis in ius voc.& in c.Maximilianus. cũ ſua gl 81.diſt. & c.ſi primates.5.q. 2.c.vlt.in prin.de dilat.c.cum dilecti.de dolo & cont.c.licet.de accuſ.in quibus Pap. tam in ciuili quã in criminalĩ citando exprimit cãm: & ita tenet poſt Spec. Ioan. And. in titu. de citat.§.2.colum.6. in verb. certum. & Bald.in pract.eo.tit.q.1.col.fin. & Abb.in d.c.licet.poſt Bart.in l. inter accuſatorem. ff. de pub. iud. commiſſio namque & decretum citationis (vt diximus) reputatus interlocuto-

51 ria vt voluit gl.in l.ſi interpelletur.ff.de arb.& l.cum clericis C.de epi.& cle.& Bar.in l.quoties.in fin.de digni.li. 10.requirit aliquam cauſæ expreſſionem. arg. filiusfamilias. §. diui. cum ibi not. de leg. 2. per quam rationem hoc tenuit Bal.in auth. offeratur.col.3.verſ. ſed his quæ-

rō.

10.C.de litiſc.quod dixit maximè procedere in delegatis: quia in ordinarijs præſumetur cauſa ſecundum ipſum, vt in l.conſentaneum.C.quom. & quand.iud.

52 Nec intelligas ꝙ citatione neceſſariò ſit libellus inſerendus:ſed datis erat in ea,ſaltim in genere cām exprimere,ob quā quis vocatur tamē libellus infereretur,tolleretur.citatio,facultas. dilationē ad deliberandū petēdi cum ex illo taliter inſerto,ſatis certificari & deliberare potuerit:prout loquitur tex.in d.c.2.de dilat.& declarat Pau.de Caſt.in l.ſi finita.§.Iulianus.de dā.inf.per d.l.1.C.de reis exhib.de quo per Bar.ad reprimendū.in ver.ſuper crimine.& Pet.de Anc.in cle.1.de foro comp. & ꝙ in ciuili cā non ſit de ſubſtantia, vt in citatione inſeratur, ſeu tranſmittatur copia libelli ex cōmunis opinio doctorū. vt per Bar.& alios in d.§.Iulianus.& in auth.offeratur. C.de litiſc.per modernos, in rub.C. de eden.& ꝙ ſit communis atteſtatur Ang.in li.malefic.in §.iudex commiſit. in princ. col.2.in fi.vbi Aug.conterraneus meus refert Ange. poſt Cy.in l.ſicuti.C.de præſcr.trig.ānno.dixiſſe, ꝙ quicquid ſit de iure,de conſuetudine nō ſeruari,quòd copia libelli in citatorio mittatur,intelligens tam de iure ciuili,quam

53 criminali iudicio : cum (quo ad fiendam citationem) iſta duo iudicia æquiparantur.l.abſentem.§.1.de pœn.l. inter accuſatorem. & ibi gl.ff.de pub. iud.

54 Et nedum cauſa,ob quam quis citatur,quinimo & cauſa cauſæ,id eſt actus explicādus,in citatione inſeri debet, puta,ꝙ quis citetur.in cauſa Romana prædij,ad videndū iurare teſtes &c. prout in c 2.de teſt.c. cum olim,eo.ti.c. cōſuluit de off.dele. cū alijs de quibus per Rot.dec.10.&

55 dec.72. ſi teſtis. in no. Anch. conſ.277.ex prædict.col. 3.in fi.Ang.conſ.366.col.pe.Vel citetur ad videdum productionē inſtrumētorū,& dicēdū contra:vt declarat Æg. concl.28.termini.& habetur in l.iudices.C. de fid.inſtr.& per Bal.in l.ſi quando.in fi.C.de teſt. & ponit Rot.d.dec. 10 & idem Anch.conſil.223. ſubtiliter in fi.vel citetur ad dicēdum contra articulos ſeu poſitiones, vt per Rot.dec. 93. Iudex in no. late per Felin. in c. in nomine domini

nu.31.de teſt.ita et nominatim ad omnia alia,quę in iudicio facienda incũbunt,quis vocabitur,vt eſt tex.in c.eum qui.de dol.& cont.li.6.ponit Bar.in l.qui ante Calendas. in ſi.de ver.obl.& facit tex.in c. ad petitionem.& ibi.Inn. de accuſ.c. ſi a iudice in fi.de app.lib.6.c.Cum contingat. de off.dele.l.vnoquoque.ff.de re iud.ponit Bar. in l.conſentaneũ.2.col.in prin.C.q̃uo & quãdo.in quibus locis ꝓbatur.ad quãlibet interlocutoriam alicuius ponderis,ſed
56 præiudicij partem citari debere: prout et videmus quod quis nominatim ad ſñiam audiẽdã citãdus eſt, alias(et ꝑ præcederet citatio ad cãm, vel ad audiendum volũtatem domini (ſnĩa illius prætextu lata, non valeret: vt voluit gl.in cl.ſæpe.in verb.ad id,de verb.ſign.& Bar. in l.in fin. C. de annal. excep. & melius in extrauag. ad reprimendũ.in verbo. ſuper crimine. Bu.in c.cum ceſſante. de app. Gemin.in c.2.de dol.& cõt.li.6. ponit Fel.in c. conſuluit. nu. 16.de off. dele.& Alex.conſ.105. nu.5.li.5.& eſt dec. dominorum de Ro.342.retento.in no.Cap.in dec.Neap.
57 dec.1.col.9.ver.tñ in ꝑ̃ſenti. Et ꝙ citatio ſpecialis, & ad quẽlibet actum iudiciarũ fieri debeat,nec ſufficiat generalis,tenuit Inn.ĩ c.cõſuluit de õff.dele.& ſentit Bar.ĩ d.l.fi. de ann.excep.latius declarat Bal.in l.conſentaneũ col 2. verſ.quæro nota.C.quomodo & quando iud.& idẽ ſentit in l.termino.col.3.verſ.ſed nunquid.C.de fruct. & litium expenſ.& facit tex.magiſtralis in d.l.eũ qui aliter.& l.fi.ff. ꝙ vim aut clam. requirens ſpecificam & indubitabilẽ notitiam actus fiendi quod optime in Ro. cu. ſeruatur.
58 Diximus et debere exprimi in citatione nomen & cognomen ipſius citandi ad fraudibus quæ cõmitti poſſent obuiandũ.ar.notatoriũ in c.ſedes.& c.quia nonnulli de reſcri. & c. cum in multis eo. ti. lib.9. Ac etiam vt citatus, nunquid ipſum citationis decretum comprehendat, cognoſcere poſſit.arg.tex. in c. ſignificante. & c. Rodulph. de reſcr.& ad tollendã æquiuocationem, vt ditãdus ſcire poſſit.an ipſe idem quia in citatorio continetur, iuxta doctrinam Bar. in l.in teſtamento. & l.demonſtratio.in 6.q. ff.de cond. & dem.l.duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tute.& l.

idem

idem Pomponius ſcrib.§.fin.ff.de rei vend.per gl.in verb. nomina.in d.c.cum in multis.& ponit Spe.in tit.de cita.§. 1.verſi.Item quod per clauſulam.& faciunt poſita per gl. 3.in c.quoniam Abb. de offi.dele.& Rot.deciſ.133.error nominis in no.quæ vult ꝙ ſaltem debet conſtare per circunſtantias,ꝙ illo ſit, de quo quæritur. & per Ægi.164. proceſſus,& facit etiam dec.839.Papa. in Antiq.& Ioan. And.in add.Spec.in §. iuſta ver. item etiam de ſent. dum voluit, ꝙ licet iudici conſtet nuncium retuliſſe citaſſe. A. quando erat alius eiuſdem nominis, nihilominus non valebit eius ſententia:cuius dictum refert Alex.ad Bart. in l.finita § Iulianus.colum.4.in verb.reprobari de dam. inf. & ponit Bal.in l.hac conſultiſſima col.2.verſi. quæro ſi quis Nomē.C.qui teſt.fac.poſ. & faciūt quæ ponit Pau. de Caſt. in l. eum quem temere, vbi eſt bona gl.in prin. l. ff. de iud. cum ſim. Et ſcias ꝙ regulariter ad perſonam alicuius demonſtrandam nomen. cum duabus demonſtrationibus exprimi debet:vt per Barto.in d.l.demonſtratio. in 7 q.& in l.forma per illū tex.ff. de cenſ.cū alijs de quibus per Dec.conſ.13.col.6.li.1.Aym conſ.169.oppo.n.4.

59 Quādo igitur expreſſe in citatione qui nominatus non fuit ēt ꝙ eſſet appoſita generalis clauſula de citando oēs quorum intereſt &c.executor vigore hmōi clauſulæ, aliquam certa perſonam in citatorio non ſpecificatam,citare non poterit.cum ſuper non ſpecificatis nō cōpetat eſſe ꝗualiter poteſtas c.paſtoralis vbi gl.fi. arguens ad partes, de reſcr.& in d.c.cum in multis.in verb.quorū, de quo in dec. 419. ſi impetratur . in no. vbi compilator cum multis alijs hanc partem ſecutus eſt,dicens hoc maxime procedere extra curiam vbi iudices de facili ſuper perſonis ac nominibus & cognominibus citandorum ſe informare poſſunt: quamuis in curia ob locorum diſtantiam, aliquando talis citatio ex benignitate tolleretur. Et ob iſtam cauſam in reſcriptis conſueuit opponi illa clauſula. Cum poteſtate citandi tam in curia quam extra eam, omnes ſua intereſſe putantes in executione citationis vbi & quoties opus fuerit exprimendos.

Regu-

60 Regulariter namq; vigore illius clauſulæ, ac poteſtatis de citando oẽs quorum ſua intereſſe putauerit: licet talis commiſſio & citatio de iure valida ſit: prout habetur in capitu. ſignificauit. de teſtib. quem in propoſito adducit Bal. in auth. ſi quis ab aliquo. C. de teſt gloſ. & alij in l. ea quidem. C. de emanc. ita fuer. alie. & Bald. in l. diffamari. in 1. col. ver. in tex. ibi. ſi defenſionibus & c. ingenuis & manumiſ. & idem Bal. in l. ab eo. in fi. C. qũo & quãdo. & in l. proſcriptione, col. 10. verſ. modo quæritur. C. ſi contra ius vel vtil. publ. Ang. & alij in l. de pupillo. §. meminiſſe de no. oper. nunc. Et executor illius clauſulæ vigore, poſſit citare in genere oẽs quorum intereſt: prout legitur & notatur in c. ſi. de ele. in 6. & c. cum tua. extra qui matr. accu. poſ. Citatio tamen & executio hmôi non eſt cõtra aliquẽ in ſpecie arctatoria, ſed tantummodo monitoria: adeo ꝙ per illam datur optio cuicunque, vt ſi ſua intereſſe putauerit ad cauſam poſſit comparere, non aut cogitur: vt no. Inn. Hoſt. & alij in c. dilecto de excep. tenet Rot. dec. 419. & Mill. in verb. citatio. quando fit in genere. colum. 14. & Bald. in d. l. conſentaneum. col. pen. verſic. in 1. gl. C. quo. & quando & notent doctores in ſupradictis locis. & Capi. dec. 8. vbi de iſta clauſula aliqua ponit.

61 Diximus inſuper in citatione apponi debere locũ, ſeu tribunal ad quod quis vocatur: vocatus ad quem locũ debeat pro ſe defendendo conferre, certus fiat: ac vt ex facie citationis depræhendi poſſit, nunquid ratione loci iudex limites ſuæ iuriſdictionis excedat: nam eo caſu citatio non valeret. l. ſi. ff. de iuriſd. om. iud. c. ſtatutum. §. in multo vbi gl. in verbo citat. partes. de reſcrip. in 6. c. pe. de off. vica. l. ſi vt proponis. la 2. quæ eſt clauis iſtius articuli. & vbi ponunt omnes ſcribentes. C. quom. & quand. debet igitur locus certus & ſecurus reo abſenti in prima citatione deſignari, cum diuinare non poſſit: aliàs citatio delegati non arctare: vt inquit Alexan. conſil. 71. in cauſa. in princ. lib. 7. & taliter deſignetur, ne locorum æquiuocatio reſultet, iuxta tex. in c. fin. circa fi. de reſcrip. & ſi locus ille citato foret notoriè non tutus, citatio ipſo iure non

teneret;

teneret; ſed ſi non foret notorium, poſſet ſaltim citatus appellare, iuxta tex. in cle. paſtoralis. §. notorium.de re iud. & gl. in c. ad apoſtolicæ. in verb. tutum.eo. ti. vtrumque ponit Barto.in l.recuſare.§. alio.in fin.ff. ad Treb & Lap. alleg.48.magiſter. verſi ex ſecundo præſuppoſito. Idem ſi locus non foret honeſtus.l.ſi cum dies.§. ſi arbiter.ff.de arb. locus in ſuper opponi debet, vt citatus magis ſuper rebus ſuis conſulere poſſit arg. l. de pupillo. §. qui nunciat.ff.de oper.no.nunciat.& l.quam in rem. in fi.ff.de rei vend.&c.2.de libel.obla. & ne iudex loco ſemel deſignato variare, & alibi, abſente parte ſententiam dicere poſſit, iuxta tex.in l.cum ſententiam.C.de ſent.& d.l. ſi vt proponis.C.quom.& quand.

62 Et quamuis ipſi delegato, locus certus in delegatione aſſignatur nõ fuerit, videtur tamẽ eo.lo.delegãtẽ iudicare iuſſiſſe, quo ſine incõmodo partiũ iudicari ſolet: vt dicit tex. in l. ſi locus.ff. de iud. in propterea vigore poteſtatis ſibi ſimpliciter attributę in tota prouincia ſeu ciuitate delegãtis in quibus deputatus eſt aliquẽ locũ honeſtũ eligere,& ad illum partes citare poterit: vt d.c. ſtatutum.§. in illo: quia poteſtas cõmittentis,cũ ſit vniformis & abſque aliqua reſtrictione conceſſa, vbique locũ habebit,ex quo authoritate committentis talia fiunt. c. 1. & ibi glo. in verb.vndecunque de iud.in cle.ponit Bart.in extrauag.ad reprimendum in verb.per edictum, poſt medium eſt dec. dominorum vt per Caſſ.dec. de reſcr. in iudice itaque delegato concludendum eſt locũ in prima citatione indiſtinctè apponi debere:cum partes (vt dictũ eſt)nõ poſſint neq; diuinare teneãtur vide tamẽ gl.in ver.indeterminatè in fi.in d.c.fi.de reſcr.& Fran.in c.Cũ parati.col.4.verſ.circa ſec.in fi. vbi dicit ꝙ ẽt in delegato in dubio eſt intelligendum de domo habitationis ipſius extra de app. ſed quis dignauit talem habitationem ſi non exprimatur.

63 Sed ſi iudex citãs fuerit ordinarius,id eſt q alicui ordinario tribunali, ſeu iuriſdictioni ab que adminiſtratione pſit:prout ſunt regulariter magiſtratus terrarũ.& in vrbe ſenator, vicarius Papæ, auditor cameræ Apoſtolicæ,& ſimiles:

miles: de quibus ſupra diximus: ex quo iſti habēt locū, & tribunal ſolitū maiorū, in quo ius dicere cogūtur: & loca huiuſmodi notaria regulariter eſſe conſueuerint de quibus in l.pe.de iuſt.& iur.& cum ſnīam.C. de ſent. Propterea etiam ꝙ in citatione locus aliquis appoſitus non fuiſſet, nihilominus ſuſtinebitur citatio: quia intelligi debet de loco ordinario & conſueto, vbi ſimilia peraguntur qui in omnibus patet, & veriſimiliter ignorari nō poteſt, arg. c.1.de poſtu.prælat.c.innotuit.de elect.cum ſim. Expreſſa igitur hoc caſu iud:cis dignitate & officio, locus etiam ius dicendi tacitè videtur expreſſus, & facit quod ponit Aym conſ. 121. ſcripſi.col.1.

64 Si verò iudex qui citat, eſſet præſes, ſeu rector alicuius prouincię, qui nō locum certū, ſed totā prouinciā pro tribunali hēre dr: vt.p Gemi.& Pet.de Anch in c.ſi epiſcopus de off.deleg.in 6.& qui poteſt quēlibet locum, ēt in propria camera, ad ius dicendū, deputare: vt inquit Bald.in l. ſi vt ꝓponis.in prin.C.qūo & quādo. Et videtur tex.in c. ſi ordinarius.ff.de offi. ordi.in 7. Dummodo conſuetudo non repugnet: vt inquit glo. in auth. de teſt. in verb. illic apud eundem, ſi iudex talis ſemel certum locum pro cauſis audiendis deputauerit: ac deputatio hmōi fuerit publicè facta & prouincialibus, & litigatoribus not. citationes oēs ſimpliciter, & abſq; loci appoſitione emanatæ, ad locum hmōi ſemel deſtinatum ad inſtar illorum, qui certo tribunali præſunt relatæ cenſentur, & ſi extra locum illū ſnīam diceret, non valeret: prout eſt caſus in d.l. ſi vt proponis. Si verò locum aliquem non deſtinaſſet, ex quo pro dignitate officij, ac luce dignitatis ſuæ, quocunq; vadas ſine moretur, incontinenti in prouincia notorium fit: & locus, reſpectu talis iudicis, intelligatur ꝓpterea, & locus loci. vbi morari contigerit: ꝑpea citatus etiam ſine expreſſione loci, coram eo vbicunque fuerit in prouincia comparere tenebitur, ꝗa iſtis caſibus locus in citatione omitti poteſt, & ſi locus aliquis particularis exprimeretur, potius ex vrbanitate, quam neceſſitate factum erit: & ita ex mente doctorum concludi poſſe videtur, vt per Bald.

in

in l.vt perfectius.col.4.verſic.4.ſi delegatus.de annali ex-cep.Spe.in tit. de citat. §.1. verſ. item ꝙ citatus Card.in cap.fi.de reſcr. Ang. in l.1.§. hæc ſtipulatio. col.7.ff.ſi cui pluſquam ꝑ l.fal ponit Fel.in c.cum M.col.3. verſ.& ſi ha bentes vendere &c.de conſt.& doct.in d l.ſi vt ꝓponis. & in l.1.vbi Bar.in fi.C.de ſen.ex breuicul.recit.cum ſim.

65 Diximus ēt in citatione apponi debere terminū & diē pro qua qs vocatur,ad hoc vt citatus certificari poſſit,nū quid citatio rōne tpis valeat: puta ſi fieret ad diem feriatam,q̄a tunc cōparere quis non teneretur, etiam tpe con

66 gruo,& in die non feriata, vt ꝑ doct.in l.fi.C.de ferijs ꝑ illū text.& c.fi.extra.eo.tit.& diximus ſupra, quamuis de iure Canonico multi teneāt ꝙ citatus pro die feriato cō parere teneatur. quoniam procederetur de ſequenti non feriata prout notatur in c.veniēs,& c.meminimus.vbi declarant doctores,extra de accu.& in c.cum dilecti.de dol. & cont.& ponit Fel.in c.quoad cōſultationē. col.3.verſ. obſtat ſecūdo tex.de re iud.vbi dicit ꝙ Inn.Ioan.And.& Butr.communiter in c.2.extra de ferijs,iſtius tenēt. Licet paulò ſupra,in eodem loco dixerit ꝙ Inn. in c.pterea de dilat.& doct.oēs in l.2. ff.de in ius vocando.contrariū teneant:videlicet quod citatio pro die, in qua de iure, vel de facto quis comparere non pōt,ſit inualida:& in hoc ſecundum ipſum Legiſtæ diſcordent a Canoniſtis: propterea valde fuit neceſſaria clauſula illa, quæ apponi ſolet in ſimilibus citationibus,videlicet ꝙ ſi dies termini inciderit in feriatam,citatus compareat die ſequenti: vt ibi per eū. & per Bar.in pract.ſua,in q.nona.in ti.de citatio.

67 Terminus etiam neceſſariò opponi debet,& quidē congruus & talis,vt citatus intra illū ad locum, ad quem citatur,cōparere poſſit:alias ſi nimis breuis apponeretur, intra quem impoſſibile foret,ꝙ citatus compareret: citatio tanquam impoſſibilis & temeraria,etiam ad comparendū pro termino habili, & cum primum poſſet, non arctaret. arg.in c.1.& 2.& c.ſi primates.5.q.2. quia impoſſibilium. nulla eſt obligatio.l.impoſſibiliū,cum ſuis concordantijs. de re.iur ꝙ quia prætoris factum iuri,præſertim naturali,

dero-

derogare non potuit: vt inquit tex. in l. 1. §. ff. de ferijs.

Et hanc partem tenuit Spe. in tit. de cita §. 1. verſ. item ꝙ factū eſt intra nimis anguſta tempora, & Abb. in d. cap. dilecti in 7. col. de dol. & cōt. per tex. in d. l. aut qui aliter. in prin. quod vi aut clam, tenet Bar. ad reprimendum. in ver. per edictū. & dec. Neap. 124. eccedatur. in fin. & Rot. hanc ſequitur: vt per Caſſ. dec. 6. in fi. de dol. & cont. Siue

68 impoſſibilitas ſi facti, ſiue iuris, puta ꝙ citaretur infans

69 ad legitimè cōparendū: quia talis citatio ſeu decretū nullo modo valeret, per tex. in l. quique. in prin. de in ius voc. tenet Bal. in auth. offeratur. C. de litiſc. quem ad hoc refert. & ſeq. dec. Neap. 366. in pleno col. fi. & rōne impoſſibilitatis iuris, vel facti, quæ tpe decreti citationis aderat citatio videretur, & non arctare, tenuit Fran. de Aret. in l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. in fi. ff. de l. 1. & l. impoſſibilis. ff. de ver. obl. & Feli. in c. quoad conſultationem. col. 3. de re iu. quicquid dixerit gl. quæ contrarium tenuit, in c. nemo poteſt extra de reg. iur. præmiſſa etiam tenet Aym. conſil. 79 quondam. col. 3. num. 6. poſt Bal. vt ibi.

70 Debet itaq; opponi terminus, & dilatio cōgrua, prout arbitrio iudicātis æquū eſſe viſum fuerit. Talia namq; in pectore iudicātis reſident vt inquit Bal. in l. vt perfectius. colum. 3. verſ. Quintò ꝙ termini. C. de annal. excep. l. 2. & ibi Car. de re iud. c. 2. & ibi gl. & doc. extra. de dila. Spe. in ti. de cita. §. nunc circa fin. & Caſſ. dec. 3. in prin de dilat. Iudex tamen diſcretus eſſe debet vt terminum poſſibilem veniendi de loco ad locum præfigat, vt diximus.

71 Et ſi nulla apponeretur dilatio, neq; terminus, citatio tanꝙ incerta, & obſcura nō arctaret, ſm Bar. in l. liber homo. §. 1. ff. de verb. obl. & ſentit in d. l. aut qui aliter. & l. fi. ff. ꝙ vi aut clam. quod videtur ſequi Bal. in l. conſentaneū per illum tex. verſ. & nota primò. C. quom. & quan.

Cōtrariū tamen ꝙ citatio ſine termino valeat, & tacitè intelligatur de congruo, videlicet vt qs veniat: q̄ citius fieri poterit; cū citatio ex ſui facie nullum contineat iuris vel facti impoſſibile tenuit Spe. in ti. de cit. §. ſequitur Ba. in d. l. tu perfectius. col. 3. ver. 2. ꝙ vbi. C. de annal. excep.

& vi-

& videtur tex. in §.fi.de ſent.excom. in 6. & in c.cum dilecti de dol.& cont.& in d.l.fi.in fi. ff.quod vi aut.clã. Tenuit Ant. in c.cum parati. in 4.not. vbi hoc tenent communiter Doct extra de app.prout de communi atteſtatur Fel.in c.cõſuluit.col.3.in prin.verſ.ſed tenendo opinio.de off.dele.& Alex.in d.l.liber hõ. (reiecta quandam concordantia Ang.& Pau.de Caſt.) dixit opinionem Speculatoria ſimpliciter eſſe verã ad obiecta in contrarium reſpondendo, tenet etiam Io. mil. in verb.citatio valet ſine die col. mihi.9. de quo per Lanf. qui refert opiniones doc.in c.quoniam contra.in verb.citatio.nu.9.verſ. ſed quæritur nunquid.de prob poſt Ang. in l.per interualla. ff.de iud, & latius ponit Boer.in dec. Parlam.235. vbi videre poteris.& Fran.in d.c.cum parati.col.4.

Quicquid tamen de iure ſit, cautius eſt, terminũ & diẽ in citatione apponere: vt dicit Bal.in add. Spe. in ti.de cita.col.4.ver.an deſignatio diei.& ita in effectu ſeruat Ro. cur. ſecundum quam in citationibus maxime quæ fiunt de longinquo, nedũ terminis, quinimo dies, & hora plerunq; deſignatur: nã tempus iudicialiũ certũ eſſe cõuenit: vt in aut.de exhib.reis §.ſi vero quidem.& videtur tenere Bal.in l.vetuſtiſſimam.col.2. C.de iu.dom. impe. & quicquid ſit de citatione, de interpellatione aut extraiudiciali denunciatione, quod debeat apponi dies, nullus eſt qui neget, ſec. Alex.conſi.33.viſo.col.fi.in prin.lib.6.

72 Et quamuis (vt dixi) in Ro.cu.hora in citatione deſignari conſueuerit puta hora audientiæ, qua iudicem ſedere contigerit &c.de iure tamen appoſito horæ non videtur neceſſaria: cum intelligatur quis citatus pro ea hora, qua actus, ad quem citatur communiter expediri conſueuit. vt eſt tex.in c.conſuluit. de off. deleg. & celebris theorica Inn.in c.cum nobis olim vbi Ioan. And. de elect. & ita notauit Iac.Butr.& Bal.in l.ſi vt proponis. la 2.vbi Bal.verſ.quid ergo ſi iudex.& in l.1.col.4.verſ.modo hic vlterius. C.quomodo & quando iud.& idem Bald.in c.1. de milite Vaſſal.qui cont.&c. Aug. in l.& poſt edictum.in princ.ff.de iud.& l.diu, de reſtitutione in integrum ponit

Fel.

Fel. in c. cum M.col.3. circa fin.vbi dixit non eſſe neceſſe in citatione apponere locum diem,neque horam, de con ſti.& in c.inquiſitione,in fi.de accuſ.& Alex.in conſil.48. in cauſa vertente. circa fin.lib.7. Fran.in cap.cum parati. colum.5.verſic.3.quæritur.extra de appel.vbi vide etiam quando in loco bis in die redditur ius: puta de ſero, & de mane, pro qua hora quis intelligitur citatus pro prima vel ſecunda.& tenet quod pro ſecunda, quia tota die cedit citatio.

73 Et quamuis citatio abſq; hora & loco (vt eſt dictũ)ſuſtineri poſſit:ſi tamen apponeretur,& poſtmodũ alio die, vel hora, ſeu loco quã in citatione expreſſa fuerint actus celebraretur, ex defectu citationis non valere, cum ille actus diuerſus,ad quẽ,non ſe extenderet citatio cenſetur. ſi modo per iudicem citatio prima prorogata non foret: vt tenet Bar. per illum tex. in ſæpe allegat l.aut qua aliter.in prin.& l fi.ff.q.d vi aut clam.& idẽ Bar.in conſ.167. pluries contingit. vbi loquitur de ſnia extra horam citationis lata & facit tex.in cap.ſi a iudice.vbi Io.Andr.ſuper verb.in termino. de app. in 6.quem text. ad hoc ponderauit Bald.in l.cum non eo.in fi. C.quando prouoc.nõ eſt neceſſe.tenet Io. Mill. in ver.citatio.,adeò eſt neceſſaria col.10.cum alijs, de quibus per Fel.in d. c.inquiſitiones. col.17. circa finem de accu. & per eundẽ in c.1.col.9. ſeu fi.verſi.nota etiam quod ſi citatio.de iud.& Dec.in conſ.449. viſis.in prin.vbi hoc tetigit.li.4. & doctrinã hanc ſequuntur vbiq; doct.vt dixit Alex.in conſ.209. Ponderatis,col. 5.lib.6.ac eam tenet in conſ.213.viſo.col.2.lib.2.& Anchar.conſi.406.prout in prin.afluit.dec.387.fi vno Aym. conſi.122.de anno.in fi.& Ang.inſt.de verb. obl.§.omnis ſtipulatio.col.2.ſuper gl.in verb.debit.

74 In præmiſſis erit etiam ſciẽdum omnes dies de iure regulariter eſſe iuridicos.l.omnes dies iubemus eſſe iuridicos.C.de ferijs.item quod de mane potius ius dici conſueuit quam de ſero:prout atteſtatur Alex.in conſi.147.viſis dubitationibus. col fi.lib.6. ſuper quo tamen loci ac fori conſuetudo obſeruabitur.

75 Diximus etiam citationem in forma ſolita,& per verba
conſueta concipi debere. quia id quod fieri ſolet,fieri debet,& ſi nõ fit,iniuſte fit:vt inquit gl.in l.quid ergo.§.pę
76 na grauior. ff.de infa. & in l.hodie. ff.de pœn. & probatur per text.iuncta glo.in verbo. ſolet.in l.edictum. ff.de iud.ita formaliter arguit Bal.in l.1.col.3.ver. extra oppono.C.quomo.& quando &c.a ſolito igitur. & ab antiqua practica non eſt recedendũ: vt dixit Bal. per illum tex.in l.illud.ff.de accuſatio.tutor.& facit tex. in l.ſi publicanus §.fi.ff.de publ.cum alijs,de quib. ad propoſitum per Dec. conſil.358.placet.colum.pen.verſ.in caſu.lib.3.Anch.cõſ. 285.tui.in princ.Aym.conſ.91. nobiles. col.2.verſ.5.nos habemus text.& gl.fi.in l.3.ff.de teſt.l.2. C.quemad.teſt. ap.Lap.alle.52.lætatur.col.1.vnde Inn. in c.præterea. de dila.dicere conſueuit ꝙ citatio inſolitum continẽs eſt nul
77 la vt per Ang. in l.fi. C.de cano.lar.tit. qui &c dixit quod excuſatur non cõparens,qñ citatio non eſt ſecundũ ſtylũ conſuetũ,ſed habet clauſulas inſolitas: prout eũ refert & ſequitur Fel.in c.qm̃ contra col.8. ſuper gl. in verb. citationis,de probat.& per eundem in c.ex parte.col.6.verſic.
78 ſtylus curiæ de reſcript.refert & ſequitur Boer.in deciſ. 235.in fi.poſt Hyp.in ſingulari 118. Clauſula namque in ſolita præſumptionẽ latentis fraudis inducit, vt voluit gl. in l.ſi quis ſub conditione & ibi Bar. Bal. & Ang. in fi.ff. de condi.inſti.ponit Deci.conſi.399.conclu.col.pen.verſ. & talis clauſula li.3 & ſtilus ac modus Inſoliti arguunt fal ſitatẽ vt declarat idem Dec. in c.2.in 3.no. de reſcri & in c.ad noſtrã.in 3.no.de cõſi.vtil. vel inuti.cum alijſque ad ducit Aym.cõſ.28.aſſertũ teſtamentum.col.2.verſi.4.oritur. hinc videmus literas contra ſolitum Romanæ curiæ
79 ſtylum expeditas,ſuſpectas de falſo reddi,per tex.in cap. ad falſariorum, extra de crim. fal.ponit But.& Abb.per illum tex.in cap. quod ſuper his de fide inſtr. &c.cum te-
80 neamur.de p̃b.& c.ex parte.& c.ſi quando.de reſcrip.mo rẽ nãque agẽtiũ (vt dixi)ſequi debemus vt inquit tex. in l.labeo.ff.de ſta.li.& fori cõſuetudo ſeruanda eſt.l.3.in fi. ff.de teſt.Quę aũt & quales ſint formæ citationũ habes in

Spec.in titul.de cita.§.iam nunc. cum §.ſeq. & dicam aliquid inferius adhærendo Romanæ curiæ ſtylo.

81 Et quoniam, vt dictum fuit,citationis ſolennitas adinuenta fuit vt actus qui in præiudicium abſentis fieri petitur noticiam illius deduci,& ipſe ſe defendere poſſit : vt prob.in l. ſi diffam.re.ibi defenſionib.ſuis conſideret & c. vbi hoc no.Bal. C.de ingen. & manu . idcircò ad officium rectè iudicantis ſpectabit citationem cōtra abſentem per eū modum decernere,& exequi facere,quo facilius is qui habet noticiam ſpecificam & indubitatam habere poſſit.

82 Vnde in primis ſi citandus in iudicio repertus fuerit ad inſtantiam diuerſæ partis per iudicem ſedentem pro tribunali ad actum , qui fieri intenditur citari & moueri debebit:quoniam modus iſte citandi de facie ad faciem ſuper omnibus,alijs commendabilis eſt:ex quo per eum omni.excluditur fraus & malitia : & tali modo citandi vſus eſt ſummus opifex , vt iudicibus exemplum relinqueret, cum aduerſus primum hominem, dixit Adā vbi es &c.& poſt ea ſubiunxit,in ſudore vultus tui viues &c.prout legitur in cap.3.Geneſ. & hic modus a lege approbatus eſt: vt in l.2.C.quomodo & quando iud.& l.ſcire oportet.ibi vel in faciem,vel ad domum &c.ff.de exc. tuto. quinimò cum taliter citatus nullam poſſit ignorantiam prætendere,non comparendo iudicem magis contempſiſſe videtur, quam ſi per alium citatus foret:idcircò citatio huiuſmodi habet vim peremptorij, vt declarat Bal. in c.1.§.ad hæc. verſic. ſed nunquid requiritur trina . de pac. iura. fir. in vſi. feu.& eſt gloſſa ordinaria, vbi Baldus & alij in lege ſecunda . C.quomodo, & quando , ponit Baldus in l.ad peremptorium . ff.de iudic. & Baldus in lege vt perfectius.columna finali , C.de nun. excep.& eſt gloſ.in ver. terminum per illum tex.in cap. conſuluit quam ibi cæteri ſequuntur: prout id atteſtatur Fel. in ſexta col.in verb. in ead. gloſſ. de offic. deleg. & quod ſit communiter approbata atteſtatur etiam Alexan. ad Bart. in l.ceſſante in princip.C.quom.& quando idcircò ſanum eſſe conſilium pro litibus abbreuiandis, & ſolennitatibus huiuſmodi

perem-

peremptorij tolendis(caſu quo requireretur) vt pars aduerſarium ſuum viuæ vocis oraculo ipſius iudici citari procuraret, quia ad effectũ ferendi ſententiam hoc ſufficeret: dũmodo in loco iudicij non vigeret ſtatutũ trinam citationem requiens nã eo caſu monitio & citatio præfata vim triũ nõ haberet, ſed formã ipſi⁹ ſtatuti ſeq. oporteret, vt declarat Bal. in d.l.2. & ſequũtur Canoniſtæ in d.c. cõſuluit vbi Ab. & Fel. col.5. ver. Tertio fallit. de off. dele.

83 Si verò citandus a iudicio abfuerit, & per iudicem ad faciem (vt præmittitur) moneri non poſſit, ſed per organum alterius citari oporteat: bonus iudex in committendo citationem, menti legis quatenus poterit adhærere debebit, & cõmittere vt abſens per nuncium, ſeu literas primo à facie ad faciem ſi reperiri põt citetur: quia hæc eſt mens legis, vt probatur in l.1.§.1.ff.de lib. agnoſc. vbi dictio illa vel ad domum &c. ordinem non electionem deſignat: ideſt diſponitur ibi. ꝙ quis primò ad faciem, ſi poteſt alias ad domum citetur. vt plenè declarat Barto. in l.3.§. prætor ait. de dam. infec. Innocen. & alij in cap. cauſam de dol. & contum. & facit tex. in dicta l. ſcire oportet, & l. prima, ff. de execu. tut. & l. ait qui aliter. §. & ſi forte. ff. qđ vi aut clã. l.1.§. item cum ex edicto. ff quæ ſent. ſine appell. reſcind. & in c. fin. & d.c. cauſam vbi plenè per Canoniſtas de dol. & contu. & in c. fi. de eo qui mitti. in poſſeſſionem cauſ. cuſtodi. & tenent doctores oẽs, videlicet Dyn. Ricar. Malumb. Bar. & poſt eum alij in d.§ prætor. Bal. ſeu. Tanc. in cõpendioſa ti. de cita. q.2. & idem Bal. in l. fi. col.2. in prin. C. de iure domi. imp. & d.l. vt perfectius. colum. fi. in prin. & l. ex eo. C. quomodo & quando. tenet Mill. in ver. citatio. in 2. ver. & Lanfran. in c. quoniam contra nu.2. de prob. & Rot. deciſio 396. in antiq. & 48. valet citatio. in no. cum alijs de quibus per Alex. in conſ. 107. nu.8. lib.5. de quo non eſt dubitandum: quia eſt firma cõcluſio, videlicet quòd in principio cauſę, & iure alicuius ponderis & prętudicij ordo ſubſtantialis eſt, vt ſi perſona principalis domini reperiri poſſit perſonaliter citari debeat, vt in dictis locis.

84 Sed ſi perſona ipſius principalis domini(facta ſup hoc debita diligentia)reperiri non poſſet: ſi aderit cum mandato ſufficienti procu. & hoc liqueat iudici ipſe citandus erit, vt probatur in d. c. cauſam vbi hoc expreſſe notant gl.& Abb.in col.2.verſ.Secundo nota.de dol.& contuma. & c.fi.de eo qui mittit. in poſſeſſ.& clem.cauſam.in prin. vbi omnes doctores de elect.& tenet Bart.in d.l.4.§.pretor.col.3.ver.quęro an debeat fieri. vbi videtur tex.& in d.l.aut qui aliter. §.1.quod vi aut clam. ponit Io.Mill. in ver.citatio.in i.ver.& ſentit Rot.deciſione 395.fuit dubitatum in nouis.dum vult procu.generalem conueniri poſſe a principio in cauſa nouiter mota. & ſi petierit ad dominum conſulendum dilatio danda ſit & facit quod ponit Anch.conſ.362.pro declaratione in fi.Quamuis ſi dominus foret pręſens procu.in prin.cauſę,niſi in his quę eſſent leuis pręiudicij. citari non deberet, vt per Bar.in l. quamuis.col.fin.de dam.infe.& in l.eum qui de procuratoribus.Canoni.in c.cauſamque.de dolo & contum.& ponit Ang.in auth.de hęr.& Falc.§.hinc nobis.col.1.ſequitur Dec.conſ.460. col.fi.

85 Si non eſſemus in principio cauſę procurator indiſtinctè citari poſſe. quinimò ſi eſſet dominus litis effectus, dominus principalis omiſſo dict. procuratore ad ſentētiā citari nō poſſet,& ſi citaretur, & ꝓcurator ſe opponeret ſentētia eſſet nulla, ſi in abſentia illorū ꝓmulgata foret, vt declarat Bart.poſt antiquos in l.1. per illum tex.in 3. col.ver. item quęro.& ibi Bal. & alij. C.de ſent. & l.procurator.C.de procuratori.& in l.furioſo.vbi late per Iaſ. columna fin.ff.de re iudic.& l.ſi procuratoris pręſentis.ff. de verbo.oblig.tenet Alexand.conſ.202.ſuper in fi.lib.2. Ancha.conſi.289.de iuribus in prin.Quoniam iudicium & inſtantia (cui ſententia debet eſſe conformis) concepta & radicata in perſona illius reperiebatur. Quamuis de iſta iuris ciuilis ſubtilitate Canones non curent: ſecundum quos vterque & dominus & procurator citari poterunt: cum non referat quid ex ęquipollentibus fiat, vt inquit Baldus in iſtis terminis in dicta lege prima, co-

lumna

lumna tertia. verſi. breuiter opinio &c. & ſatis hoc in curia ſeruatur præterquam in foro capitulino, vbi ex forma ſtatutorum & procurator, & dominus ad ſententiam citari debent: tutius tamen eſt vt euitentur opinione) ſi
87 fieri poteſt, vtrunque citari & in perſonam vtriuſque reſpectiue ſententiam formare: de quo vltra præmiſſi ponit Spec. in ti. de ſent. §. qualiter col. 3. ver. porro. & ibi Io. And. in ver. litigauerit. & Ang. in conſi. 98 & eſt glo. ordinaria in c. querelam in verb. œconomi de elect. & ibi ponunt ſcrib. & eſt deciſ. Gui. Pap. 431. debet. & q. 86. procurato. vbi vide Vide. Rot. deciſio. 21. idem aſſerentem in vltima addit. in fi. in nouis. Et Fel. poſt Bal. in c. fin. in nomine domini. col. fin. de teſti. qui huiuſmodi differentiam Iuris Ciuilis, & Canonici atteſtantur. & declarant intelligi debere dummodo procurator ſit præſens & non impeditus. Quodque non declarauerit ſe nolle in cauſa huiuſmodi comparere. Nam his caſibus dominus principalis omiſſo procu. qui fuiſſet litem conteſtatus, etiam de iure ciuili citari poſſet, ſecundum ipſos, & Boer. hoc idem tenentem in deciſione 285.

87 Si vero nec principalis, nec illius legitimus procu. apparuerit: iudex poterit committere, vt abſens domi ſuæ ſolitę habitationis citetur, id eſt, vbi citandus tunc temporis communiter inhabitat, vt in d. l. 1. §. 1. de lib. agnoſc. & d. l. ſcire. §. oportet de excu. tutor. l. pe. C. de annal. except. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. c. cauſam de dol. & contum. & d. cle. cauſam de elect. ponit Dec. d. conſi. 460. col. fi. cum alijs de quibus ſupra.

88 Et aduerte quod conueniet, quod citatio huiuſmodi, quę domi fit publice fiat: & copia illius in manibus domeſticorū dimittatur: vel ſaltim in hoſtio domus affigatur, alias ſi oretenus ſimpliciter fieret (cum vox illa ſine literis de facili euaneſcat) citatio non afficeret. vt probari videtur in authen. qui ſemel. ibi edictis vocetur. quia vox præconijs paucis innoteſcit. C. quom. & quan. & in l. ſed ſi pupil. §. pro ſcribere. ff. de inſti. act. & declarat Bal. in l. conſentaneum. in 2. notabili. C. quom. & quan. & l. vt perfectius.

 col.

col.2.in fi.& ibi Ang.C.de annal.exception.& idem Bal. in l.diffamari. per illum text.C.de ingenuis & manumiſ. vbi dixit ꝙ nuncius domi citando. vocitare debet taliter. quòd quilibet adſtantiū audire poſſit:ponunt Canoniſtæ ſic:poſt Inn.in c.fi. ſuper gl.2.de eo qui mittitur in poſſeſſionem,& in d.c.comparati.& Iaſ.in §.quadrupli.in verb. illud tamen diligentiſſime nota. vbi clare loquitur inſtitu.de actio.& vide Gui.Pap.445.an valeat.& 429.procedi.& Felin.in c.ex parte decani in verb.reuocatio.procurat. de reſcrip.

88 Et propterea dici cōſueuit quòd nūtio abſque literis, id eſt,ſine tabellione, ac teſtibus domi oretenus citāti nō eſt credendum:vt inquit Spe.in ti.de citation.§. ſequitur. ver. ſed nunquid ſufficit denuntiare. quem ſequitur Bal. in d.l.vt perfectius. col.3.verſ. attende. de quo vide per Barto.in l.Palatinos.C.de collatione feud.fiſc.li.11.Hoc ēt caſu nuncius referre debet ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis: quia referendo ſimpliciter ſe domi citaſſe, non

90 ſufficeret,neq; valeret,vt tenet & declarat Alex. in conſ. 2.conſideratis.co.2.ver.alia rōne.li.3.vbi videas & regulariter teneas quòd citatio ad domū nō valet,niſi in ſubſidium: videlicet quādo ꝑſona haberi nō pōt. vt per glo. in d.c. cauſam de dol. & contu. quam dicit communiter approbari Abb. in conſ.83. lib.2. & hoc fuit famoſum & notabile dictum Inn. in c. ſignificauit. de teſtib. quod ex tollit Abb.in d.ca.fin. in vltimis verbis de eo qui mitt. in poſ.& Dec.d.conſ.460 viſo.col.fi.li.4.

Vbicunque igitur quis non reperitur per fraudem, vt quia latitat: vel nō permittit ſe perſonaliter citari,in ſubſidium poterit citari in domo:vt ſupra diximus, per text. in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare, & §.fin.ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.c.quoniam frequenter.§.porro.vbi glo.& ſcri.vt lite.non conte.ex tunc.ca.de cleri.non reſid. & cle.cauſam.de elect.cum alijs.de quib. ſupra.

91 Vel prout eſt quādo ſemel quis ꝑſonaliter appræhēſus vel in iudicio comparuit:& poſtmodum non dimiſſo procuratore receſſit, aut de facili perſona ipſius non reperitur,

tur, quia & his caſibus præſumptam militiam domi citari poterit. & hic eſt tex. in d. c. cauſam. de dolo & contu.& ſufficiet. tunc vt ad domum citari poſſit quod a iudicio abſſit, l. & poſt edictum. in principio, cum ibi not. ff.de iudic.l.ab eod.& ibi glo. 1. & Bal.col.fin.verſi. & nota quod poſt litem conteſtatam ſemper ſufficit citari ad domum &c.C.quomodo.& quand.&c.& Ancha.in cle.1. colum.fin.de iudi poſt Bart.in l.5.§.prætor.ait. colum.2. verſicu.ſed quæro an eſt neceſſe de dam. infec. Nam (vt dixi)talem in fraudem latitare vel abeſſe præſumitur, vt inquit Bal.in d.l.vt perfectius,colum.2.verſi.in glo.C.de annal. exception. & fuit originale dictum Iunocentij in d. c. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, quod ſequitur Rot.deciſio.48. valet citatio, in nouis. prout in ſimili conſueuit dici de clerico ab eccleſia, & marito ab vxore abſentibus:quia cum in illa reſidere,& cum altera morari illorum quilibet reſpectiue teneatur ad effectum, vt domi poſſint tales abſentes valide citari:hoc tantum ſufficit:vt per doctores in d.c. fin. & Rot. deciſion.396.nota valebit citatio.in antiq.& declarat Anc.in d.cle.1.colum. fi.de iud.& Felyn.in c.conſultationib.in prin.de offi.dele.

92 Erit tamẽ aduertẽdum quoniã domi citatus nõ compa rens non diceretur verus, ſed fictus contumax: quia licet ſit in culpa,& tamẽ ſine dolo. & propterea a ſnia cõtra ſe lata, intra decem dies à die ſcientiæ computandos, appel lare poterit vt voluit Rot.dec.d.Nota ſi feratur ſentẽtia. in antiq.& 187.ſicut ficte contumax. & 364. cum iura in no.tenet Fel.in c. quoad conſulationem.col.13.ver.conſidera duas concluſio.de appel.& in d.c. quoniam frequẽ ter.§.porro.verſicu.6.not.vt lit.non conteſta.& Dec.conſil.34.colum.2.in prin.li.primo,prout dici ſolet de citato per edictum publicum:vt dicemus infra & præmiſſa tenet etiam Anch. conſil.372. pro declaratione in fi.

93 Aduertas ẽt quoniam priuſquam citatio fiat domi,ſi ci tãdus præſens eſt in ciuitate,vel ſuburbijs (quia hoc caſu idem cenſebitur per l.1.§.cum vrbẽ.ff.de offi.præf.vrb. & l.1.§.1.de liberis agnoſcendis)ſi cauſa de ſui natura ce-

leritatem non requirit: vel qui fraudulenter & per culpã veram vel præſumptã (vt ſupra diximus) non abſit, & agatur de actu præiudiciali, citatio domi fieri non poterit: niſi prius facta diligentia & diſcuſſione de perſona in ciuitate, & locis publicis reperiendo: vt tenent doct. in d. §. prætor ait. & Canoniſtæ in d. c. fi. & in terminis ponit Cal. in l. vetuſtiſſimam. 2. col. de iure domi imper. & Alexan. conſ. 2. conſideratis. col. 1. lib. 3. Sicut. n. diſcuſſio bonorũ an quis ſit ſoluendo, ita diſcuſſio perſonarum an aliquis ſit reperibilis, fieri debet. l. ait prætor. §. fin. ff. ex quib. cauſis maior. &c. & docet Bar. in l. ſi tamen in fi. ff. de lega. ſecundo. & in l. 3. in pen. q. C. de duobus reis. & facit tex. in c. 1. extra qui matrimonium accuſare poſ. Et nedum in ci-
94 uitate, quinimo, & in villis ac ſuburbijs ſeu comitatu, vbi prædia ſeu manſionem haberẽt, citandi, perquiri debebunt: vt voluit Bal. in conſ. 16. citatio ad domũ. li. 4. conſ. 454. & 412. & per Abb. d. conſ. 84. in prin. li. 2. & Corneus conſil. 52. in hac conſultatione. col. 2. in 4. volum.

Erit inſuper aduertendum ad decretũ & commiſſionẽ ipſius iudicis: quoniã verba illius declarantur ſecũdũ mentem iuris (prout regulare eſt) & dicunt doct. de illo qui dixit ſe vindictã facturã: nã verba illius ad iuris intellectum reducuntur: vt dixit Guiel. Pau. de Caſt. & Alex. l. 1. C. de his quibus, vt in dignis. & Iaſ. in l. 1. col. 5. ver. Tertiò facit ſolennis. C. de ſeruis fugitiuis. & facit tex. cum ſua gl. in l. ſed niſi. ff. de iure dot. Igitur ſi iudex aliquem ſimpliciter vel perſonaliter, ſeu domi citari mandaret hmôi commiſſio intelligi deberet iuris ordine ſeruato: videlicet perſonaliter primò, aliàs ſi perſona non reperiretur, q̃ citaretur domi: vt declarat Bar. poſt alios in d. l. 4. §. præ
95 tor. col. 3. verſic. ſed quid ſi iudex de damno infec. & per Dec. conſil. 459. viſis duobus, num. 5. lib. 4. Abb. conſi. 84. Ieſu Chriſti. col. 1. lib. 2. Alex. conſil. 2. nu. 2. lib. 3. & conſ. 201. in cauſa 2. col. verſic. & licet. in 2ct. lib. 3.

96 Et propterea ſtante hmôi iudicis commiſſione, ſi nuntius ſimpliciter referet ſe domi citaſſe: & non conſtaret de diligentia adhibita pro reperiendo perſonã, executio non valeret,

valeret, vt per Bar. & doc. in dictis locis, & Alex. conſ. 137. in cauſa & lite. col. 3. ver. prӕterea. lib. 2. & Panor. in dic. conſilio 84. Si verò nuncius referret ſimpliciter ſe feciſſe, prout in mandantis, executio pari modo non valeret tan-
97 quam obſcura, & incerta: vt declarat Alex. d. conſi. 2. col. 1. lib. 3. ſecundum alios lex in benigniorem partem declinando, verb. illius interpretarentur: quod facta diligentia per nuntium de reperiendo perſonam, & ea non reperta, domi citaſſet, & hoc fauore ipſorum abſentium, & ad excludendum veram contumaciam & pœnalitatem: vt dec. Bald. in l. properandum. §. ſi quidem. C. de iudic. quam ſequitur Rot. deciſio 48. in vltima additione. in nouis. & Petr. de Anchara. & Cardinalis ibidem. column. 14. in clemen. prima. de dolo. & contuma. quod multum commendat & corroborat Alexand. in conſil. 219. ponderatis colum. 3. in prin. lib. 6. & conſil. 11. numero 7. lib. 3. Idcirco taliter citat[9] appellare poſſet a die noticiӕ: vt ſupra dictum fuit. & pro quo vide Rota. 364. cum in a. in nouis. & Capaci. deci. 139. in cau. & eandem Rotam 197. ſicut ficte, in no.

98 Hactenus locuti ſumus de citatione, quӕ fieri ſolet contra abſentem a iudicio: ſed in ciuitate (vbi cauſa agitatur) preſentem qui cum preſto ſit, ac paruo & modico diſpendio perſonaliter, vel in domo habitationis ſuӕ citari poſſit, ad quemlibet actum fiendum ſingulariter & in ſpecie vocandus eſt, etiam quod a principio generaliter ad totam cauſam, vel etiam ad certum actum vocatus non comparuiſſet, vel etiam dixiſſet nolle comparere. quia nihilominus eundem ad reliquos actus citari conueniet: ex quo contumacia non operatur. nec ſibi obeſſe debet, niſi quo ad actum, in quo fuit contumax. prout hӕc fuit magiſtralis doctrina Ioan. Andr. in additio. ad Speculatorem ſub tit. de citatio. §. viſo. col. 2. in verbo incumbit. & in titu. de contumacia. §. 1. in gloſ. magna in ſexto, & 7. q. & per eundem in c. cum qui. de do. & contu. quem optimè declarat Pau. de Caſt. in l. ad peremptorium. colum. fin. circa fin. de iud. & in conſil. 316.

certum

certum eſt. 2. col. in prin. li. 1. refert & ſeq. Felin. in c. cum frequen. § porro. col. 4. verſi. nota etiam quod auditores. vt lite non conteſta. & do. Alexan. in conſ. 137. in cauſa & ſit. col. 3. verſ. ſed in proceſſu. li. 2. & vide eundem in conſ. 81. ſtantibus. colum. 2. lib. 4. vbi dixit quod ſi citatus ad cauſam reſponderit, quod non vult comparere, neque coram illo iudice litigare, vlterius non eſſet citandus. & quod ita eſt communis opinio doctorum, quod intellige verum quoad illum actum (vt ſupra dictum eſt) vel etiã in tota cauſa. cum ob huiuſmodi reſponſionem declarauerit hoc caſu vel vlterius coram tali iudice nolle comparere, aliàs negligens in vno actu, non præiudicaret ſibi in ſequenti. vt ponit Dec. conſi. 534. procedendo, col. penul. in fin. lib. 4. & in præmiſſis vide Iaſon. in l. ſi prius. colum. octaua, de oper. noui nunc. Maria. in tractatu de citation. articu. 5. numero 61. Ioannes Millis in verb. citatus ſpecialiter. in 3. colum. Bartol. & Alex. ad eum in l. ſtatuliberos. § Sthicus anna. ff. de ſtatulibe. & idem Alexand. ad Barto. in l. qui ante calendas. in fine. de verb. oblig. Quamuis Innoc. in c. ad petitionem. in glo. magna circa fin. extra de accuſationib. voluerit eum qui ad certum actum citatus reſpondit ſe nolle venire, ob eius manifeſtam contumaciam. ad cauſam illam non eſſe vlterius citandum: cuius dictum pro notabili refert Rot. dec. 245. licet in ſi. in nouis. Quod (vt dixi) intellige in citato de longinquo, vel ꝙ vlterius non citabitur, ſ. ad illũ actũ ſuper quo ſemel citatus cõſtat de eius cõtumacia, & propterea ad eundem amplius citari non debet: & in hoc doctrina Innocentij communiter approbatur: ſed in eo qui eſt præſens, & citatus ad aliquẽ actum reſpondit nolle cõparere ſeu alias negligens vel contumax fuerit. nihilominus ad reliquos actus citandus erit (vt diximus ſupra:) & in hoc idem Innocen. contrarium ſentiens communiter. reprobatur, vt inquit Alex. ad Bart. in l. tres denunciationes. C. quomo. & quand. & de quo plura ponit Felin. in c. inquiſitiones. col. antepe. extra de accuſ.

Si verò citandus non ſolum a iudicio & ciuitate, ac

illius

illius ſuburbijs abſit, quinimo in partibus longinquis moreretur,(vt quotidie in Rom. cur. contingit) quando in ſacro Rotæ auditorio contra abſentes, & in remotis partibus puta Hiſpaniarum vel alibi commorantes cauſę committitur: tunc in eadem curia in vim hmôi commiſſiones citatio ad partes vbi citandus degit, decerni con-
99 ſueuit ſub ſimili ſubſtantia ſeu tenore, videlicet quia in primis nomen & cogomé cum expreſſione dignitatis ſeu officij ipſius iudicis citantis præmittitur, ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit: a litere ipſæ citatoriæ non ei qui citandus eſt, prout antiquitus fiebat, ſed vniuerſis clericis, ſeu tabellionibus, & reliquis in eadē prouincia in qua literæ ſunt exequendę cõſtitutis dirigũtur: illiſq;(inſerto ipſius reſcripti tenore) idē iudex atteſtatur ſe ad inſtantiam partis ibidem expreſſe præſentē citationem decreuiſſe:illiſq; ac cuilibet ipſorum(cui literas hmôi præſentari contingerit)iniũgit quatenus ad inſtãtiã partis requiſitus ſub pœna excõicationis &c.eũdē aduerſariũ in literis expreſſum, & quoſcũque alios in executione nominãdos in proprijs perſonis ſi commodè illæ haberi poterunt:alioquin in hopitijs habitationum ſuarum, ſi ad ea tutus patet acceſſus, ſin minus in cathedrali & parrochiali, ſub quibus citandi degunt,ac etiam in eccleſia illa,de qua diſputatur (ſi cã fuerit ſuper eccleſia) publice & alia voce peremptorie citaſſe habeant: quatenus die (publice puta 25. poſt ipſius citationis p̄ſentationem)ſi iuridica fuerit:& ipſe iudex in auditorio ſuo,pro tribunali ſedere cõtingerit:alioquin ſequenti die iuridica Romę,vel alibi, vbi tunc ſanctiſſimus dñs noſter Papa,cũ ſua curia reſidebit,in palatio cauſarũ apoſtolico (ſi fuerit Rotæ auditor) mane hora audientiæ cauſarũ cõſueta (vel ſi fuerit alius iudex qui citat)dicitur in ipſius citantis habitationis domo hora veſperorũ & audiẽtia cauſarũ cõſueta coram eo,vel eius ſubrogãdi in iudici legitime per ſe, vel ꝓcuratoré idoneũ cõpareãt cum oĩbus & ſingulis illorum iurib. cauſam hmôi tagentibus, de & ſuper oĩbus & ſingulis in cõmiſſione ſibi prę ſentata contentis, eidem inſtanti de iuſtitia reſponſuri, & in cau-

ſis

ſis hmôi ad omnes & ſingulos actus & terminos gradatim, etiã vſq; ad diffinitiuam incluſiue proceſſuro, ac procedi viſuri. certificando eoſdem citatos, quod ſiue in dicto termino comparuerint, ſiue non, ad patris nihilominus comparentis inſtantiam, ad omnia & ſingula præmiſſa (dictorum citatorum abſentia ſeu contumacia non obſtante) iuſtitia a mediante procederet &c.

Et poſtmodum ſimilis citatio, ſeu illius inſtrumentum per notarium publicum ad illam cauſam legitime deputatum, cum appoſitione teſtium, ac ſigno eius conſueto ſubſcribitur, & ſigillo eiuſdem domini citãtis roboratur: & in forma publica & probanti reducitur.

Hac igitur aut ſimili in ſubſtantia citãdi forma, quãdo quis de longinquo citatur Ro. cu. vti cõſueuit, pro cuiq; in ea exiſtenti notiſſimum eſt: & per ea quæ ſupra diximus ſatis manifeſte cõſtare põt eandẽ ex iuris rationibus 100. exceptã, fuiſſe maxima ex cle. cãm. cum materia ſua, de ele. & ꝙ talis ſit obſeruantia atteſtatur ẽt d. Caſſ. dec. 1. de app. & facit quod ponit Æg. conclu 310. fuit & dec. 228. voluerunt domini. in no. & plura ponit Spec. in tit. de cita. in §. iam nũc col. 3. ver. viſo de citatione. & per to

101 tum cũ ſequenti, §. Et quoniã citatio ipſa (vt diximus) fit de longinquo, ideo abſens ad totam cauſam & ſingulos actus gradatim citatur cum comminatione, quod elapſo termino & ſeruatis ex ſtylo ſeruandis citati abſentia non obſtante procedetur, & cauſa expedietur. quæ comminatio facit & deſignat citationem peremptoriam iuxta tex. in l. peremptorium, ff. de iud. & latius Speculatorem, in dicto §. viſo. colum. tertia. verſicu. item licet in die peremptorij: & per Bartolum in l. ſi finita. §. Iulianus. columna ſecunda. verſic. 2. quæro. de dam. in fec. & l. C. quomodo & quando. & l. mancipiorum. ff. de option. legat. ponit Rota deciſ. 245. licet. in nouis. ac Fel. multa congerit in c. inquiſitionis. col. 18. verſ. item addo. de accu. & in c. cauſam. col. 3. ver. quando opus eſt de app.

102 Nã tu ſcis quod quando pro cauſę expeditione; & ſnię prolatione vna citatio fit pro tribus, apponi debet ver-

bum

bum illud peremptoriè, vel ſaltim æquipollens, putà com minatio, de qua ſupra quæ habet vim peremptorij alias ſnīa non valeret, per dictā legē peremptorium. ff. de iud. & l. cōſentaneū. & l. 2. ƒin vnā lect. C. quomodo. & quando. c. conſuluit. de of. dele. c. 1. de dilation. ponit Bar. in d. l. ſi ita. §. Iulianus. colum. 2. verſ. 2. quæro. & Spec. in d. §. viſo. verſ. quid ſi lata, & eſt gl. ordinaria in c. de illicita. 24. q. 3.
103 Et in forma ſupraſcriptæ citationis de longinquo ad totā cauſam factæ verbū illud peremptoriè vna etiā cum comminatione de procedendo poſitum fuit: quoniam licet in cauſis beneficialibus & ſummarijs ſolēnitas peremptorij non requiratur. p tex. in cle. ſæpe. vbi Io. An. in ver. peremptorie. de verb. ſig. & ponit Abb. in c. cum olim. de teſt. ac etiam in Ro. cu. tale verſ. in citationib. apponi non conſueuerit cum termini omnes ex ſe poſt lit. conteſt. ſint
104 peremptorij, vt inquit Spec. in d. tit. de cita. §. viſo. verſ. dicunt quidā. & ponit Fel. in c. cōſuluit. col. 3. de of. deleg. & in c. inquiſitionis. col. antep. ver. Item vide. de accuſat. per Bar. in l. conſentaneum vbi Ale. in 2. addit. C. quomo. & qñ & melius ponit Rot. deciſi. ccxlv. Licet in cau. in no.
105 Nihilominus iſtud fallit in citato ex longinquo ad totam cauſam. quia tunc etiam in cauſis beneficialibus & ſummarij verbum peremptorie in citationib. apponi debet: vt eſt doctrina Bart. in conſtitu. ad reprimendum in ver. ſuper crimine. & ſi aliter fieret, citatio non haberet
106 ſua eſſentialia, ſecundum ipſam. Quamuis ſi citatus abſque appoſitione peremptorij compareret & ſententia diceretur eſſe valida: ex quo ſolēnitas peremptorij ad conuincendam malitiam & proteruitatem non comparentis, non ad ſolennizandum iudicium adinuenta eſt: vt declarant doctores in d. l. ad peremptorium. & Alexand. in cōſ. cxxiij. viſo proceſſu. col. 1. lib. 2.
107 Diſtantia igitur ac diſcrimina viarum difficultas citandi, & partium diſpendia operantur; vt in principio cauſæ. Citatio generalis ad totam cauſam, etiam cum appoſitione peremptorij fieri poſſit: ex quo citationes huiuſmodi de longinquo de facili geminari & reiterari non
poſſunt:

poſſunt: vt probatur in c.cum ex lit. in fi. de reſt.in integ. c.cum dilecti.in prin.c.cum olim . & c fi. de dol.& contu. declarat Io. And.in d §.viſo. in verb. incumbit.in Spe. de citat.& Paul de Caſt.in d.l.ad peremptorium.ff.de iud.&
108 Paul.l.de Leaz.in clem.i.eod.tit.Prout ex eiſdem cauſis etiam peremptorium maturari poteſt,id eſt , mitti vnica citatio pro tribus,cum termino arbitrario,vt declarat gl. poſt tex.in d.c.de illicita.ſuper verb.peremptorio 24.q.3. & doctores poſt text.in c. i de dilat.& de hoc viget generalis conſuetudo & obſeruantia: vt inquit Spec.in d.§.viſo.in 1.col.tit.de citat.& Bar.in authent.qui ſemel col.4. verſi.quæro an iſtæ dilationes.C.quomodo.& quando.
109 Et ſi poſt citationem in partibus legitimè executam citatus comparere non curauerit: elapſo termino in cita. comprehenſo , & conſtito iudici de citat. executa contra taliter ad totam cauſam citatum abſq; alia citatione vſq; ad ſnīam incluſiuè procedi poterit: quia factus eſt contumax in tota cauſa arg.c. 1.de appel.in ſexto.c.1.&c.cupientes de elect.eodem li.c. fi.extra de dol.& contu. l.perperandum.(1.C.de iudic.tenet Specul.in d.§.viſo.col.4.verſicu,puta ad videndum iurare teſtes . & ibi Ioan. And.& Bart. ad reprimendum in verb. ſuper crimine . & in l.ſtatuliberos.§ Stichus annua.vbi per Alex. in addi.ff.de ſtatulib.& ponit Abb.in c.fi.colum.3.circa fi.extra de dilationibus . & Mill. in verbo citatus ſpecialiter ad vnum actum,& tenet Rot.deciſion.cccxlv.licet impetrans innô. & vide deciſio. cccclxxxvii. ſi app.colum. pen. eod. lib.& Fel.in c.cum olim.colum.2.in prin.de teſt.
110 Et quamuis contra taliter citatum(vt præfertur)abſque alia vlteriori citatione ad ſententiam & cauſæ expeditionem de iure procedi poſſet: nihilominus in Ro.cur. ex benignitate,& ſacri palatij ſtylo ad proteruitatem non comparentis magis conuincendam , idem citatus in partibus conſueuit (etiam ꝙ nullo modo comparuerit) contra ipſum proceſſus per edictum publicum , ſeu audientiam contradictarum decerni , & ad omnes alios ſubſequentes actus in dicta audientia publicè citari : prout de huiuſ-

huiuſmodi obſeruantia & ſtylo apparet in deciſ. 224.§ committatur.quæ dixit quod ſi citatus ad curiam die aſſignata non comparuerit, fiet citatio in audientia publi. contradictarum vel præconizatio, aut in Albo prætoris conſcriptio tenet idem deci.220.licet.& 69.actore.in no. & deciſ.760.Sciendum.in antiq.Reg.conc.310. fuit Caſſadoreus.dec.6.vt lib. petente.& de huiuſmodi ſtylo meminit,& illum commendat etiam Paul.de Caſt.in l.ad peremptorium.circa fi ff.de iudi.& Fel.in c.quoniam frequẽter.§.porrò.verſic. demum an citatio.num.20. vt lit.non cont.& Dec conſi.306.viſo puncto.num.25.

111 Et iſte ſtylus obſeruabitur, etiam quod actor in termino citationis non comparuerit: nam licet citatio quo ad illum actum fiendum (neutro comparente) fuerit circunducta: vt l.poſt edictum. §.1. ff.de iud.nihilominus ex quo citatio huiuſmodi fuit ad omnes actus & totam cauſam. idcirco ipſo actore quandocunque comparente contra taliter citatum non comparentem per audientiam procedi poterit,vt eſt deciſ.345.licet.in nouis,quod procedit tam in citatione hominis,quã iuris:vt in deciſ.328. ſecundum Ioan. Mil. vtrunque ponentem in verſ.citatio tamen &c.colum.4.etiam (vt dictum fuit) quod actor in termino non comparuerit, & contumaciam citati & non comparentis non accuſauerit: prout fieri debere magiſtraliter voluit Bar.in l.conſentaneum. in fi.& in authen.qui ſemel.col.3.C.quomo.& quando & in d.§.Iulianus.col.3. de dam.infect.per text.in l.properandum.§ 1. C.de iud.& & ponit Alex.conſi.92.perſpectis. col.pen. verſiculo pro hoc facit libro primo.

112 Si verò ad cauſam citatus ſemel in iudicio comparuerit,per huiuſmodi comparitionem citatio,ac illius peremptorium & comminatio circunducuntur, per text. in d.l.poſt edictum & propterea,etiam quòd quis ad omnes actu-fuiſſet citatus, quia tamen prima citatio per comparitionem conſumpta fuit, ideò ad reliquos actus fiendos ſingulariter citari debeb t,vt declarat Bart. in extrauag.ad reprimendum, in verb.ſuper crimine. & Ioan.

Andr.

And.in d.§.viſo.in verb.incumbit.& Paul. de Caſt in dict. l.ad peremptorium.in fin.& Io.Mil.in verb.citatus ſpecia liter.in 4.col. & in verb.citatio generalis . col. pen.ponit Fel.poſt Anto.& Imol.in c.licet cauſam. colum 15. verſi. demum.extra de teſtib.

113 Maximè quia incertum eſt quando reliqui actus fiẽdi in iudicio explicari debeant:& propterea ad illos,is cõtra quẽ fiunt, citandus eſt vt inquit Abb. in d.c.fi.col.3.in fi. de dilat.poſt Bart.in l.qui ante Calendas.ff.de verb.oblig.

114 Is tamen qui fuit (præmittitur) citatus, & in principio cauſæ comparuit,ſi vult contumaciam effugere vſque ad expeditionem cauſæ perdurare debet,alias cum ad omnes actus gradatim fiendos, & totam cauſam citatus fuerit, licet ſemel comparuerit , ſi poſtmodum lite pendente non admiſſo procuratore recederet, virtute primæ citationis,ſaltim per edictum , ideſt,proceſſum & citationem per audientiam contradictarum conſtito de receſſu & abſentia procedi poſſet:vt probatur in c.cum dilecti. de dol. & contu. nam ad duo cenſetur citatus videlicet ad comparendum & procedendum quamuis igitur comparuerit non ſatisfecit , qui recedendo non proceſſit igitur vt formaliter inquit Bald.poſt Spec.in tit. de aduo. verſ. qui comparet in termino & ponit Bart.in conſtit.ad reprimendum.in verb.per edictum col.fi.verſ. quid ſi in primo termino.& in verb.publicè , & declarat Abb. in d.c.fi.de dilatio.& tenet Rot.vt deciſi.345.licet.in no. & Faſtol.cauſa 30.dub.58.

115 Et hinc quotidie in Ro. cu. practicari videmus quod procuratore , ſeu aliquo ex principalibus lite in eandem curia pendente , recedentibus ſeu decendentibus conſtituto : ſummariè de hoc proceſſus contra tales tanquam contumaces per audientiam contradictarum decernitur: vt declarat Caſſ.in deciſ.6. in prin. vt lib. pend. & dec.1. de ſent.& re iud.poſt Rot.dec.129.in abſentia . & 144.in cauſa. in no. & Ægid. concl.310.& 615. & Paul. Caſt. in d.l.ad peremptorium.col.fi.de iud.

116 Quamuis ſi procurator rei abſentis lite hmõi penden

te

te decederet cum in caſu iſto non ſit quid imputandū ipſum reo talia ignoranti, propterea mors iſtius procuratoris eidem reo abſenti per actorem intimanda eſſet:& antequam intimaretur contra eum veluti contumacem ꝓcedi nō poſſet, vt declarat Aeg.concl.495.licet mors q̄m is qui ſemel per legitimum procuratorem comparuit dici non poteſt contumax, contra quem ſolummodo proceſſus per audientiam, & per edictū decernitur, vt inquit Rot.dec.639.no.quòd aliquis in antiq.& in præmiſſis vide Aeg.centeſimaquinquageſimaquinta, ſi prin.

117 Ad vnum circa præmiſſa in actu practico aduertendū fuerit, quòd quando negotium, ſeu cauſa agitatur contra abſentes qui ſemel comparuerit, vel contra exiſtentes in ſuburbijs ſeu comitatu, quos ad quemlibet actum citare difficile eſſet, cōſultè faciet iudex, ſi ad inſtantiā partis aduerſæ coegerit tales ad eligendum ſibi locum in ciuitate & loco iudicij, vbi citare poſſunt: cum durum ſit ſemper mittere ad villam ſeu commitatum, vel perquirere per totam ciuitatem ignotos & irreperibiles, & circa hoc tempus conterere, vt voluit Ang.in l.qui ante Calendas.vbi Bar.hoc reliquit indeciſum.ff.de verb.obl.allegando d.Inn.in c.auditis. & c.conſtitutus de pro.eandem doctrinam poſuit Bar.in extrauag. ad reprimendum.in ver. per edictum.colum.fi.& Pan.in c.fi.in 3.col.in ti.de dila.& ego in Ro.cu.ſæpius expertus ſum.

118 Ex præmiſſis igitur ac forma ipſius citationis quā poſuimus, ſatis conſtat reum qui de longinquo citandus eſt perſonaliter primò, ſi reperiri poteſt, alioquin facta ſuper hoc diligentia in domo ſuæ ſolitę habitationis, in qua extabit citare debere; & citandus fuerit clericus: & ibidē aliquā eccleſiam curatam, & de iure reſidentiam requirētē, habuerit, ēt ꝙ aliā habitationem ibi non habeat: ſi abſuerit abſq; rationabili cauſa, in eadē Eccleſia (quæ fingitur eius habitatio) cum alibi eū morari nō debeat, citari poterit, probatur in c.ex tuæ.de cle.non reſiden. & ponit Inn. poſt alios in d.capit.fina.de eo qui mittitur. in poſt.ponit Abb.colum.3.verſi. Item nota ex ordine.in c.cauſam de

dol.& contu.eſt deci.dominorum 82.in cauſa beneficiali.in no.quæ.requirit,quod talis citatio fiat etiam in Eccleſia Cathedrali: & iſte caſus videtur omiſſus in capitulo cauſam de elect.in clem.

119 Si vero nec domum particularem, nec Eccleſiam reſidentiam requirentem, talis clericus habuerit, citandus erit in Eccleſia Cathedrali illius loci, & ſi diſputabitur de aliquo Eccleſiaſtico beneficio, etiam in illo citari debebit, in quo etiam citari conueniet, quando domi citationem fieri contingere. vt probat tex. in d. clementina Cauſam de elect.& ponit d.deci.82.Iſto tamen caſu ſi beneficium, de quo diſputatur, non fuerit curatum, antequam in eo,& in Cathedrali citatio fieri poſſit,præcedere debet diligentia de perſonam reperiendo,facta in loco

120 domicilij vbi vltimo inhabitare conſueuerat. Secus ſi beneficium eſſet, curatum: quia tunc non requireretur alia diligentia de perſonam reperiendo:ſed ſatis foret intimare in Cathedrali & beneficio in eam curato, vt tenet Rot.dec.623.No.quod in cauſa beneficialium. in Antiq. iunctis dictis 228.& dec.83.in no.Dummodo locus habitationis non eſſet in valde remotis quia tunc vt op nor, ſatis foret in cathedrali, & beneficio illo etiam non curato, abſque alia diligentia caſu quo perſona ibidem non reperiretur,citare,arg.d.cle.Cauſam in verſi.quod ſi forſ. & videtur concluſio Æg.390.in executione. quam videbis. & vide quod dixit Deci.in dicto conſilio 461.colum. fin. in prin.

121 Et iſtis caſibus quando citatio fit in loco domicilij,vel in eccleſijs,ſatisfuerit citationem publicare,ideſt eandem publicè & alia voce legere, & ſi copia petita, tradere nec requireretur affixio cum d.clemen. Cauſam.hoc non requirat.& ita declarat Caſſ.deci.1.de app. de quo tamen. vide ſub num.88.

122 Si vero citandus fuerit laicus & ſecularis: & perſona ipſius,aut procu.eiuſdem, apprehendi non poſſit, citandus erit in loco domicilij, ſi vbique gentium fuerit vt dictum ſunt fuit ſupra. & ponit Bal. in l. iuris ordinem. C. de

de iuriſ. om. iud.& in l.ab eod. col.fi. verſ.ibi requiſiuit. C.quomo.& quand.& Dec.conſi.460.num.25. lib.4.Sed ſi domus vel habitatio nuſquã reperiretur: vt puta quod citandus vagabundus foret:ſi ageretur de re immobili,citari poterit per affixionem çedulæ illi rei, de qua agetur, per l.4. §.prætor. cum concordan. de quibus ibi per glo. in verſi.libellum & per Bar.& ſcrib.ff.de dam.infect. Si de re mobili actum fuerit, facta diligentia de talem reperiendo in loco vbi contraxerit, vel quaſi, ac forum ſortitus fuerit,& eo non reperto conſtito de hoc citabitur per pręconem,ſeu per edicta (prout moris fuerit tales abſentes, & vagabundos citari) arg. l.2. C.vbi in rem act.& ſentit Bald.in l.vetuſtiſſimam. verſ. nota in materia. C.de iur. domi.imper.& Bar.ad reprimendum in verb.per edictum in 2.col. in fi. quia hoc modo çitantur regulariter abſentes qui dom.carent.& vbi ſint,ignoratur:vt declarat Inn. in d. c.ſi.de eo qui mitt.in poſſeſ. quem ſequitur & declarat Bal.in l.pen.col.2.verſ.in gl. ſuper verſicul. domiciliũ. C.de annal.exce.facit tex.in authen qui ſemel.C.quomodo & quand.& aliqui ponunt in d.clem.cauſam. & tenet Abb.in c.ſi.col.4.verſic.item poteſt requiri. extra, de foro compe.

123 Iudex itaque ordinem ſuprapoſitum in citando abſentes ſeruare,neque illum præuertere debebit, alias decretum ipſius non valeret, puta, ſi a principio cauſæ aliquem per edictum publicum,ſeu domi,vel in eccleſijs nulla præcedente diligentia de perſonam reperiendo, citari mandaret: vt tenuit Paul. de Leaz.in d.clem.cauſam.& ipſum ibid.refert & ſequitur Anc.in 3.col.verſic. Decimò nota.& Imol.col.1.verſi.nota.arg.quod non poteſt &c.& col.3. verſ.q̃ro,an ordo. vbi dicit hĩc eſſe ordinẽ ſubſtantialem,extra de ele.vel ſaltim daret legitimam cauſam ab huiuſmodi proceſſu appellandi: vt voluit Bart. ad reprimendum.in ver.per edictum, poſt prin. vbi dicit quod talem proceſſum,iudex appellationis de facili infirmabit.

124 Et quæ ſupradiximus, de aliquem perſonaliter, vel domi,ſiue in eccleſijs citando, procedunt, quando ad il-

los ſeu loca huiuſmodi tutus patet acceſſus. Sed ſi ob ipſius citandi; aut ſuorum potentiam, ad ipſos eorumque domicilia tutè & liberè accedi non poſſet: vel quod ipſi citandi per ſe, vel alios quoquomodo, ne ad eos citatio perueniret impedirent cum ipſimet ſibi ipſius impedimento ſint, ne perſonaliter vel domi citentur: abſentia, & potentia illorum alteri obeſſe non debebit, vt inquit tex. in l. vt perfectius. in prin. C. de annal. exce. & vide Ægid. concluſ. 577. etiam 51. Ideò in principio cauſæ iudex poterit committere, vt tales per edictum publicum, in aliquo loco publico, taliter citentur: quo ad eos, eorumque aut ſuorum notitiam veriſimiliter poſſit peruenire: vt prob. in d. cle. cauſam. ver. verum. & ibi ſcri. & in clem. 1. qui tex. ad hoc principaliter emanauit. de iud. & facit c. 1. §. contrahentes. de for. comp. in 6. & tex. in c. quoniam frequenter. §. porrò. & ibi pariter ſcribentes, vt lit. non conteſta.

125 Sed quoniam modus iſte per edictum publicum in principio cauſæ citandi (cum abſentem, & ignorantem afficiat) eſt rigoroſus, & a iure multum exorbitans, vt dixit tex. in d. clem. 1. de iud. & Rot. deciſ. 223. ſi committitur. in no. & Io. Mil. in ver. citatio. per edictum. in 3. col. Idcircò extra caſus dictæ clementinæ concedi non conſueuit: vt eſt deci. dominorum. 753. dic quod in c. dudum. in antiq. Et propterea in Rom. cu. nullus iudex taliter citat, niſi fuerit ſibi ex ſpeciali mandato Papæ id commiſſum, vt notat gl. in d. clem. 1. in ver. ſpecialiter. hoc enim eſt quaſi proprium, & in ipſo Papa ſpeciale, vt talis citatio arctet, ſecundum Paul. de Lea. & Guil. de Monte lau. quos ibidem refert, & ſequitur Rot. d. deciſ. 223. in add. & ponit Paul. de Caſt. in l. ad peremptorium, in fi. de iud. & Fel. in d. cap. quoniam frequenter. col. 9. verſ. circa glo. vt lit. non conteſt.

127 Et quando Pap. dat alteri hanc poteſtatem per ſimile edictum publicum citandi, conſueuit apponi clauſula, videlicet, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, vt moris eſt, vnde iudex talis antequam citationem per edi-

ctum

ctum decernat, debet ſaltim ſummariè teſtes examinare ſuper metu,potentia,& non tuto acceſſu,ſeu impedimentis,quæ ex aduerſo prætenduntur: vt tenet Rot.704. dic quod citatio. in antiq. qui teſtes ſatis eſt quod dicant ſe credere impoſſibile fore, vel non eſſe tutum, eoſdem in perſonis,vel illorum domicilio citare: vt inquit Rot.deciſ.693.nota quod antiquiores.in ant.ponit Bar. ad reprimendum.in ver.per edictum. in 1.col & Fel.in d.c.quoniam frequenter. col.11.verſi.pro practica d.clementinæ. & Caſſad.deciſ.2.in fi.de dol.& contu. Et iuramentum ipſius partis ſuper hoc nõ ſufficeret, vt d.deciſ.753. & 704. dic quod citatio in antiq. & ponit Fel. in loco de quo ſupra. Et ſi iudex ſaltim ſummarie de præmiſſis non cognito,proceſſum per edictum decernere,proceſſus huiuſmodi non valeret:vt conſuluit Dec.conſi.460. Viſo puncto. columna fin.nu.26.lib.4.

129 Iudices tamen etiam ſeculares partibus, conſtito de præmiſſis impedimentis, ac non tuto acceſſu, & ipſi per huiuſmodi edicta publica procedere conſueuerunt, per tex.in authen.quod ſemel C.quomo.& quando.& ibi per Bar.& doct.& ponit idem Bar. ad reprimendum, in ver. per edictum.& Maria in rub. de dila. Abb.& Fel.in d.cap. quoniam frequenter. & quotidie in curia in ſenatore vrbis experimur.

130 Inſuper quamuis d.cle.Cauſam.& conſtitutio ad reprimendum huiuſmodi citationem per edictum ſimpliciter in aliquo loco publico ſolenniter publicari mandauerint, nihilominus ex quo talis diſpoſitio nimis vaga, & incerta viſa fuit propter ea clementina prima de iud. & melius ſtylus & obſeruantia ſacri palatij loco & ſolennitatem huiuſmodi declarantes, voluerunt eaſdem citationis in locis per ipſum iudicem in citatione ipſa deſignatis,& expreſis publicari debere,& in eadem Romana curia huiuſmodi citatio ſub ſimili ſubſtantia formari conſueuit,videlicet.

131 Et quia per teſtium fide dignorum examen coperimus,dicto N.ex aduerſo inſtanti aut alteri eius nomine

ad præfatos N. & N. ex aduerſo principales, pro huiuſmodi noſtris literis citatorijs in eorum proprijs perſonis, aut domicilijs, ſeu locis conſuetis, exequendis tutum non patere acceſſum: idcirco auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, per hoc præſens publicum edictum in Ro. cur. in audientia publica literarum contradictorum, in qua citationes huiuſmodi legi conſueuerunt, legendas, ac valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, & audientiæ cauſarum palatij Apoſtolici, vel (quando ſunt vacantiæ generales, in quibus audientia contradictarum ceſſat (tunc dicitur, quod in valluis Cancellariæ apoſtolicæ, & acie Campiflore extra vero Rom.cur.& in partibus in valuis N. & N. cathedralium, ſeu collegiatarum. aut parochialium eccleſiarum talis loci, ſeu citatis) prout eſſe contigerit) tanquam locis circumunicinis & eonuenientibus affigendas, publicandas, & exequendas, prædictos N. ex aduerſo principales tenore præſentium citamus quatenus quadrageſima die &c. demum addi ſolet hæc clauſula: loca vero prædicta tanquam publica & idonea pro præſentibus literis exequendis, ad inſtar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio ſcribebantur, duximus eligenda: in quibus præfatas literas publice, & patulo iudicio & quaſi ſonoro præconio decernimus publicandas, & affigendas ne dicti citati ignorantiam aliquam prætendere valeant. cum ſimile non ſit apud ipſo ſic. citatos incognitum & occultum remanere quod tam patenter & notorie omnibus extitit intimatum, authoritate Apoſtolica decernentes, quod præſens citatio taliter execura citatos arceat, aſtringat, & perinde valeat, acſi in eorũ proprijs perſonis citati forent &c.

Quæ forma colligitur ex d.cle.1.cum ibi not. per glo. & ſcri.& eſt theorica d.Inn.in c.ſi. de eo.qui mit. in poſſ. & c.quoniam frequenter. vbi per Canoniſtas vt lite non conteſt. & l. de pupillo.§. proſcribere.ff. de inſtit.actio. & per ea quæ ponit Spec.in tit.de cita.in § penul.cum ſimi.

132 Et quamuis mandati forma diligenter obſeruanda ht.l. diligenter. ff. manda.c. cum dilecta. extra de reſcri.

propte-

propterea que forma ſupraſcriptur citationis per executores, quoad omnia ſeruari deberet, videlicet publicari, & affigi tam in curia, quam extra in omnibus locis in eadem copulatiuè comprehenſis: vt dicebat Rot. loquens de citatione per dictum 223. in fin. in not. & Bald. in l. 1. §. Offilius. ff. ne quis eum qui ius voca. & in l. non ſunt libri. ff. de ſtat. hom. tenet deci. Neap. deci. 2. num. 6. alias ſi forma huiuſmodi non ſeruaretur, proceſſus dictæ citationis vigore factus contra abſentem aliter non comparentem ipſo iure nullus eſſe deberet: vt ibi per eos: & ponit exemplum Io. Mill. in verb. citatio non valet. col. pe. poſt Spec. de cita. §. 1. col. 9. verſicu. ſed pone quod Bald. in conſil. 214. vt apparet. in fin. lib. 2. prout terminis eum refert & ſeq. Aym. conſi. 182. videtur col. 3. verſic. 4. videtur & Alex. in conſil. 73. li. 3. loquens de eo, qui executus eſt mandatum in alia re, quam habuerit in commiſſis: quòd talis executio non valuit: prout etiam non valeret ſi fuiſſet exequutus contra perſonas in mandato non cõprehenſas ſecundum Bal. conſil. 67. d. Papa. colum. 2. lib. 2. prout eum refert idem Aym. conſ. 196. & ſi. col. 2. prope fi. & tenet Rom. conſ. 69. viſo col. fi. & in terminis noſtris de citatione decreta per edictum cum clauſula. Con ſtito de non tuto acceſſu &c. quòd eius formam ſeruari diligenter conueniat, ponit Deci. in conſil. 460. col. fin. lib. quarto cum ſimilibus.

133 Nihilominus ex ſtylo ipſius Romanę curię, quod citatio huiuſmodi per edictum, in duobus tantum ex tribus locis curię, & totidem ex expreſſis in partibus, & ſic in totum quòd in quatuor locis, ex ſex poſitis in citatione publicetur, ſatis fuerit: quoniã ſi non eſſet forma prędicta, ſufficeret, quòd in vno loco publico exequeretur: vt d. cle. 1. & ibi gl. in verſ. in aliquo, de iud. & quod ſufficiat illam exequi in duobus locis ex tribus, tenet Rot. deciſione. 79. ſi committatur. Innocen. & Ægid. concluſio. 194. Si mandatur Felin. in d. c. quoniam frequenter. col 2. verſic. 2. no. plenius ponit Caſſad. deciſ. 1. de dol. & contu. & Rot. dec. 522. no. quòd ſi committatur, in antiq.

134 Inſuper(vt vide)ex forma prædictæ citationis requiritur quod publice legatur, & poſtea originalis affigatur & affixa dimittatur in valuis dictorum locorum per tantum temporis ſpatium, vt tranſeuntibus patefieri poſſit: vnde executor debebit referre ſe legiſſe, affixiſſe, & affixam dimiſiſſe: alias executio non valeret.vt voluit Rot. dec.223.in no.& Io.Mil.in ver. citatio quando commit-
135 titur. col. 3. Quamuis palatium regulariter de ſola affixione abſque lectura, contentetur: & ſatis eſt quod notarius dicat ſe affixiſſe, & publicaſſe: vt per Caſſad. dec. 4.de do. & contu. quia affixio eſt quæ principaliter a iure requiritur:vt in d.cle.cauſam § fi.de elect. & cle.1.ibi. ianuis affigendæ &c. de iud. & ponit idem Caſſad. deci. 1. de ap. & ſentit Bar. per illum tex.ad reprimendum, in verb.publice.vbi dicit de Iure Ciuili ſufficere,quod edictum in aliquo loco publico legatur per illum text.& per text.in § proſcribere.in l.de pupillo.ff. de inſtit.act.ſed de iure Canonico,q̃d citatio debet legi, affigi, & affixa per tempus congruum arbitrio executoris dimitti: vt ibi per eũ:& vide Fel.in c.ex parte decani in ver.reuocatio proc. de reſcrip.
136 Vt intellige quod citatio ipſa originalis, non autem copia ſit affigenda: quia pars illi credere non teneretur, ſi non foret in publica forma;vt dixit Rot.d.dec.223.& Ægid.concl.539.licet citatio.Et Fel.in d.c.quoniam frequenter.ver.5. nota quod citatio originalis. & ex text.in d.clem.cauſam ibi, porrecto vel ſub ſcriptura auth. &c. extra de election.
137 Si vero executor referret ſe feciſſe,& executum fuiſſe prout habuit in mandatis: vel prout in dictis literis citatorijs continebatur:talis relatio nuntij ac decretũ citationis relata,ſatis redderetur certa & clara:vnde puto ꝙ ſufficeret: cum certum dicatur nõ ſolũ id quod ex ſe cer-
138 tum eſt, ſed etiam illud quod eſt certum per relationem ad aliud: quia natura relationis eſt, ſecundum Bal. natura veritatis patentis ex coniunctione ſcripturarum: vt per eundem in conſ. 338. ea quæ veniunt,lib.2. & in

l.adeo.

l.adeo.§ cum quis.ff. de acqui.re. do prout refert & ſeq. Dec.conſ.538.viſo.puncto colum.2.num.7.lib.4. & facit tex.in l.inſtitutio talis.& ibi Bartol.ff. de condict.inſtit.l. certam ff.ſi cer.pe.l.2.& 4.C. de ſent. quæ ſine. cert. quã. proſ. c. cum venerabilis . de reli. domibus cum alijs, de quibus per Abb.in conſ.28 verſicu. quarto adduco.in 1. par. Secus autem foret in citatione, quæ non eſt fienda 139. per edictum: quoniam ibi (vt ſupra vidimus) datur triplex modus exequendi. videlicet in perſona, ſi haberi poteſt,alias ad domum,alioquin in valuis eccleſia: vnde executor referendo ſe feciſſe, prout in literis, iudex de modo executionis certificari non poſſet: & ſic executio tanquam obſcura & incerta non valeret, vt conclud. Ægid.concl.200 ſi commiſſarius.& Alexan.conſ.201.col. 2.lib.2.& conſ.138.in cauſa.col.3 eod.lib.& conſ.2. conſideratis.col.1.cum ſeq.lib.3 & Maria.in tract.de citatio. ar.13.nu.4.

340 Loca autem vicina intelliguntur, quæ domicilio ipſius citandi vicina ſiunt: ac talia eſſe debent. vt citandus veriſimiliter notitiam citationis habere poſſit, alias citatio non arctaret: vt tenet Rot.deci.6.de dol. & cont. per Caſſa.& facit concl. Æg.188. Et citatus per doct.in d.cle. 1. de iud. & duo ad minus: vt dixi, requiruntur: vt dicit Rot.d.dec.522.Nota quod ſi committatur.in Anti.& 79. ſi committatur in no.

141 Erit etiam aduertendum quoniam per iſtum modum citandi, videlicet per edictum, non inducitur certa notitia & propterea per ſimilem modum citandi ac proceſſum per edictum, excommunicari ſeu beneficio ſuo priuari, quis non debet. Nam vbi agitur de magno præiudicio,citationem peruentiſſe ad notitiam citati,clare conſtare debet, nec ſufficiunt coniecturæ, prout ſufficerent, quando eſſemus in re modici præiudicij, vt in deuoluendo cauſam ad Romanam curiam. Ita concludit.Rot.dec. 771. dic quod ſi opponatur. iuncta dec.790. Sciendum eſt quod ſi in aliqua, in antiqua. & ponit Abb & Fel. in d.c.quoniam frequenter.col.13. ver. aliud valde notabi-

le

le & per Æg.d.cõcl.188. vbi quod voluit quod vt citatus per edictum excommunicari poſſit, non ſufficere probare. quod in vicinis partibus edictum fuerit affixum, ſed oportere etiam probare, quòd taliter affixũ fuerit, vt ad eius notitiam potuerit veriſimiliter prouenire: vt ibi per eum:& per Ang.de Vbal.in conſ.8.his proximis col.2.vbi quod citatus domi, vel in eccleſia, quod non poſſit mulctari. vide tamen in præmiſſis Rot.271. ſi de mand.in no. & 364.cum iura.eo.lib.vbi quod taliter citatus poteſt. in tra 10. dies a die notitiæ appellare.

Inſuper ea quæ ſupra diximus procedunt, quãdo quis certum contradictorem habet: quia tunc poſtquam de eius intereſſe principaliter agitur, nominatim, & expreſsè citandus eſt: nam citatio generalis per edictum ſeu audiẽtiam publicam, vel præconem contra omnes ſua intereſſe putantes, ipſum non arctaret: vt ſupra diximus: ſi vero certus contradictor non apparet, ſatis foret pro ſubſtantia & validitate actus fiendi apponere edictum generale contra omnes, qui ſua intereſſe putarent: prout de
242 vtroque eſt text.in cap.fi.in fi.de elec.6.& ponunt Bart. Bald. & alij, per illum text. in l.ſi eo tempore. C. de remiſ.pig. & in l.ſi vacantia. vbi per Ang.C. de bo.vac.lib. 10.ponit Innoc.& ibi omn s.in c.fin. de maio.& obed.& Barto. ad reprimendum. in verb.per edict.in final.verb.& idem Bald.in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. & Cano. in c.Alb. de teſti. ponit dec. Neapol. dec.24.quidam. & Capi. in eidem deci. dec. 87. in cauſa magna. vbi recenſet quinque requiſita, vt valeat datio curati hæreditati iacenti.& per Alexand. in conſi.106. cum conſ.ſeq.lib.5. & conſ.137. col.3. vbi loquitur de cura bonis dando. lib.2. & conſ.5.nu.2.lib.2.& conſil.150. in cauſa col.2.lib.6.& conſil.221.ponderatis col.fin.eod.lib.Anch.conſilio 306. efficax.col.1. in quibus locis reperies, quibus caſibus citatio generalis requiratur & ſufficiat:& habeat pro regula, ꝙ exiſtente certa perſona, quæ ex actu lædi poteſt, ipſa nominatim vocanda eſt: alias citatio generalis ſibi non eſſet, pro quo facit gloſ. in verbo. nominatim. de

vita

vita hon.cler.in cle.1. & Bald. in auth. ſi omnes. C.ſi vt ſe ab hæred.abſti.& hoc tenet Rot.vt per Caſſ.deciſio.6. vt lit.pend.in fin. & Bartol. in l.ſi diu. & l. ſi ſeruus.ff.de bon.auctо. iud. poſſid. & in l.ſi quis inſtituatur.§ 1.cum ſeq.ff.de hære.inſtit.cum ſimil.quæ cumulat Aym.conſil. 89.Nobilis Anto.in fin.& Ang.conſilio 289. viſo. Roma. conſi. 54. viſis in ſi.

Idcirco priuſquam fiat generalis citatio, ſeu proclama diligenter inueſtigandum erit, nunquid adſit perſona, quæ ex actu illo lædi poſſit, alias ſi vigore huiuſmodi generalis citatio contra omnes ſua intereſſe putantes &c. poſſeſſionem alicuius rei apprehendiſſes, non audireris, ſi poſtea diceres, non citaui poſſeſſorem: quia ignorabant quis eſſet: ideo generalem citationem feci. inueſtigare namque hoc debebat,vt ſen.Bal.in l.fin.col.3.ver.quarto præmitte.C.de edic.di.Adr.toll. & interm. ponit Bartol. in conſi. 40. miſſus in poſſeſſionem quod alias eſt nu.91. incip.in cauſa vertente.& Anch.in c.fin.de elec.in 6. vbi refert ſe ita alias conſuluiſſe, videlicet in conſil. incip. in primo dubio. num. 268. cum ſe prout refert & ſequitur Alex.in conſ.viſa facti.col.4.ver. nec poſſet li.2. & latius conſ.5.in cauſa col.1. lib. eod. & conſil.208. viſo ſummario.col.fin.li.2.& vide in deci. Neap. per Cap. deci.87. in cauſa co.1. & ci. in cauſa And.

143 Per iſtum etiam modum citandi per edictum generale vocari conſueuerunt (non tamen nominibus aliquorum expreſſis) amici, ſeu conſanguinei, ſi qui in ciuitate ſunt qui minorem.ſe non defendentem,vel ex cauſa probabili,aut neceſſaria, a ciuitate abſentem defendere velint,iuxta ea quæ ponit Bart.in l.hæc autem.ff.ex quibus cau.in poſſ.& Bal.in authen.qui ſemel col.2.verſic. nota quod vox præconis.C.quomodo & quando. Sed ſi procederetur contra maiorem contumacem.verum vel præſumptum etiam quod, foret abſens non citarentur amici neque conſanguinei: vt docet Bal.ad Spe. in tit.de cita.col.2.verſi. quando citatus non comparet:nam poſſet curatore deputari bonis ipſius abſentis, & cũ eo procedi

iuxta terminos glo.in l.ab hoſtibus.in princ.ff. ex quibus cauſ.maior. de quo late ponit Alex. conſ.4. videtur.col. 3.verſ.tamen quia.li.2.

144 Si collegium, ſeu vniuerſitas, vel capitulum citandi forent.recurre ad gloſ.ordinariam, in verb.ſingulares, & ibi ponit doct.in c. bonæ de elect.& ad Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. citatum & per Rom. in ſingu. 756.& Æg.c6cl.185.licet.& Ale.in l.ſicuti.ff. quod cuiuſque vniuerſit.& per eundem,in conſ.219.num.2.vbi ponit de capitulo citando.li.6.& vide omnino Guid.Pap.q. 321.in cauſis.Bal.in l.etiam.col.3.C.de execu.rei iud.Bar. in l.1.C.de iure rep.li.11. gl. in capitul. ſi Capitulum. in princ.ad quam omnes recurrunt. de conceſ. præb. in 6. Bar.in l.fi.ff.quod cuiuſ.vniu.& l.non poteſt. la 2.de reg. iur.

145 Et nota quod citatio quatuor principales partes in ſe continet, videlicet decretum, formam, executionem, & regulationem eiuſdem: vt docet Bal.in addi.Spec.in ti. ſent.col.6.verſicu.nota tamen, & ponit Fel.in c. gratum. 2.col. de offi.deleg. & per ea quæ hactenus tractauimus, aliqualiter quoad decretum, formam, & executionem, illiusque concernentia te inſtituere poteris: quoniam neceſſe fuit mixtim, ob connexas doctorum deciſiones illa ponere.

146 Quo vero ad vltimam partem, videlicet relationem, erit etiam aduertendum, quoniam ſi iudici, antequam ad actum progederetur, per nuntij relationem, vel alias legitime, de citatione executa non conſtiterit. actus non valeret. & ſi poſt actum factum relatio fieret, nihilominus actus præcedens a principio nullus non conualeſceret, cum a principio de relatione debuiſſet conſtare, liquereq; prætori, vt de ſua poteſtate certus fieret. vt eſt tex.in l. hoc autem.§.1. ff. ex quibus cauſ. in poſ. & ponit Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus col.4.verſi. quæro vtrum. de dã. infe. vbi dixit, quod ſemel reprobabit vnum proceſſum, cum reperiſſet relationem nuntij factam poſt pronunciationem: vnde inquit bonum eſſe quod in pro-

latione

latione ſententiæ,apponantur illa verba, videlicet (viſa citatione pro hac die & hora ad audiendum ſententiam &c.) & latius ponit idem Bart. in l.multum. ff.de cond. & demon.& Bal.in l.conſentaneum.col. pen.in fi.C.quo. & quan. eadem opinionem tenuit Lap. & poſt eũ Anch. Car. & alij in clem. 2. vt lit.pend. in finalibus verb. quia vt dixi) iudici ſemper debet conſtare & liquere, id quod eſt cauſa ſuæ iuriſdictionis exercendæ, alias non valet quod agit vt dicunt doc.in locis ſupradictis.& tenuit Paris.in trac.ſynd.in §.iudices puras. colum.3. verſic. iudici ſemper.facit glo.in c.ſæpe.in verb.ac peremptoriè.in fin. de ap.quam ad hoc allegat Pau. de Caſt. ſing.28.ſententia non valet &c.& doctrinam hanc amplectuntur communiter doc.vt colligitur per ea quæ ponit Fel. in c.quoniam contra.colum.9.verſi. item nota ex iſta gl. vbi enumerat plurimos,qui præmiſſa ſequuntur:& declarat.Ioan. Mill.in verb.citatio licet. col.pen. poſt Bal.in l.prolatam. in fi.C.de ſent.& in l.falſus.colum.7.verſ.item dubitatur. C.de furt.& in terminis ponit Abb.in cõſ.84. Ieſu Chriſti.col.2.ver.corruit. lib.2. Anch.conſi.211. de iur.communi.in prin.Aym.conſi.134.ſcripſi.col.2. cum ſi.in quibus reperies opinionem hanc declaratam. & limitatam non procedere:ſi iudex partibus præſentibus, aut quando periculum foret in mora, vel probabiliter credẽs partem fuiſſe citatam proceſſiſſet, vt ibi per eos.& latiſſimè per Hip.de Mar.in l.patre vel marito.verſic.2.limitat Fel. nu.46.ff.de quæ.& Franc.in c.Cum parati.col.pen.verſ.2. quæro extra de app.

174 Et aduerte(ne decipiaris) licet Bar.dixerit bonum eſſe vt in ſententia dicatur, viſa citatione &c.per hoc non intelligas quod ſi aliter non conſtaret citationem proceſſiſſe, quam per huiuſmodi narratiuam, probatum eſſet citationem præceſſiſſe: quia hoc eſſet falſum ex quo narratiua huiuſmodi illam non probat. cum ſi ſolennitas extrinſeca, vt declarat idem Bar. & alij in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. & in l.prima. C.de rela. & l.ſecunda. ff.quand. appel.ſit. & vide ipſum in conſi.98. apparet

per

per totum. Canoniſtæ in c.quoniam contra de probat.Et quod per talia verba enunciatiua, quando ſententia fertur in abſentem, citationem præceſſiſſe non probatur eſt magis communis opinio doctorum: vt aſſerit Alexand. in conſil.42.viſo proceſſu.col.1. lib.1. ſi modo ſententia non foret antiqua:aut ſaltem vltra decenium. Nam tunc narratiuæ ipſius ſtaretur.cap.bonæ. el 1.de elect.& ponit idem Alex.conſi.123. viſo proceſſu. 2.col. ver.præterea. lib.2.& alias dixi.

148 Et quoniam(vt vidiſti)citationes quæ de longinquo fiunt,vniuerſis & ſingulis diriguntur, illiſque per iudicẽ etiam ſub certis pœnis iniungitur vt ad illarum executionem procedant:idcirco fruſtra diſputandum eſt, nunquid is,qui literas huiuſmodi executus fuerit, fuerit nuntius publicus. ex quo ſtatim quod ſibi litera citationis præſentatur,cenſetur ad id officium a iudice deputatus,& poteſtatem nanciſcitur: vt declarat Bar.ad reprimendum. in verb.per nuntium.

149 Et ex generali obſeruantia, citationes huiuſmodi per tabelliones, tanquam publicas perſonas, in partibus exequi & præſentari conſueuerunt: qui tabelliones poſtmodum ſub illorum manu,& ſigno publicis, etiam corã teſtibus executionem factam iudici citanti referunt: & actum executionis & præſentationis prædictarum in formam publici inſtrumenti redigunt,& iudici præfato trãſmittuntur, quibus in iudicio reproductis & legitimè recognitis, quoad executionem, plene creditur, illiuſque vigore ad vlteriora proceditur & euitantur difficultates, nunquid ſoli nuntio ſit credendum,cum alijs. de quibus per eundem Bart. ad reprimendum. in verbo per nuntium. & glo. & ſcribentes in c.cum parati.de ap.& Spe.in d.ti.de cita. §.ſequitur. verſic. ſed nunquid creditur ſoli nuncio. & Paris. in trac.ſind.in verb. credere. vbi in materia nuntij plures & varias difficultates reperies. & in-

150 ter alia communiter concludi conſueuit, nuntio iurato, in quaſi poſſeſſione officij publici citandi exiſtente in territorio, & ciuitate,in quibus deputatus eſt, quo

ad actum ipſius executionis. & officium ſuum principaliter concernentia credi,alias extra officium ſuum, vel locum deputatum, vbi non eſt habitus pro tali. ſibi probabiliter non credi.& vide Bald. poſt Guiliel. de Cu. in l.ſi qua.per calumniam.col.fi. C.de epiſc.& cler.& Alexand. conſil.206.viſo themate.col.1.& 2.lib.2 .& Dec.d.conſil. 460.col.fi.nu.26.lib.4.& Ang.inſti.de verb.oblig.§.1. Et propterea vtilis eſt practica in longinquis citare per tabelliones, vt ſupra diximus.

151 Erit etiam aduertendum, quoniam ſi in actu executionis copia ipſius citationis peteretur à parte, illa etiam in forma authentica dari debebit: alias citatio non arctaret,vt per tex.in clemen.cauſam,ib.,ſibi ſub ſcriptura authentica,vel per lecto illius tenore,& copia,modo conſimili,ſi petita fuerit,inde facta de elect.& ponit Spe.in ti. de cita.§.iam.verſ.hoc autem facto.& Ioan.Mill.in verb. citatio.in ver.fi.Et intellige copiam expenſis petentis conſignari, ſcilicet poſtquam executor adimplendo officium ſuum,tenorem citationis legerit, quia ex quo tūc officio ſuo legendo & intimando ſatisfeciſſe videtur,non eſt vlterius ad reliqua obligatus: idcirco ſi pars pro conſulendis aduoc. ſuis, ſeu alia eius commoditate vltra lect. dimitti ſibi copiam petierit: executor non tenebitur(vt arbitror)gratis dare;quia aliter legitimè minus ſuum adimpleuerat.

Si verò executor voluerit(ſe exonerando à lectura)citationem ipſam prout ſcripta reperitur, parti porrigere: hoc vere & naturaliter fieri non poterit ſine tranſlato: cum porrectio re ipſa,lectio autē fiat verbis: vnde ſi per iſtum modum nuncius ſeu tabellio citare voluerit:neceſſe erit quod ſua impenſa, vel ipſius intimantis copia & tranſlatum ipſi citato conſignet; & hoc caſu procedet oppoſitio glo. in ver.porrecto. in d.clem. cauſam quæ ſimpliciter dixit,quod porrectio fieri debet expenſis intimantis: & hanc diſtinctionem ſenſit ibi Imo. licet poſtea teneat gl.& opi.gl. videtur etiam tenuiſſe Pau. ſuper verb. cum ſi.& Io.de lig.Anch.& Imo. ſuper d.cle.cauſam contra

9 Subſtantiale dicitur id ſine quo aliquid eſſe non poteſt.
10 Sententia ſine proceſſu ſubſtantiali conſiſtere non poteſt.
11 Sententia appellatur natura neceſſaria & ineuitabilis: & eſt id quo primum res aliquis eſt.
12 Ordo ſubſtantialis iudicij a iudice neque a partibus tolli põt.
13 Sententia ratione defectus proceſſus triplici modo per viam nullitatis impugnari conſueuit.
14 Proceſſus quando non apparet. ſententia dicitur nulla.
15 Ordo iudiciorũ duplex eſt: vnus de ſubſtantia, alter de iuſtitia.
16 Ordinis ſubſtantialis quæ ſint, ſecundum varias antiquorum opiniones.
17 Ordinis iudicialis de iuſtitia quæ ſint.
18 Libelli oblatio eſt de ſubſtantia iudicij.
19 Reſcriptum principis in cauſis non ſummarijs non deſeruit loco libelli.
20 Reſcriptum principis in cauſa ſummaria fungitur vice libelli.
21 Libelli ſolennitas poteſt remitti & quoad ſubſtantiam iudicij ſufficit aliqua petitio in actis facta, ſecundum communem opinionem.
22 Libelli ineptitudo vitiat ſententiam: & quandocunque de iſto defectu quæri poteſt.
24 Libelli ineptitudo in cauſis neceſſario libellum non requirentibus nõ vitiat dũmodo ex eo poſſit deprehendi intẽtio actoris.
25 Actoris nomẽ ſi in libello inepte exprimeretĩ, hodie nõ vitiat.
26 Libellus generalis & obſcurus parte non opponente procedit in ciuili ſecus in criminali.
27 Citatio quando pars in iudicio non eſt præſens eſt de ſubſtantia iudicij.
28 Litiſconteſtatio eſt de ſubſtantia ordinis iudicialis etiam in iudicio poſſeſſorio, & remitti non poteſt.
29 Iuramentum calumniæ parte quandocunque petente cenſentur ſubſtantiale & præſtari debet etiam in ſummarijs.
30 Cauſæ cognitio eſt de ordine ſubſtantiali iudiciorum & à iure diuino deſcendit.
31 Sententia non præcedente cauſæ cognitione lata eſt ipſo iure nulla, & nu.36.
32 Cauſæ cognitio debet actum præcedere, non ſequi: quia talis

præpoſteratio vitiat.

33 Præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ, & ab ea iudices abſtinere debent.

34 Sententia in dubio cauſa cognita lata præſumitur, præterquam ſi intra modicum tempus ferretur; quia tunc præſumitur præcipitata & eſt nulla.

35 Iudices præcipitoſi reprehenduntur à Baldo.

37 Probationes vere non ſunt de ſubſtantia iudicij: ſed ordine iuſtitia.

38 Iudex cui nihil conſtat. nihil decernere poteſt: quia nec Papa poſſet ad debitum non probatum condemnare.

39 Sententia ex vera & iuſta cauſa præſumitur lata.

40 Publicatio proceſſus & teſtium vere non eſt ſubſtantialis, ſed ordinis iuſtitiæ: & propterea à denegatione publicationis appellandum eſt.

41 Sententia quando diſplicet, ab ea eſt appellandum, alias per taciturnitatem partium cenſetur approbata.

42 Dilationes ſiue petitæ fuerint, ſiue non, non ſunt de ſubſtantia ſed de iuſtitia.

43 Iudex non tenetur dare dilationes parti, non petenti, etiam quod vigeret ſtatutum de dilationibus dandis.

44 Probationes fieri poſſent abſque termino & dilatione.

45 Concluſio in cauſa prophana in foro eccleſiaſtico eſt de ſubſtantia iudicij, ſecus in foro ſeculari vel in cauſa ſummaria.

46 Cautionis præſtatio de lite proſequenda & alias iuxta formã authenticæ generaliter. C. de epiſcopis, & clericis, non cenſetur ſubſtantialis.

47 Præparatoria dicuntur omnia quæ fiunt ante litem conteſtatam, & circa ea libello exceptio nihil vitiat.

48 Ordo nõ attẽditur, niſi vbi à lege præfixus vt vitiet reperitur.

49 Ordo vnius cauſæ ad aliam ſi præuertitur non vitiat: ſecus ſi eiuſdem cauſę ad ſeipſam: & propterea ſi prius cognoſceretur petitorium quam poſſeſſorium proceſſus valeret.

50 Quæſtio criminalis ante ciuilẽ & petitionis hæreditatis ante iudiciũ diuiſoriũ: & principalis priuſquã fideiuſſor, vel fideiuſſores prius quam tertij poſſeſſores conueniri debent: tamen ſi ordo præuertitur, non vitiat, cũ ſit ordinis de iuſtitia.

Indi-

51 *Iudicium dicitur plenarium, vbicunque ſententia gerat plenum præiudicium. & tunc ordo iudicialis ſeruandus eſt.*

52 *Iudicium ſummarium ſiue executiuum paruam ſolennitatem requirit.*

53 *Iudicium quantumcunque ſummarium requirit cauſæ cognitionem partis citationem & iudicis declarationem.*

54 *Ordo procedendi datus à principe vel ſtatuto cenſetur ſubſtantialis.*

55 *Solennitas etiam leuis à ſtatuto inducta ſi omittatur vitiat.*

56 *Locus iudicij ordinarijs locis contractus, in deciſorijs coram quocunque iudice attendi debet.*

57 *Ordo iudicialis & termini ſubſtantiales qui ſeruari conſueuerunt in Rom cu. in ſacro Rotæ auditorio tam in cauſis beneficialibus quàm profanis.*

58 *Cauſa effecta ſummaria, in quacunque inſtantia ſummaria reputatur.*

59 *Termini ſubſtantiales vere qui ſunt quorum omiſſio vel preuerſio vitiat proceſſum in Rota.*

60 *Termini qui ſeruari ſolent per audientiam contradictarum contra citatum à principio ad totam cauſam, potius ex vrbanitate quam iuris neceſſitate ſeruantur.*

61 *Termini qui ſeruantur in Rota in cauſis deſertionis appellationum quales ſint.*

62 *Termini qui ſolent ſeruari in Rota quando reus petit ſe abſolui ab inſtantia iudicij.*

63 *Termini ĩ cauſis nullitatũ et attẽtatorũ an et q̃ ſeruari dẽant.*

64 *Termini ſeruati ſuper iniuſtitia puta in cauſa appellationis deſeruiunt in cauſa nullitatis & ſeruati in cauſa poſſeſſorij deſeruiunt in petitorio.*

65 *Termini ſeu qualis ordo iudicij ſit ſeruandus in cauſa diffamationis, & iactationum.*

66 *Termini etiam quod fuerint ſeruati extra Rotam in prima inſtantia iterum ſeruantur & à capite inchoatur inſtantia, quando eadem cauſa committitur in Rota.*

67 *Terminari ſeruari ſoliti in curia nõ ſeruantur extra illam in cauſis vigore reſcripti commiſſis.*

68 *Termini & ordo iudiciarius qualis eſſe debeat in cauſis in curia*

re debet: quod tamen non ſeruatur.

87 *Sententia quod fuerit lecta per narratiuam eiuſdem ſententiæ, & aliás de facili probabitur.*

88 *Clauſula illa quæ apponi cõſueuit in ſententijs, videlicet lata, data &c. non eſt de ſubſtantia, nec vitiat ſi omitteretur.*

89 *Sententia dicitur controuerſiæ propoſitæ à iudice legitimè facta declaratio ſeu diffinitio.*

90 *Sententia non continens per ſe, vel æquipollens abſolutionem, vel condemnationem, aut declarationem controuerſiæ propoſitæ, eſt ipſo iure nulla.*

91 *Sententia non poteſt ferri per verbum gerundium, vt dicimus talem abſoluendum: ex quo illud verbum habet tractum de futuro, quod non eſt in poteſtate iudicis: declarat prout hic.*

92 *Sententia poteſt ferri per verbũ credo, vel nõ video ſeu videtur mihi, ſiue per verbum ſtatuimus, præcipimus, & ſimilia.*

93 *Sententia ſatis eſt quod declaret factum quando lex ſuper tali facto certam pœnam impoſuit ſeu aliás diſpoſuit.*

94 *Executio fieri non poteſt contra aliquem quantumuis criminoſum, priuſquam ſuper crimine declaratum fuerit.*

95 *Sententia aliquem indeterminatè relegans: intelligitur per decennium relegare.*

96 *Interlocutoriæ quæ quotidie fiunt per verbum ſi & inquantum &c. de iure ſuſtineri poſſunt.*

97 *Sententia non conformis petitioni & controuerſiæ fatua & inualida reputatur per rationem de qua hic.*

98 *Sententia in cauſa ciuili abſque eo quod aliqua ex partibus inſtet per iudicem regulariter fieri non poteſt.*

99 *Sententia ſuper conuentione omiſſa reconuentione lata ipſo iure tenet ſi non appelletur.*

100 *Sententia quando iudicium ſeu res eſt diuiſibilis, poteſt ferri ſuper parte: ſi eſt indiuiſibilis debet ferri ſuper toto, aliás nõ valeret: quod fallit prout hic.*

101 *Snĩa dubia vel oſcura controuerſiã nõ diffinit ideò non valet.*

102 *Sententia debet eſſe certa & liquida etiam quod res deducta eſſet generalis & obſcura: quia aliás exequi non poſſet.*

103 *Sententia pro eius certitudine poteſt ſe ad acta referre, non tamen ad alia quæ ſunt extra proceſſum.*

104 *Iudex poteſt pronunciare prout in conſilio in actis exhibito: ſecus ſi non foret exhibitum.*

105 *Sententia ad acta probatoria non aſſertoria, ſiue nunciatiua in dubio relata cenſetur: ideo ſatis eſt quòd in illis certa quãtitas reperiatur.*

106 *Sententia quibus caſibus generaliter ferri poſſit, id eſt, abſque certa quantitate.*

107 *Sententia conditionalis an & quando valeat.*

108 *Conditiones de præſenti vel de præterito actũ non ſuſpendũt.*

109 *Sententia ſi occultaretur, qualiter à iudice appellationis pronunciare poſſet.*

110 *Conditio de præſenti vel præterito etiam impertinens non vitiat ſententiam.*

111 *Conditio de futuro ad negotium pertinens prout ſi iura veris te abſoluo &c. non vitiat ſententiam.*

112 *Sententia lata ſub iſta conditione, condemno te in eo quod probatum fuerit, an valeat. articulus eſt dubius.*

113 *Conditio de futuro impertinens, puta ſi nauis ex Aſia venerit, non reddit ſententiam nullam.*

114 *Conditio falſa vitiat ſententiam ad eam relatam.*

115 *Conditio vitiat decretum tutelæ, curæ, aut ſimilium ſecum executionẽ trahentiũ, alias vero interlocutorias non vitiat.*

116 *Sententia ſub modo proferri poteſt.*

117 *Modus non ſuſpendit, ſed ex eo naſcitur actio, in ſua tamen forma ſpecificè ſeruari debet.*

118 *Sñia expreſſe contra leges claras in corpore iuris cauſas manifeſte lata ipſo iure non tenet, & qualiter hoc procedat.*

119 *Lex obſcura & habens varios intellectus ad decidendum, allegari non poteſt.*

120 *Sententia contra cõmunem opinionem doctorum lata, non eſt nulla, quis iudex taliter ſententiãdo in ſyndicatu teneretur.*

121 *Sententia contra deciſiones dominorum de Rota lata quamuis magiſtrales ſint ipſo iure tenet.*

122 *Sententia vt vitietur per errorem iuris expreſſe requiritur vt talis error ſit patens oculo corporali, & fuerit lata potius contra ius partis quam ius conſtitutionis.*

123 *Sñia vitiatur quãdo conſtat iudicẽ totaliter fundaſſe ſententiam*

tiam ſuper aliquo erroneo et legi aduerſatiuo: ſecus ſi in eo ſe non fundaſſet, apponendo dictionem maximè vel præſertim.

124 Sententia lata contra legem nouam extrauagantem: ſeu ſtatuta a parte non producta, nec allegata quando iudex ea probabiliter ignorare poteſt, non eſt nulla.

125 Sententia lata contra aliam rem iudicatam de qua fuit oppoſitum eſt ipſo iure nulla.

126 Sententia contra notorium iuris aut facti lata non valet ex quo notorium æquipollet expreſſioni.

127 Sententia notorie iniqua & iniuſta eſt nullæ.

128 Sententia lata ex cauſa notoriè falſa, eſt nulla.

129 Sententia expreſſe per modum cauſæ referens ſe ad actũ nullum ſeu falſum, erroneum, vel a iure reprobatum. eſt nulla.

130 Sententiam error non vitiat, quando reperitur in actis ad quæ ſententia nec expreſſe nec tacitè ſe refert.

131 Sententia prima ad libellũ & ſecunda ad primam referendæ ſunt, ideò error relati cenſetur ineſſe ipſi referenti, & vitiat.

132 Sententiæ lata per falſas probationes ac teſtes corruptos & ſubornatos mero iure tenet: fallit prout hic.

133 Iudex in dubio præſumitur ſecus probationes quæ in actis reperiuntur: & quod potius fundauerit ſe ſuper veris quam ſuper falſis.

134 Sententiã quæ prætenditur per falſas probationes lata priuſquam per viam falſi impugnetur, reſtitutio in integrum ad reſcindendum impetrari oportet.

135 Sententia lata per ſordes, ideſt prece, timore, vel odio, ſiue per gratiam, aut dolum iudicis, ſeu ambitionem mero iure tenet, quamuis iudex puniendus ſit.

136 Sententia lata per iudicem pecunia corruptum tãquam venalis, eſt ipſo iure nulla, etiam ſi pecunia fuiſſet data vt iuſtam ſententiam ferret.

137 Iudici iuſtum iudicium vendere non licet, quamuis aduocatus vendere iuſtum patrocinium, & iureconſultus, rectum conſilium poſſint.

138 Teſtis qui precium recipit vt veritatem diceret, falſarius eſt.

139 Sententia lata per falſum iuramentum an valeat, remiſſiuè.

140 Sententia per colluſionem & corruptionẽ procuratoris extorta

3 ſam quæ de reſcr.quia ad ordinem iudicij ſeruandum adſtringitur delegatus, quemadmodum ordinarius, inquit Bal.in l.proſcr.col.9. ver. quædam ſunt exceptiones. C. ſi contra ius vel vtilita.publ. quem refert, & ſequitur Dec. conſ.483.pro reſolutione litis.in prin.lib.4.

4 Quinimo nec ipſe Papa (quoad forum laicorum) ordine iudiciorum tollere poteſt. inquit gl. in cle. diſpendioſam.in verb.vſur.de iud.quem ſeq.Abb.in c.cum clericis. colum.1.verſicu.nunc venio ad gloſſam.de for.compet.& Bald.in l.eos in fin.C.de vſur. & Anch.conſil.30.dubitari ſolet col.1.num.4. iudicem. itaque iuris ordinem ſeruare oportet, alioquin iniuſtè facere dicitur ſecundum Io. And. & Gemi. in c. dilect.de ſent.excom.in 6. & Ang.in l.1.ff. ne quis eum. prout eos refert, & ſeq. Hippoly. de Marſ.in l.1.in prin.verſi.quomodo autem iudex. numero 30.ff.de q.

5 Et præmiſſa procedunt regulariter, & in quocunque iudicio ſiue poſſeſſorio: quia etiam in poſſeſſorijs ſeruandus eſt iuris ordo: vt voluit Bart.in l.naturaliter.§. nihil. commune.ff. de acq.poſſ. prout refert, & ſequitur Abb. in c.conſultationibus.col.2: ver.ideo extra gl. & ibi con-
6 gerit Fel.colum.fi.de off.dele.& ibidem Abb.in capit.Bonæ memoriæ.num.17. de appel. & hoc inter quaſcunque perſonas, etiam ſi ageretur inter matrem & filium: quia etiam tunc in procedendo ſeruabitur iuris ordo inquit Bald.in l.congruentius.C. de patri. poteſta.ac etiam ſi eſſemus in notarijs: quia & illa habent ſuum ordinem, qui ſeruandus eſt, vt in c. qualiter & quando vbi Fel.in prin. multa cumulauit extra,de accuſa.& Anch.in c.1.de offic. dele.& in conſil.167.viſis.col.2. in fi.

6 Et nullitas hæc,ex defectu proceſſus ſubſtantialis adeò eſt reuelans: vt ſententia hac ratione nulla per iudicem appellationis reformari non poſſit, ſed duntaxat pronunciari nulla: vt voluit Abb. poſt alios in 3.& 4.not.in cap. cum dilect. per illum tex. de empt.& vend. quem tex.ad hoc commendat Bald.in l.2.14.q. C. de reſcind. vend.vt tradit Alexan.conſi.79.proſpectis verbis.verſi. eſt verum

lib.

lib.2.& Dec.d conſi.484.2.col.verſ.nec prædict.

8 Quamuis iudex appellationis regulariter ſententiam ex quocunque etiam iuriſdictionis, & citationis defectu nullam reformat conſueuerit, ſecundum communem ſcribentium ſententiam: vt atteſtatur idem Alex.in conſi.67. viſo themate lib.6. & conſi. 11. viſo lib.5. & d.conſi.79. in prin.lib.2.

9 Quando igitur proceſſus & ordo eſt ſubſtantialis a partibus aliquo modo omitti, vel remitti non poteſt: qui illud dicitur ſubſtantiale alicuius rei, ſine quo res illa eſſe non poteſt prout dicimus de pretio reſpectu emptionis. l.pretia.ff.de cõtra.emp.iuncto §.pretium.inſt.de empt.& vend. eodem modo ſentent ſiue proceſſu ſuo ſubſtantiali

10 conſiſtere non poterit: vt formaliter arguit Bar.in d.l.prolatam.col.2.verſi.dico quod illud & Bald.ibi. col.1.verſi.

11 item præmitto. dicit quod ſubſtantia dicitur natura neceſſaria & ineuitabilis: & eſt id, quo primum res aliquid eſt vt declarat idem Bald.in l.etiam.in prin. verſi. & quia quotidie.C.de execu.rei iudi.

12 Idcirco etiam quod iudex pronũciaret abſque proceſſu, vel non ſeruato iuris ordine procedendum fore talis pronunciatio in nullo prodeſſet: cum ordo & ſolemnitas huiuſmodi in fauorem publicum fuerit introducta, ſecundum Card.in Clem.ſepe.q.12.de verb.ſig. & factum prętoris iuri publico derogare non poſſit.l.1. §.1. ff.de ferijs.l.formam.C.de offi. præfe.præt.eum alijs, de quibus per Alex.conſi.36. in fin. lib.2.nec inferior contra legem ſuperioris diſpenſare poteſt Rom.conſi.332.in caſu propoſito.colum.1.verſi.& hoc eſt Aym. conſi. 179. in cauſa appe. col.1. & facit bonus tex. in l.teſtanti ibi nam iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare, non eſt cuiquam permiſſum &c. C.de teſti. & tenet Bal.in l.1. col.13.verſi.ego non credo.C.qui accu. non poſſ. & Ant. de Bu.in c.exhibita. quem in terminis noſtris refert & ſequitur Alex.conſi.82.viſo proceſſu. in prin.lib.3.& conſi. 182.num.5.lib.6 prout nec prodeſſet, ſi huic ſolennitati partes renunciarent, per text. in l. ius publicum. ff.de

pact.

prct.& ponit Caſſad.dec.9.num.8.de appel. & Rot.dec. 85.in cauſa.in no.& Doctores in l.nemo poteſt. vbi Iaſ. co.3.in 2.elect.de leg.1.& idem Iaſ.in l.ſi conuenire col. 1.de re iud.dum ponit,quod ſententia abſque ſubſtātialibus,vel cum expreſſo errore iuris etiam de conſenſu partium lata eſt ipſo iure nulla.& firmat Gui.Pap.q.216.iudex & cap c dec.46.in fi. Anch.conſi 67.querela,col.fi.nu. 6.Aym.conſ.182.videtur.col.4.in prin.

13 Et quoad illam nullitatem plerunque circa tria principaliter diſputari conſueuit:videlicet primo quod ſententia eſt ipſo iure nulla ex quo nullus apparet proceſſus & cauſæ cognitio præcedens. Secundo & ſi apparet quod debitus iuris ordo ſeruatus non fuit, ſed ratione eiuſdem cauſæ ad ſemetipſam, vel alias idem ordo præuerſus & præpoſteratus eſt. Tertio ꝙ & ſi is ordo qui fuit adhibitus fuerit debitus, nihilominus quod aliquid ex ipſius ordinis & proceſſus ſubſtantialibus fuerit omiſſum opponi ſolet.

14 Et quoad primum ſatis expeditum eſt, quod ſi de proceſſu non conſtat: ſententia abſque eo lata eſt ipſo iure nulla, maxime ſi ab ea appellatum fuerit: vt probatur in c.quoniam contra.vbi ponit glo.Inn.& alij circa fi.de probatio.& in c.cum in iure.de offic.deleg.per Ægid.conclu. 89.ſententia.& Alexan.in conſi.222.& lib.2.Caſſad.dec. 1.in fi.de præſumpt.vbi poſt Alexand.in d. conſilio atteſtatur ita communiter teneri: & ponit Saruen. ſuper regulas de triennal.q.33.& diximus ſupra in alia quæſtione dum ponitur qualiter & a quo poſſit,& debeat nullitas probari, vbi de hoc videre poteris.

15 Circa reliqua duo ſciendum eſt duplicem quoad iudicia ordinem reperiri.Vnum qui ſi omittitur,vel præuertatur vitiat: quia dicitur ordo de ſubſtantia. Alium qui ſi omittetur,aut præuerſus fieret, circa remedium appellationis ipſo facto non vitiaret: quoniam dicitur ordo de iuſticia vt voluit gl.in ſumma.4.q.1.& Pan.in c. exhibita. col.pe.verſi.ſed ad ſuſtinendum de iud.

16 Quæ autem ſint ordinis ſubſtantiales,& quæ de ordine

ne iuſtitiæ antiqui noſtri inter ſe aliqualiter variatur. Nam gl. in d. l. prolatam. C. de ſen. de ordine ſubſtantiali eſſe voluit, vt offeratur libellus, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, depoſitiones teſtium conſcribantur: & publicentur, ſententia ſcribantur, & a iudice proferatur: & ſi ordo ipſe omittitur, ſententia (ſecundum ipſam) non valeret. Io. And poſt Ægid. & Bona guid. in add. Spec. in tit. de ſent. §. iuxta. in 1. add. non recedendo ab opinione gloſſæ, dixit ſeptem tramites ordinis iudiciarij ſubſtantiales eſſe, libelli, oblationem, litiſconteſtationem, iuramentum calumniæ ſeu veritatis, ſcripturam atteſtationem, & earundem publicationem & ſententiæ ex ſcripto a Iudice ſedente recitationem: ex his aſſerens potiſſimè colligi nullitatem ſententiæ Spec. in proœ. ſecundæ partis verſi. & nota ꝙ non omnia inquit, ꝙ ſubſtantialia iudicij ſunt Citatio, libelli ablatio, litiſconteſtatio, iuramentum calumniæ ſeu veritatis, & ſententia: & ſi quid ex his omittitur vel præpoſteretur, ipſo facto ſententia non tenet: & ꝙ cætera non ſunt ſubſtantia. Azo. in ſumma, ſub. tit. de iud. in prin. (prout etiam refert idem Spec. de off. om. iud. col. 1. ver. 2. videndum) inquit, quod ſeptē requiruntur ad validitatem ſententiæ: videlicet libelli oblatio, cautionis expoſitio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ cauſæ congruis interrogationibus examinatio ſententiæ in ſcriptis prolatio, & executio, cuius opinionem formaliter ſequutus eſt Bal. in rub. de vindi. liber. colum. 2. verſi. Amplius quoque. Hoſt. in ſumma, in tit. de ſent. §. qualiter. col. 4. verſi. id eſt ordo, dicit ꝙ ordo ſubſtantialis iudicij eſt, vt pars citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, de calumnia iuretur, & ꝙ ſententia abſolutoria vel condemnatoria certa congruo loco, & tēpore a competenti iudice ſedendo in ſcriptis gratis & rite, id eſt non expreſſum contra iura pronuncietur: & ſi contra hunc ordinem fieret, ſententia eſſet nulla.

17 Ordo iudicialis de iuſtitia non ſubſtantialis ſecundum ipſum Hoſt. conſiſtit in his, quæ inter iuramentum de calumnia & ſententiam aguntur; prout ſunt poſitiones

nes & reſponſiones teſtium,& inſtrumentorũ productiones & publicationes,interlocutiones,renunciationes,concluſiones,& allegationes:quem ordinem ſi iudex non ſeruauerit, ſententia ipſo iure tenet, quaſi contra ius litigatorum potius quam ius commune publicum lata.

Et ſic(vt vides) iſti antiqui patres in omnibus non concordant: ſed quoad ſubſtantialia vnus plus altero requirit,& ordinem iudicij ac ſolennitate & formam ipſius ſententię reſpicientia permiſcent.de quibus ſingulariter pro aliquali iuuenum cognitione aliquid neceſſario ponendum eſt.

18 Libelli itaque oblatio ex ſupradictorum omnium communi ſententia,eſt de ſubſtantia iudicij: cum principium & fundamentum cauſæ & ipſius iudicij exiſtat: non ſolum ratione partium,verum etiam reſpectu iudicis offerri cõſueuit: videlicet vt ipſe iudex ex eo modum & actionem intentatam, & nunquid ſi apta vel non, & ſibi concludat cognoſcere poſſit, ac ſecundum illius formam ſententiam ſuã dictet iuxta text. in c. licet Hely.extra de ſimo. & clemen. ſæpe. de verb. ſign.l. vt fundus.ff. com. diuid.cum ſimil. quæ notabiliter ponit Ancha. conſ.385. in lite poſt prin. ideo ſolennitas libelli eſt ſubſtantialis, & committi non poteſt: vt voluit gl. magiſtralis in fin. in c.1. de libell. oblat. vbi hoc idem tenent Inn. Hoſt.Ioan. And.Cal.Ioan.de Imol.qui dicit iſtam veriorem,& Maria. ibi, in 4. colum. concludens regulariter libellum neceſſarium fore: ſiue inter perſonas eccleſiaſticas ſiue ſeculares agatur. & de quibuſcunque rebus etiam merè prophanis, & coram quibuſcunque iudicibus, etiam ſi eſſet arbiter: vt voluit gl. in l. pen ver. coniunctim.C.de arbit.& glo.3. in auth. offeratur. de litiſconteſtat. quamuis ſecus coram arbitratore.c. quintauallis. de iureiur.& quod libellis ſit de ſubſtantia, tenuit Cyn. Iac. de Areti. Bart.& Bald.in d.auth. offeratur.& Paul. Lau.& Steph. in d.clem.ſæpe Barto.Ange. Paul.de Caſt. & Iaſ.ib, ſecunda col.in l.1. in princi.ff.de eden. & Bald. in authen. contra rogatus. in fin. C. ad Senatuſconſul. Treb. & in

authen.

authen. generaliter.col.pen. verſicu. quintò quæro.C.de Epiſcopis & cler. vbi dicit quòd illius omiſſio vitiat, & remitti non poteſt: prout etiam gloſ. & doctores in cap. ex cauſis de offi.deleg & ponit Ancha. conſil 33.per ſtatutum. Et ideò libellus quoad ordinem proceſſus eſt ne-
19 ceſſarius: vt reſcriptum a principe impetratum pro libello haberi non poſſit, quamuis ad effectum actionis perpetuandæ ſufficiat, & illius vice fungatur: & propterea ſi ſuper reſcripto (alio libello ſeu petitione non præcedente) ſententia ferretur, eſſet nulla, ſecundum Bald. in l. 1. C. quand. libel. princ. dat in primo nota. & in l. 1. ver. tertiò nota.C.de precib.Imper.offer. quoniam reſcriptum non dirigitur, neque concludit ipſi parti, ſed iudici duntaxat: vt etiam voluit Bal.in l. ne quicquam.§. vbi decretum.ff.de off.proconſ. & leg. maximè in cauſis non ſummarijs.ſecundum Imol.in c.dudum el 2.de elec. poſt Bald.in l ſi quis filio præterito.§.hi autem.ff.de iniuſto rupt.teſta.quos ſecus eſt Fran. de Cur. conſil.50. col.14. ver.reſtat.& latius per Soci.in d.c.2.verſ.ſeptima regula. art.12.de libel.obla.

20 Quamuis ſi eſſemus in ſummarijs,& reſcriptum a parte loco petitionis produceretur,& peteretur fieri, prout in eo quo ad ordinem proceſſus vice libelli fungeretur: vt voluit Spec. in tit. de libel. concep.§. nunc dicendum ver.6.& in tit.de proba.§.1.in fin.& Abb.poſt Anto.in c. præterea.col.2.ver.ſed pro declaratione extra de dilatio. cum alijs ad propoſitum adductis, per Alexan. qui hoc tenuit in conſil. 201. in cauſa in princ. lib.2. & Decius in conſ.483 pro reſolutione col.2.ver. ne prædictis.lib.4. & in Ro.cu.in frequenti vſu eſt.

21 Contrariam tamen opinionem videlicet quod libellus de ſubſtantia iudicij non ſit, ſed ſaltim tacitè ad inſtar iuramenti calumniæ omitti poſſit, & ſufficiat talis qualis petitio in actis redacta: vt pars ſuper illa an velit credere, vel contendere: vt Iudex ſententiam ſuam formare poſſit, cum per iſta iuris ſatisfactum ſit: tenuit Fran. Zabarella, in dicta cle. ſæpe. vbi gloſ. in verbo neceſſa-
rius.

rius.ac tenuerunt Petr.de bella Perti. in dicta auth. offeratur. & Ant.in d. c 1. vbi Io.de Imo. dicit hanc æquiorem,& in practica ſeruandam. & Alex. de Imol. in dicta l.1. in princ. col. 3. de eden. dicit hanc magis communiter teneri & ſeruati in practica,maximè in cauſis ſummarijs, & alijs vbi ſententia neceſſariò non eſt in ſcriptis ferenda, iuxta authen.breuiores.C. de ſen. ex breuicu.recitan.& alijs caſibus enumeratis per Spec.in titu.de libelli concepto §.nunc dicendum.& Maria.in c.1.colum.6.de libell.obla. tu verò inter huiuſmodi altercationes doctorum vſui & ſtylo curiæ in qua fueris adhærebis Ancha. conſ.133.ſatis col.2.in fin. & conſi.383.primò,col.fi.vbi dixit quòd ſicut ineptitudo libelli. vitiat. proceſſum in cauſis ordinarijs, ita vitiat.& reddit iudicium nullum in cauſis ſummarijs. Illa talis qualis petitio quæ debet aptè concipi & in iure fundari vt ibi per eum.

Vbi autem libellus requiritur, actor multum debet animaduertere, quoniam ſi ille ex ſui facie appareret inceptus, etiam quòd parte non opponente ſuper illo fuiſ-
22 ſet lata ſententia: nihilominus huiuſmodi ſententia eſſet ipſo iure nulla, & actor in expenſis condẽnari deberet reſeruato ſibi iure agendi ex cauſa apta, ſi qua foret per tex. cum ibi no. in c. examinata. de iudi. & glo. inſti. de obliga. in verb. iſtud in fin. quam dicit ſingularem Bald. in l.actori.in fi.C.de reb.cred. & in l. ex hoc iure.ff.de inſtit. & iur. pro qua videtur tex.in l.fin.in verb.nihil agit. ff.de lib.& poſthu.eandem gl. ſequitur Alex.in conſ.147. viſis verſi.non obſtat quod ſi iudex.& conſil.152.in cauſa & lite.col.2.ver. ex his breuiter. & conſil.187.viſo.col. 2.in prin.lib.6.& conſil.137.in cauſa & lite.2.col.ver. & ſi ſententia.lib.2.& Dec.conſil.62.col pen.in fin.lib.1.

Et de iſto defectu quandocunque quæri poterit ſecundum Iac.Butrig.& Bal.in l.licet colum.antepe.C.de procurat.& Bald. in authen.ſi quis litigan.C. de Epiſcop. & cle. cum alijs de quibus per Iaſ.inſti. de actio.§. omnium. colum. 9. etiam quod a parte (vt dictum fuit) non eſſet oppoſitum ſecundum Barto.in l.edicta.colum.3. in fin.& Bart.

Bart.ibi in repe. Pad.colum.15. & Alex.col.5. & Iaſ.col. 6.C.de eden. Anto. de But.in c. dilecti. de iud.dummodo ineptitudo expreſſe reſultet ex libello: ſecus autem ſi tacite, vel per ſubauditos intellectus ac ſubtilis iuris rationes deprehenderetur, ſecundum Bald. in l. certa ratione verſic.prӕterea.C. quando prouoc.& l.2. circa fin. C.de re iud. Maria.in c.fin.ar.32. de libel.obla. & ſententia ex defectu ineptitudinis libelli nulla, per inuicem appellationis reformari non poteſt, ſed omnino decla-
23 randa eſt nulla, & actor in expenſis condemnandus: vt ponit Alex.in conſ.79.proſpectis.colum.1.ver.eſt verum. lib.2.Et Fel. in c.in literis.col.pen.ver. tertia declaratio: de off.deleg.plura cumulat Aym.conſi.clj.neminem col. 1.& conſi.191.in cauſa col.1.vbi tenet quod ſententia ſit nulla quãdo actor ſine actione experitur dommodo reus de hoc excipiat, vt diximus ſupra.

Quando autem libellus dicatur ineptus: & quomodo ineptitudo cognoſcatur, ponit idem Maria. in d. c. 2.artic.24.de libel.oblatio. quem occurrente caſu videre poteris. & Paris de puteo in tract. de ſynd. in §.an dictum capit.col.2.ver. & aduerten. & col.ſeq. ver. quando in hoc &c. ponit notanter Ro. deci. 35. ſi quis in cauſa prophana in vlti. addi. in no. quӕ dixit quod duplex eſt ineptitudo libelli: vna viſibilis, at peto rem ſacram: alia inuiſibilis: vt peto rem vti meam, quӕ poſtmodum apparet ſacra: & quod talis ineptitudo cognoſcitur ex duobus, ſcilicet ex materia & forma: materia conſtat ex cauſa & rei: Cauſa ex facto & iure ſimul,puta obligatione, vel ex iure tantum, puta domino. Si igitur talia habent in ſe conſonantiam,libellus eſt aptus.Si vero habet in ſe diſſonantiam, ineptus eſt.

Nota etiam quod euidens calumnia habetur lo[illegible] libelli inepti:vt voluit Inn.c.1.de off.vicar. quem refert & ſequitur idem Paris in d.tract. in verb. Iudex. col 3.ver. iudex in iuriſdictione &c.

24 Si vero eſſemus in caſibus libellum neceſſario non requirentibus, etiam quod eſſet ineptus: ſi modo intentio

tio arctoris ex eo deprahendi poſſet, ſententia ſuper eo lata valeret: vt voluit Bar. ad reprimendum. in verb. figura. & gloſ. in l. vinum. in glo. magiſtrali circa fi. vbi Bald. Ang. & Mod. ff. ſi cer. pet. & glo. in verb. ſacris. §. multis. inſt. de liber. quam in propoſito dicit ſingularem Bald. in l. conſentaneum. in 4. colum. C. quomodo & quand. Iud. tenet Inn. in c. examinata. de iud. dum voluit quod ſi hodie exprimeretur, nomen actionis inepta: ex hoc proceſ-
25 ſus non foret nullus qui talis expreſſio non erat neceſſaria. quod dictum magni facit Bald. in l. Gallus. §. 1. ff. de li. & poſth. & Iaſ. in d. §. omnium. col. pen. de actio.

Aliquando etiam in cauſis libellum requirētibus ineptitudo non vitiat: vt declarat Bal. in l. fi. in fin. C. de fideicommiſ. & Soc. in conſ. 146. viſo circa medium. col. 6. vol. 1. & in fallentijs ſuper regula. 356. Inſuper hæc nullitas & libelli ineptitudo tollitur & purgatur per illam clauſulā, quæ in fi. libellorū cōiter apponi conſueuit: videlicet petens ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari, iudicis officium benigne deſuper implorādo ſm Inno. & Io. And. in c. 2. de ordin. cognitio. & Bal. in l. 1. de excep. rei iud. Imol. in l. ſi cum nulla. ff. de re iud. prout refert & ſequitur Paris in lib. de ſynd. in §. an dictū c. 1. col. 4. verſ. tamē aduertendū &c. & plura notabilia ponit Cap. in dec Neap. dec. 10. col. fin. & dec. 86. nu. 16. & de illa clauſula omni meliori modo vide Anch. conſi. 83. viſis. col. 2. conſi. 357. col. 2.

26 Libellus autem generalis, obſcurus, & incertus, ſi pars non opponit, & ſententia ſuper eo feratur, ſuſtineri poſſet. l. fi. & ibi glo. & doct. C. de annal. excep. c. Abb. ſane. de re iud. lib. 6. & hoc in ciuili. in criminalibus autem ſecus per text. in l. libellorum. verſi. quod ſit libelli: & ibi Bartol. ff. de accuſ. & Bald. in l. 1. colum. 13 C. de confeſ. & doct. in d. l. edita. & in §. curare. inſtit. de actio. cum ſimi. de quibus per Alex. conſi. 182. lectis. colum. 1. lib. 2. & Paris d. lib. de ſynd. in §. an per dictum cap. per duas colum. & Rot. deciſ. 35. ſi quod in cauſa. in fi. addi. in noc. & Ante. Cap. in deciſ. Neap. deciſ. 5. nu. 9 cum ſimi.

27 SECVNDO ſupraſcripti doctores pro ſubſtātiali ordine

dine iudicij ponunt citationem: quaſi ꝙ oblatio libelli pars ad illi reſpōdendū, & ad reliquos actus citari debeat alias proceſſus & ſn̄ia non valerēt:ꝙ eſt verū,quādo pars nō eſt præſens: quia citatio tunc eſt fundamētum ordinis iudiciarij,& ſine ea regulariter quicquā fieri non pōt: vt eſt cōmunis reſolutio doctorū in l.nequicquam §. vbi de certum.ff.de of.proc. Barto.& Imol.in l.ſi opus.ff.de nou. oper.nunc.& l.quod iuſſit. ff.de re iud.cū vult,ſed ſi pars eſſet præſens citatio non eſſet de ſubſtantia, cum ſn̄ia & proceſſus abſq; illā fōrmari poſſint,vt per tex.& ibi ſcrib. in l.de vno quoq;.ff.de re in cauſa.§.iud.l.cauſę.ff.de mino.& dixi ſupra.in tit.de citat.

28 Tertio pro actu ſubſtantiali doctores præfati litiſconteſtationem requirūt,& verè hęc eſt ſubſtātialis:cū fundamentum & initium totius iudicij exiſtat:vt ponit Spec.in prin.ſecundæ partis.col.1.verſi.& nota ꝙ non omnia vnde Bal.in c.vnic.col.1.extra de litiſc.(vbi eſt bonus textus) dicit ꝙ litiſconteſtatio eſt tanquam lapis angularis ac fundamentum iudicij:quo deficiente nihil poteſt ſuper ædificari cap.cum Paulus 1.q.1. & ponunt doctores in d. c.1.in auth. Offeratur.C.de litiſcont. & l.fi.§.illud. C.de tempor. appellat. & in cap. 2. de litiſcont.lib.6. & in d l. prolatam.

Quod procedit etiam in iudicijs poſſeſſorijs vt eſt tex. in c.2.vbi not.doct.vt lite non conteſt.gl.& Barto.C.ſi de moment.poſſeſſ.Bar.& Ang.in l.fi.C. qui legitimam perſonam habeant Bald.& Sal. in l.fin.C. ſi per vim.vel alio modo Ioan.And.& alij in c.conſultatio de offic.deleg.& (excepto Guil. de Cu.)tenent communiter doct. vt aſſerit Sal.in d.l.fi.quem ad hoc refert & ſequitur Alex.cōſ.2 conſideratis.col.3. in prin. lib.3. & ſequitur Dec. conſilio 302.pro tenu.col.2.verſic.2.quia lib.2.Et adeo conteſtatio litis eſt ſubſtantialis. vt illi renunciari non poſſit: vt per glo.in c. cauſis. de of.dele.c.1. de litiſcon.in 6.& c.ſi de re iud.eo.li.glo.in cle.ſæpe.in fin.de verb.ſig. & ponit Mill.in verb. renunciare. Alexan.& Iaſ.in l.ſi conuenerit ff.de re iud.Bart.in l.quoties.C. de priui.ſcho.lib.12.po-

nit

nit dec.Neap.184.Abb.col.fin.& per oẽs in d.l. prolatam. & Rot.dec.88. in cauſa.in no. Quod intellige regulariter & ordinarie . nam adſunt plures caſus,in quibus neceſſario litiſconteſtatio non requiritur : quod enumerat Mari.Socy.in c. frequenter.col.2.vbi enumerat caſus 82. conteſtationem litis non requirentes, extrà vt lite non conteſtata.

29 Quarto doct.ſupradicti pro ſubſtantia ipſius iudicij iuramentum calumniæ ſeu de veritate dicenda communiter requirunt, quod intellige verum parte petente : nam tunc in qualibet parte litis præſtari debet,ſed ſi non opeteretur, tacite omitti poſſet: & proceſſus ac ſententia abſque eo lata tali caſu valeret:prout eſt hodie deciſum, per c.1.de iura calum.li.6.& ponit Bar. Bal. & alij in l.fi. eo. ti. iſtud iuramentum in quibuſcunq; cauſis ẽt beneficialibus & ſummarijs exigi poteſt: vt d.cap.1.& cle.ſæpè de verb. ſig. igitur ſi fuerit petitum ſubſtantiale eſt: quia tunc præſtari debet, alias proceſſus & ſententia non valeret: prout eſt tex.in d.c.1. dec.dominorum *660.* dic ꝙ ſi in aliqua.& *664.*nota ꝙ ſi in aliqua.in antiq.nota tamen ꝙ non eſt compellendus quis ad iurandum de calumnia, niſi prius decreta copia proceſſus,ſi fuerit petita,ſecundũ Rot. vt per Fa.cauſa.26.d.l.

30 Quinto Ex ordine ſubſtantiali iudicij ſecundũ aliquos ex ſupraſcriptis,cauſæ cognitio & examinatio requiritur: quæ nedum ad iudicij ſolennitatem verum etiam ad naturalem iuſtitiam conſeruandam adinuenta eſt. Naturali namq; rationi conuenit, vt quis prius cognoſcat id, ſuper quo iudicare debet:& propterea dici conſueuit quod cauſæ cognitio a iure diuino deſcendit.vt inquit Abb. in. capit.1. de cauſ.poſſeſſ. & prop. quem ſequitur Fel.in c.

31 eccleſia.colum.12.verſ. 2.nota.de conſtitution.Sententia igitur non præcedente cauſæ cognitione lata eſt ipſo iure nulla vt inquit Bart.in l.prolatam.& ibi cæteri ſequuntur,in verſic.fin.C.de ſent.& in l.ex ſtipulatione vbi tex. eo.tit. & facit tex.in l.fin.& l.ſi iudex. C. comminationes vel epiſt.& c. ponderet.l. diſ.c. Deus omnipotens.2.q.1.

c.quæro.6.q.1.optimus tex.in c. ſummoperè. 11.q.3. &c. Hēricus.de pęn.diſ.1.cū ex literis.de reſt.in integ.cum ſi.
32 Et talis cognitio debet actum præcedere, non ſequi: alias huiuſmodi præpoſteratio vitiaret, ſecundum Bal. in l.non enim.in prin.commen in ff.de adoptionibus, quem ſequitur Fel.in c.quoniam contra.colum.1.in prin.vt lite non conteſt. & facit l.2. C. de ſententijs ex breuiculo recitandis.& l.1.C.de executione rei iudic.& ꝙ ponit Bald. in l.cum iudex.C.de ſent.& in l.non dubium.in 5.oppoſi. C. de legib. dum voluit ſenten. ex probationibus factis, non fiendis ferri debere: quem ſecutus eſt Alexan.in conſil.37.viſo.col.6. in prin.lib.2. quod malè a pleriſque iudicibus noſtri temporis obſeruatur, qui quotidie priuſquam proceſſus & merita cauſæ cognouerint, ac illa digeſſerint, prout in cedula, in qua tunc nihil eſt deſcriptū, pronuntiant: ꝙ & ſi ob negotiorum multiplicitatem ſeu periculum inſtantiæ, vel alias ex aliqua rationabili cauſa, aliquando tolerari poterit, iuxta quæ ponunt doctores in l.cum iudex.vbi Bal.col.1.verſic.quæro quid ſi iu-
33 dex.C.de ſenten.cum alijs de quibus per Dec.conſ.517. in ſententia in princ. lib. 4. regulariter tamen iudices ab huiuſmodi pręcipitatione abſtinere debent: quoniam pręcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ: vt probatur in clemen. paſtoralis.§. verum.de re iud. cum alijs in propoſito adductis per Fel.in c.Eccleſia ſanctæ Mariæ nu.35. de conſtitutio.Hippol.in l.ſtatut.lib.num.1.ff.de quæſt.lena virtus & cunctatrix non ante iudicatur quā quod honeſtum & decorum inſpexerit velox autem iniquitas quæ ad nocendū occaſionem quærit, omnia præcipitat inquit text. in c. inter hæc & hircum in princ. de pen. diſt. illa 3. q.6. ponit Spec. in tit.de aduoc.§. hic dicendum. colum.2. & quamuis in dubio ſententia cum cauſæ cognitione prolata præſumatur, prout fuit celebre dictum Bal. in l.edicto.C.de ed.d.ad. quod magnifacit Franc. in c. ex parte. in l.2.col.de ap. nihilominus multoties præſumptio huiuſmodi ex breuitate temporis tollitur. Vnde ſi iudici
34 vna die proceſſus cauſæ ſeu magnum regiſtrum præ-
ſenta-

ſentaretur,& altero die pronunciaret, ſententia tanquam cauſa non cognita, & actis non viſis lata eſſet ipſo iure nulla:cum intra tam breue interuallum, & modicum temporis iuris præſumptione quis non potuerit merita illius cauſæ videre,ac maturè ſuper his conſiderare, & deliberare. Idcirco talis ſententia quaſi præcipitata, ac temeraria & (prout præſumitur) iniuſta amittenda non eſt, ſed tanquam nulla reijcienda:vt voluit Bar. in d.l.prolatam. Cuius dictum doctores vbique ſequuntur & tenent: vt dixit Iaſ. in l.ſi is apud quem col.4. in fi. & per do.Alex. ibi,col.3.C.de eden. & ꝙ dictum illud doct.communiter ſequantur, vide per Fel. hoc ponentem in c.quoniam contra, col.16.ver.2. declara. vbi enumerat infinitos doctores hoc tenentes extra de prob.& Alexan. conſ.218.viſis,col.fi.lib.2.poſt Abb. in c.afferte. col.2.de præſumpt. & in c.cum ex literis, in 8.not. de reſtit. in integ. & ponit Dec.conſ.295.in cauſa iſtorum.colum.fin. ver.2.principaliter.lib.2.& conſ.476.incontrouerſia. colum.4. in fi.
35 lib.4. Anch.conſ.36.viſa, colum 2. & conſ.255.in cauſa, Paris conſ.79.lib.1.& vide Aym.conſ.179. colum.1.cum ſeq.vnde non immerito contra iudices ita præcipitoſos inſurgit Bald.in c.ad noſtram, per illum text.de conſuet. & Dominic. de ſanct. Gemin. in d.cap. ponderet.50. diſtin.vbi & ipſi aſſerunt ſententias huiuſmodi nullius momenti fore: prout etiam voluit Alexan. qui eos refert in conſi.123. ſcripſit. colum 9. ver. quinimo. lib.4.& tenet Paris, qui pulchre loquitur in lib. de ſynd. in §.an ſi iu-
36 dex.col.2.ac probant etiam Ant.de But. & Imol.& Pan in c.1. de re iud. & latiſſime Feli. qui articulum ponit in d.c.eccleſia S.Mariæ. col.7. ver.9 de conſtit. vbi atteſtatur hanc videlicet ſententiam latam non viſis actis, & cauſæ cognitione non præcedente eſſe nullam: cõiorem ac veriorem ſententiam eſſe:vt ibi in colum.9. in ver.13.& vlt. in fi.vbi videas & Alexan.in d. l.ſi is ad quem.& doct.in l. quod iuſſit. de re iud. & Fran. in c.dilecto. col.pen.q.55. de appel.& regula ꝓcedit et quod eſſet ſñia Papæ vel Imperatoris: quia ſi ex abrupto & non præcedente cauſæ co-

gnitione ferretur, diceretur nulla arg. tex. in c. tum ex literis, de reſtitu. in integ. & ponit Dec. poſt multos ibi per eum relatos, conſil. 544. Sereniſſ. col. 3. ver. ſecundo principaliter. lib. 4. & Cap. dec. Neap. 69. in cau. Ioan. nu. 35. Anch. conſ. 167. viſis circa fi. Aym. conſi. 153. vltra col. 1. & 179. col. 1.

Intellige prædicta, quãdo ſn̄ia fertur in abſentẽ, ſecus in præſentem, & proceſſui non contradicentem: quia ſibi imputandũ eſſet ſm Lap. alleg. 28. delegata & ſn̄ia valeret, prout ẽt valeret ſi adeſſet timor ſcandali futuri: nam tunc licitum eſt iudici fallere ne fallatur, ſec. Bal. in conſ. 127. lib. 3. relatum ab Alex. ad Bar. in l. fi. §. ſi quis. in ver. arma. ff. de dam. infe. facit etiam quod ponit idem Bal. in l. ſi quis filio. §. hi aũt in fi. ff. de iniu. & irrit. teſt. Fel. in c. 1. col. 13. ver. fallit ſeptimo de conſti. vbi quod propter metum periculi licitum eſt iudici tranſgredi leges, tamen ſu per huiuſmodi periculo non creditur iudici, ſed illo ſaltim ſummariè conſtare debet Ang. in c. 107. d. Dec. conſi. 366. col. fi. ver. & ideo quando lib. 3.

37 Sexto aliqui pro ſubſtantiali iudicij ponebant probationes quoniam poſtq̃ per negationem partis res effecta eſt dubia. vt in l. ſi quis libertatem. C. quib. ad liber. procl. & l. nemo. C. de acq. poſ. Iudex cui nihil conſtat, nihil decernere poteſt, vt l. 1. vbi gl. C. ſecund. tabu. quẽ tex. in ꝓpoſito adducit Bal. in l. falſus. col. 7. ver. item dubitatur. in fi. C. de fur. Imo ſi nullis præcedentibus probationibus iudex aliquem condemnaret, diceretur in dolo, vt vol. Bal. in l. 1. col. 8. C. de his quæ pę. no. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. 131. in cauſa col. pe. ver. probatur ẽt li. 2. Ideo in quocunq; iudicio ẽt poſſeſſorio, & quãtumuis ſumma

38 rio requiritur plena probatio, vt voluit gl. cõiter approbata in l. 1. in ver. filium. C. quorum bon. prout atteſtatur Alex. conſi. 139. circa fi. lib. 6. Nam ipſemet Papa non poſſet condemnare ad debitum nõ probatũ ex quo eſſet cõtra ius naturale vel gentiũ, & eradicare naturalẽ iuſtitiã, vt inquit Alex. conſil. 2. col. 1. ver. & eſt ratio lib. 2. quem ſequi. dec. Neap. 91. alias qui non probat dicitur carere

iure.

iure. l. argentarius. 8. cum autem. ff. de ed. l. quidam tabularum. ff. de fur. per quæ iura hoc dixit Bal. conſi. 67. quia ex facto col. 2. lib. 3. refert & ſeq. Aym. conſi. 48. cogitur. col. 2. num. 4. Iterum. 2. col. facit bonus tex. in c. nullum. 30. q. vlt. & quamuis poſſent ſuper articulo hmôi plura diſputatiue hincinde adducit concluſiue teneas ꝙ ſententia lata abſque probationibus non eſt nulla, ſed iniqua cũ non fuerit contra ius conſtitutionis, ſed contra ius litigatoris duntaxat lata. ita conclu. Rot. vt per Æg. conſi. 73. Sententia, & ĕt quia probationes media cauſæ dicuntur, & ſunt de ordine iuſtitiæ, non aũt ordine ſubſtantiali iudicij: vnde quamuis iudex abſque probationibus malè faciat aliquem condemnare, nihilominus ſnîa ſua, ſi ab ea nõ fuerit appellatum, tenet & in rẽ tranſit iudicatã, quia ex iuſta & vera cauſa lata præſumitur. c. Cum inter. c. ſicuti. de re iu. C. Bonæ. el 1. ibi Innoc. & alij de elect. ponunt doct. in c. quoniam cõtra de ꝓbatio. & eſt magis cõis opinio ſcribentium, ſecundum Imol. c. cum in iure de offic. deleg. Et Alexan poſt ipſum in conſi. 105. ponderatis. lib. 5. & Dec. conſi. 295. in cauſa iſtorum, col. 1. lib. 2. quia (vt diximus) probationes de ſui natura non ſunt de ſubſtantia iudicij, ſed ad bene eſſe: vt inquit Bart. in l. prolatam. in fi. & ibi Bal. & Ang. C. de ſent. & Bal. in l. qui accuſaret. C. de eden. vbi per illum tex. apparet quod ſnîa in fauorẽ rei, actore aliquid probãte, ĕt ꝙ reus nihil pręſtet, proferri põt, & in l. cũ & minores. col. pen. C. ſi aduer. rẽ iud. tenet Abb. per illum tex. in c. afferte. de pręſump. & Alex. d. conſi. 105. 2. colum. lib. 5. late Fel. in d. c. Eccleſia ſanctæ Marię. col. 11. ver. ſimiliter & fortius vbi gl. tenuit contrariũ, extra de conſti. quãuis gl. opinio intel igi poſſet, quãdo iudex probationes recipere voluiſſet, ſed illis non obſtantibus ad cauſæ expeditionem ꝓceſſiſſet. Nam eo caſu ſnîa poſſet dici nulla: prout declarat Alex. poſt Bal. in d. conſi. 105. ver. accedit, &c. Nihilominus & tũc puto debere a denegatione admiſſionis probationum huiuſmodi appellare: alias ſententia ipſo iure tenere: vt concludunt Ant. Cald. Dominic. Fel. & alij in d. c. Eccleſia per tex. in

l. Argentarios. § cum autem. in verſi. ſi non probauerit. ff. de eden. & l. poſthumus. § ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſt. & l. cum putarem. ff. famil. erciſc. ita concludit dec. Neap. deciſio. 47. fuerunt latæ. & Franc. latè diſputans articulum. quæſt. 55. in dicto cap. dilecto. de appel. Præmiſſa etiam tenuit Capic. vt in deciſio. 1. colum. 9. verſic. ſecuncundo quòd dictum.

40 Septimo Aliqui pro ſubſtantiali ordinis iudiciarij etiá publicationem proceſſus & teſtium requiſierunt: quod intellige parte publicationem proceſſu, & teſtium petente. Nam ſi iudex, tunc non facta publicatione procederet, ſententia ſecundum ipſos non valeret, vt voluit Hoſtien. in ſumma, de ſen. § qualiter. col. 3. ver. duodecimus, & eſt gloſ. quæ dicitur ſingularis, in c. fi. verb. iudicij de hæret. lib. 6. quam in propoſito ſingularem vocat Alexand. in l. diuus. colum. 1. de re iudi. Quamuis ex his quæ dicta ſunt concludi poſſet, quòd etiam petita, & denegata publicatione, ſi ſententia ferretur, valeret, ſi modo a denegatione publicationis non fuiſſet appellatum: quoniam proceſſus reſpectu iudicis, ſemper dicitur publicatus: & reſpectu partium publicatio dicitur de ordine iuſtitiæ, non de ordine ſubſtantialis iudicij, vt eſt celebre dictum Inno. in c. cum I. & A. de re iud. quem ibi doctores omnes ſequuntur, & Imol. in d. l. diuus: vbi dicit ſe de hoc ſæpius in practica dubitari vidiſſe: Idem tenet Abb. in c. cum dilecti. de fid. inſtru. & Bar. in d. l. prolatam, quãuis glo. ibi contrarium tenuerit & illam gl. etiam reprobat & aſſerit in Rom cu. practicari contrarium Bald. in c. 1. colum. 3. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſal. & latè per duas col. ponit Fel. in d. l. cum I. & A. & Ang. in d. l. prolatam. & Lanfran. in d. cle. ſæpe, ſuper verb. defenſiones, nu. 15. de verb. ſign. & tenet Guid. Papæ, q. 586. quæritur. & 369. quæ ſunt in fi. Capi. dec. 1. colum. 9. vol. 2. quod dictum, & Alex. conſi. 120. viſo proceſſu. num. 7. lib. 7. Caſſad. deciſ. 6. num. 2. de app. optimè ponit Ancha. conſi. 53. commiſſio publicationis aſſerens hoc incuria ſeruari, quod in ſacro Rotæ auditorio ſæpius practicaui per deciſ. 16.

not. ꝙ non vitiatur ſententia teſtibus non publicatis, niſi a non publicatione fuerit appellatum &c. in antiq. Nam ſi denegatio, & iudicis interlocutio huiuſmodi diſplicebat: pars debebat appellare, & non illi tacitè acquieſcere. cap. ex parte de app. l. 1. C. ſi ſæpe in integ. reſtit. poſtu. ibi. appellare debuiſtis ſi ſententia vobis diſplicebat &c. Et ponit Bar. in l. a procedente. C. de dilat. Si ergo proprio facto illam (acquieſcendo) confirmauit, parere habet neceſſe. l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cer. &c. l. ab eo. C. quo. & quan. l. 1. C. de poſtu. l. 1. C. de iuriſd. om. iud.

42 Octauo dicemus idem de dilationib. quia ſiue petitæ fuerint, ſiue non, ſnīa dilationibus non conceſſis lātā valebit, cum ſint media cauſæ: & ius partis non autem conſtitutionis concernant, ac probationes abſque termino, & dilatione fieri poſſint: idcirco ſi non fuerint petita, non eſt quid imputandum iudici: ſi petitæ fuerint, & denegatæ, imputatur parti, quæ non appellando acquieuit: prout concludit Bar. in d. l. prolatam (quamuis gl. & Bal. ibi videatur ſenſiſſe contrarium) quoniam vt ſnīa dicatur lata cauſa cognita: ſatis eſt, quod feratur parte præſente, vel citata, iuxta text. in l. in cauſa. §. cauſa cognita. ff. de mino. & de cauſa poteſt iudici etiam per aſſertionem partium liquere, iuxta tex. in l. fi. per vim, vel alio modo, inſuper ſi dilationes non dentur, vel dentur minus breues. non eſt proditum remedium nullitatis, ſed appellationis, vt in c. 1. de dilatio. & ex ſupraſcrip. rōnibus quòd dilatio non ſit ordinis ſubſtantialis tenet Spec. in prin. 2. par. Ita etiam videtur reſidere poſt multa Bald. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. & ibi Imol. col. 7. per text. in c. dilectus filius. de reſcr. & c. ex parte not. de app. & c. conſtitutus. el 3. de reſti. vbi hæc not. Bal. & c. interpoſita. de appel. in quibus locis probatur, quod ſi iudex exceptiones ac partis defenſiones nō admittit: & pars a denegatione non appellet, ſententia valet: & hanc partem tenet Fran. in c. dilec. q. 55. col. 4. & Bald. in l. petendæ in 3. not. per illum tex. C. de temp. in integ. reſt. & in l. cum a nobis. per illum text. C. de dilat. quæ (vt dixi) procedunt maximè ſi pars

non petat:vt cum iudex dilationes dare nõ teneatur: niſi petenti,per tex.in l.1.ibi,poſtulanti dare conuenit, C.de
43 dilat.& l.2.& ibi Bald.C.vt intra cer.temp.no.Iacob.de Aretio & Bal.in l.fi.ff.de ferijs. & idem Bald.in d.l.cum a nobis,C.de dilat.et ſi ſtatutum daret certam formam ſuper dilationibus dandis,quia huiuſmodi ſtatutum intelligi debet parte petente:vt eſt glo.& ibi doct.in l.ſi curatoris.in verſi. haberes. C.de iure delib. & d.l.2.ſi intra certum temp.& facit l.4.§.hoc autem.& ibi Barto.de damn. infect.Ita firmat Ant.in c.venerabilis de iud.ex quo vt dictum fuit,probationes fieri poſſunt abſque dilatione, ſe-
44 cundum Bar. in l.in crimine ff.de adult. & l.vnius.§.cognitorum.ff.de quæſt.Barto.& alij in d.l.fi.ff.de ferijs. & idem Bart.ad reprimendum in ver. figura. & Bald.in l.ſi quando.C.de dilat.Spec.eo.tit.§.videndum. verſi. Cæterum.Et hanc partem(præmiſſa referendo) tenet Alexan. conſi.181.in cauſa & lite.colum.2.verſi.præterea. lib.6.& Fel.plura cumulando in c.licet cauſam.col.9. verſ.ex iſtis inferunt.de prob.& Cap.in 1.dec.Neap.col 9.ver.2.quod dictum.& vide gl.in cle.ſæpe in verb.litiſcont.de verb.ſig. quæ voluit dilationes deliberatorias, ſi petantur, eſſe de ſubſtantia iudicij.

45 Nono pro ſubſtantiali ipſius iudicij aliqui ponunt etiã concluſionẽ in cauſa,p tex.in c.auditis. de proc.c.paſtoralis.de cauſ.poſ.& proprie.c.cum dilectis.de fid.inſt. quod intellige eſſe verum in foro eccleſiaſtico, & in cauſis prophanis,& plenarijs:quia ſi concl.in talibus omitteretur,proceſſus eſſet nullus: ſecus in cauſis beneficialib. & ſummarijs,vel in foro ſecularium: vbi hmõi concluſio fieri non conſueuit.Ita determinat gl.in cle.ſæpe. in verbo.cócl.& eã ſequuntur Doc.& Bald. in repe. Inn.in verbo. renunciatio in 7.quem refert & ſequitur Rot. dec.5. in fin.addi. in no.& idem tenet Io.And.in add. Spec.in tit.de renunciat.& conclu.in princ.in verbo. §.fi. & Abb.in c.paſtoralis,col.3.de cauſ.poſſ. & propri. Bal. in l.nec cauſas circa prin.C.de app.& de quo per eundem in c.1.col.4.verſ.2. quæritur, ſi de inueſt.inter domi. & vaſſ.in vſib.feud.refert

fert & ſequitur Fel. in d.c. cum dilecti.col.6.verſi.4.ſtus. vbi poſuit materiam huiuſmodi, de fid.inſtr.poſt Alexan. Conſi.182.in cauſa.in fi.li.6.& vide Aeg.concl.277.etiam & Cap.qui præmiſſa tenet dec.1.col.6.ver.item quantum cunque & quo præmiſſis vide Rom. conſ.176.ver.oſtenditur hic & nota quòd concluſio non debet fieri, niſi aliqua parte inſtante, alias eſſet locus appellationi inquit Rot.dec.707.Not.quod ſi aliquis in antiquis.

46 Cautionis præſtatio iuxta auth.generaliter.C.de epiſ. & cler.& auth. libellum de litiſc. tacito vel expreſſo partim conſenſu omitti poteſt, vt in d.auth.gener. in fi.propterea potius accidentale, quàm ſubſtãtiale, iudicij reputari debet: quamuis Azo dixerit eſſe de ſubſtantia: quod temporibus noſtris raro vidi practicari.

47 Reliqua vero quę in iudicijs concurrere ſolent, ſi ante litem conteſtatam fiunt, præparatio dicuntur: in quibus ordo iudicij non ſeruatur. Nam ante litem conteſtatam (libello excepto) nihil eſt, quod vitiet, vt voluit Spec. in ti. de præpar.iud.in prin.2.partis: & Barto.in l.ſi quærimus. col.2.ff.de teſt.& ponit formaliter Bal.in auth.contra rogat.in fi.C.ad ſenatuſcon.Trebell.in auth.generaliter.col. pe.verſ.5.quæro vbi deciſiue loquitur.C.de epiſc.& cle. in l.violatam in.1.col.verſic.quæro ergo.C.de ſen.& in l. pe.in fi C.in quib.cau.reſt.in integ.& tenet Rot.dec.495. no. quod in antiq.vbi voluit quòd in cauſa reſtitutionis ad appellandum, vel improbando infamiam ad effectum aliquem ad perſonaliter comparendum, citandum, ſeu inquiſitionem contra ipſum formandam, & in ſimilibus præambulis & præparatorijs iuris ordinem ſeruari non oporteat, & tenet Alex.conſi.37.nu.2.li.2. & Dec.conſil. 590.exhibentur nu.2.lib.4.

Alia vero quæ fiunt poſt litẽ conteſtatam, demptis his, de quibus ſupra diximus, ex quo ſunt media cauſæ, & accidentalia reputantur ſub ordine iuſtitiæ includuntur, ꝓpterea ſi omittantur, vel pręponerentur, nõ vitiatur proceſſus: quia (vt diximus) id ſolũ viciat, ſi mittantur, vel pręponeretur qđ ſubſtantiale eſt; cũ ordo nõ attẽditur, niſi

vbi

vbi a lege præfixus, aut vitiet, reperitur : vt inquit Bal. in auth. hoc amplius. nu. 28. C. de fideicom & l fi. nu. 14. C. de hęred. inſti. vbi ponit ꝙ ordo legis diuinæ naturæ, & formæ, ꝑpoſterari nõ debet, & in l. præpoſteri. C. de teſta.

49 Idcirco quamuis ordinarij iuris ſit, quòd poſſeſſorium prius debeat terminari quam petitorium l. ordinarij. C. de rei vend. l. incerti. C. de interdi. l. ſi de vi. ff. de iud. l. fi. C. quorum bono. maxime vbi geretur actione ſpolij quę in hoc, vt prius cognoſcantur priuilegiata eſt. c. ſuper ſpoliatione. de ord. cog. & 3 q. 1. & quæſt. 2. per totum.

Nihilominus ex quo talis ordo eſt potius de iuſtitia, ꝙ de ſubſtantia iudicij, ſi præuerteretur, & pars non exciperet : proceſſus & ſententia valerent, maxime quia hic eſt ordo cognitionis vnius cauſæ ad aliã, & reſpicit ius litigatorum : non aũt eſt eiuſdem cauſæ ad ſeipsũ neque reſpicit ius publicũ: his nãque duntaxat caſibus prępoſtoratio vitiaret ſolet, vt eſt glo. in l. ſi mancipium. §. 1. ff. de euict. & tex. in l. 1. & ibi gl. & ſcrib C. de app. glo. in l. 2. C. cõi. de mod. declarat Bar. Bal. & Ang. in d. l. ſi prolatã & ponit gl. in ſumma. 2. q. 1. & Bar. in l. proſecutione. in fi. C. de pign. Bal. in l. per hanc. in 6. col. ver. vel pone exẽplũ. C. de tẽp. app. Lanf. in c. quoniam cõtra. §. interlocutorię. ver. circa ordinẽ. nu. 15. de prob. & Alex. in conſ. 34. cõſultus. lib. 4.

50 Idem diceretur, ſi eſſent duo quorum, vnum eſſet maius vel alteri præiudiciale; vt diei cõſueuit de qõne criminali & ciuili: quoniam quæſtio criminaliter mota ratione maioritatis priuſquam ciuilis cognoſci, & terminari debet vt l. ſi C. de ord. iud. aut foret quæſtio libertatis ſeu natalium, & quæſtio hæreditatis. Nam illa quæ alteram perimit prius terminari deberet: cum ex illius deciſione altera multoties decidatur: vt in c. tuam. de ordine cogn. & c. lator. qui ſi ſint leg. c. exhibita. de iu. l. vnic. cum ibi notatis. C. quand. ciuil. ac crim. præiud. l. 1. & per tot. C. de ord. cogni. Et Bal. vtrumque ponit in l. 1. num. 2. C. qui accuſ. non poſſ. Aym. conſi. 79. quędam. Caterina. col. 3. verſi. 3. redditur nulla. Anch. conſi. 62. duplici per totum.

1 Prout etiam idem foret, quando aliquis non poſſeſſor

cohæres,

cohæres,vel dominus,aut conſocius negaretur ab altero: prius enim petitione hæreditatis, rei vendicatione, ſeu actione pro ſocio,contra poſſeſſorem,quam diuiſorio iudicio agere oportere:vt l. 1.ff.famil.erciſ. & l.fundi quem. ff.de excep.& ponit gloſ. & ſcrib.in d.l. Si mancipium.ff. de euict.& Alex.conſ.46. viſis & accuratè.col. pen. verſ. ergo eſt.lib. 1.

Idem obſeruandũ eſſet, ſi creditor vellet agere contra fideiuſſorem,non excuſſio principali debitore: quia ordo eſt vt prius agat cõtra principale,ſi præſens eſt,authen.p̃ſente.C.de fideiuſ.Prout ẽt prius mandatores & fideiuſſores excutiendi ſunt, antequã ad tertios poſſeſſores pignorũ deueniatur.auth.ſed hodie:C.de acti.& obli.cum alijs, de quibus per Alex.conſ.137.in cã.col.3. in prin.lib.2.In oĩbus igitur præmiſſis ac ſimilibus, & ſi ordo iuſtitiæ ſit. vt prius vnũ expediatur qui aliud,nihilominus cũ preuerſio ſit vnius cauſæ ad aliã, & principaliter iura partiũ ꝯſpiciat,præuerſio nõ viciabit:vt dixi ſupra, & ponit Guido Pap.q.94.aliqui.& 221.item & 432.ſupra.

51 Hactenus loquuti ſumus de ordine illius iudicij,quod ſecundum regulas communis iuris plenarium eſt: in eo namque cum ſententia generet plenum præiudicium,requiritur quod iudicium ſit formale:& habeat ſua ſubſtantialia: videlicet ꝙ ordinis iudiciarij obſeruantia, de qua ſupra,perſonam præſentia,& vtriuſque partis iurium audientia interueniat: vt declarat Bal.in l.iudices.C. de iudic.vbi etiam dicit omne iudicium regulariter dici plenarium:& ponit Spec.de offi. om.iud.§.poſtremo.

52 Si vero iudicium ſummarium foret, vel ſui natura: vt puta ꝙ eſſet præparatorium,ſeu præambulũ ad aliud:vel ex eo ꝙ illius ſnĩa modicũ ſeu reparabile præiudiciũ afferret:vt prout exẽpla idem Bal.in d.l.iudices ſiue ꝙ ratione contractus,vel obligationis, aut vigore legis, ſiue reſcripti,vel ſtatutorũ,aut aliter, iudiciũ foret executiuũ: tunc tanta ſolẽnitas & obſeruantia nõ requiritur, ſed ea duntaxat,quæ veritatẽ rei,ac partis defenſionẽ reſpiciunt,principaliter attenduntur: vt declarat gloſ. & ibi doct. in cle.

ſæ-

ſæpe.in verb.defenſiones.de verb.ſig. iunct. tex. in cle.diſpendioſam.de iud. vbi cauſæ ſpirituales ab his dependentes,tanq̃ ſummariæ enumerantur:& declarat Bar.l.ad re-
53 primendum,in verb.figura. Quãtumcũque tamen cã fuerit ſummaria, neceſſario interuenire dẽt cauſæ cognitio, partis citatio,& iudicis declaratio:vt dixit Alex.in conſil. 42.viſo nu.4.lib.4.& habetur in d.cle.ſępè.

Et quoniam in qualibet ſpecie cauſarum ſiue ſummariæ, ſiue plenariæ ſint vltra communis iuris diſpoſitionẽ, in pleriſque locis vigore ſtatutorum aut conſuetudinis localis,certus modus ac ſolennitas in procedendo adhiberi conſueuit. Propterea diligenter ad id erit aduertendum: quoniam quicquid ſtatuenti vel principi ꝙ obſeruetur,& ſit ordo placuit,cenſetur ordo ſubſtantialis: cum talia niſi
54 aliquo miniſterio & rationabili cauſa induci nõ cõſueuerunt:idcircò ſi modus ille,& ordo non ſeruaretur,proceſſus eſſet nullus, diſtinctione non habita an eſſet ordo vnius cauſæ,ad ſeipſam,vel ad aliã: quia ſemper qđ fit cõtra hmõi ordinem,ipſo iure non valet. c.cum dilecta. de reſc.c.cum venerabili.de off.dele. ita declarat Bald.in d.l. prolatam col.pen.verſicu.nota ꝙ in l.1.ff.de lib.& poſth. vbi moderni voluerunt quamlibet leuem ſolennitatem a ſtatuto pro forma & ordine inductam ſi omittitur vitiare:quod reaſſumit Fel.in c.quoniam contra.col.5. verſ. ſi tamen ſtatutum extra vt lite non cont. in d.c.cum dilecta.& ponit Dec.conſ.10.viſo puncto.colum.1.lib.1. conſ. 429.licet.col.2.num.5.& conſ.434.in prin.& conſil.466. Stante.col.4 verſi. & iſta concl.li.4. & plenius conſ.802. accurate.in prin.eo.li. cum conſ.ſeq. in prin.& conſ.612. concluſionem.col.1.li.5.Anch.conſ.6.viſo.nu.4.& conſil. 35.in prin.Aym.182.col.3.

56 Cũ itaq; in concernẽtibus ordinem & modũ procedendi,corã quocunq; iudice ſiue ordinario, ſiue delegato attẽdi debeat locus iudicij:quamuis in deciſorijs locus contractus attendatur:vt de vtroq; ex gl.ord.quã ibi ſequuntur Iac.de Aret.& Cy.2.q.& Bal.in l.fi.C.q̃ ſit lõg.cõſuet. per l.3.in fi.de teſt.l.2.C.quemad.teſt.ape.l.2.circa fi.C.de iur.

iur.calum.iunct.l 1 in prin.ff.de vſur. & l. ſi fundus.ff.de euict.& l.1.C.de eman.libe.tenet Spec.in ti. de ferijs. §.1. verſ.ſed ponit Io.And & gl. in c.licet canó.in verb.decr. de elect.li.6.Canoniſtæ in c. ꝙ clericis de for.comp. & in rub.de conſu Et eſt cõis opinio ſcribentium: vt latè comprobat & atteſtatur Alex. in conſ. 164. circa dubitationẽ col.2.verſ.ſed præmiſſis.lib.9.& in terminis tenet Rot.vt per Æg.concl.78.ſuper appellatione.& Rot.dec.20.anno domini in fi.in no.Gui.Papæ q.262. conſuetudo.

Idcircò diligẽter videre proceſſus cõuenies,& perquirere nunquid ordo ac ſolennitas iudicij in loco,vbi cauſa agebatur ſeruari ſolita ad vnguem ſeruata fuerit.

Puta exempli gratia (pro te iuuenis) ꝙ cã in Ro.cu.agitata fuiſſet; videndũ erit nunquid ordo iudiciarius fuerit ſeruatus,ſm ſtylo & cõſuetudinem illius fori, in quo cau
57 ſa cognita deciſa extitit: videlicet ſi in ſacro Rotæ auditorio cognita fuit:videbis nunquid termini ſubſtantiales ibidem pro tela & ordine iudiciario ſeruari ſoliti, ſeruati fuerint.Nam in cauſis beneficialibus ac ſpũalibus, & alijs, de quibus in d.cle.Diſpẽdioſam, vel in ꝓphanis in quib. a partibus(vt fieri cõſueuit) fuerit obtẽtũ reſcriptum vt etiã in his producatur prout in beneficialibus;in iſtis oĩb. quando cã eſt in prima inſtãtia,ex ſtylo eiuſdẽ palatij, termini infra ſcripti vnus poſt alium obſeruari conſueuit: videlicet quia pars diuerſa ad dicendũ contra commiſſionẽ ad primam diem,ad libellandum ad primam,ad articulãdum ad duodecimam,ad dicendum contra articulos ad ſecundam ad producendum omnia,ad ſecundam,ad dicendũ contra producta ad ſecundã,ad declarandum & iurandum de calumnia ad primam dies citari conſueuit.

In ſecunda verò inſtantia omnes prædicti terminis ſeruantur ad primam diem , excepto termino ad articulandum qui ſeruatur ad octauam.

In tertia inſtãntia termini prędicti ſeruantur ad primã diẽ,excepto termino ad articulãdũ,qui ſeruatur ad ſextam (hos autem dies intellige ꝙ ſint vtiles & non continui.) vt declarat Rot.dec.135. ſi mandetur.in no.

In

In cauſis verò prophanis, in quib. ex vi alicuius reſcripti ad inſtar beneficialiũ ꝓcedi non põt cũ de iure in eiſdem requiratur libellus, vel ſaltim talis qualis petitio : & lis omnino cõteſtãda ſit, vltra terminos ſupraſcriptos, ex ſtylo ſeruatur ẽt terminus ad reſpondendũ libello, & litẽ conteſtandũ ad prima: & ad hoc ſi pars nõ reſpõderit ac litem non fuerit cõteſtata, cõſueuit quatuor vicibus citatio reiterari: videlicet primò ſimpliciter, ſecũdò ad primã diem, tertio ad idẽ ſub pęna excõicationis, quartò ad idẽ ex ſuperabundanti: Alioquin ad videndum ſe declarari &c. Deinde, fit citatio ad articulandum ad decimamquintam diem in prima, in ſecunda inſtantia ad octauam, in tertia ad ſextã, in reliquis fit prout in beneficialibus, præterquã in termino ad libellandum. qui in prima inſtantia in prophanis fit ad octauã, in beneficialibus ad primam, prout in Rom. cu. practicantibus notorium eſt: quãuis rarò eueniat ꝙ termini huiuſmodi prout in prophanis obſeruentur: quia communiter obtinentur reſcripta, vt in huiuſmodi cauſis procedi poſſit ad inſtar, & prout in beneficialibus, & tunc vigore talis reſcripti ſeruantur termini primo loco poſſit, de quo vide Caſſ. deciſ. 9. de reſcrip.

58 Et nota ꝙ vbicũq; cauſa prophana, ſeu alia vigore reſcripti ſeu alias ſemel efficitur ſummaria, in quacũque inſtãtia, & corã quocũq; iudice qualitas huiuſmodi cognitionis ſummariè perdurat, vt per Ægid. conclu. 41. Si Papa. & Caſſad. deciſ. 8. quæ magiſtra eſt, ſub tit. de reſcrip.

Erit inſuper ſciendum ꝙ ex ſupraſcriptis terminis, quatuor ſolummodo ſubſtantiales iudicantur: quorum ſi ali-

59 quis omitteretur, proceſſus non valeret, videlicet, terminus ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta, illi namque partis defenſionem, ac cauſarum cognitionem, & inſtructionẽ reſpiciunt, & propterea nõ poſſunt omitti: nec illorũ ordo præpoſterari: vt per Rot. dec. 33. quando committitur quę declarat præſentẽ materiã, & dec. 90. domini omnes in no. & deciſ. 806 Sciendum eſt in antiquo & Æg. conclu. 27. & dec. 560. concl. & Caſſ. dec. 2. de iud.

iud.qui optimè loquitur.iunct.d.dec.8. vt reſcripti.

Reliqui autem termini bonum eſt, vt propter ſtylum ſeruentur: quamuis ſi aliquis ipſorum omitteretur, vel præpoſteraretur, ſententia nihilominus valeret: ex quo tales videlicet porrectio libelli,litiſconteſtatio, iuramentum calumniæ (non petitum) in iſtis ſummarijs non ſunt de ſubſtantia, vt magiſtraliter declarat idem Caſſ.d.dec. 8.nu.6 de reſcr.

60 Eſt etiam ſciendum, q quando à principio cauſę reus ad totam cauſam generaliter citatur, termini ſupraſcripti,non dicuntur de ſubſtantia, ſed ad bene eſſe: ex quo contra taliter citatum & non comparentem abſque vlteriori citatione vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue de iure procedi poſſet, vt diximus ſupra. & hoc tenet Rot.dec.8.in antiq.& dec.93.iudex. in fi.& dec.78.poſt Lap.& 245.licet, circa medium & 223. Si committatur. in no. in quibus locis vide bis Rot. concludentem terminos huiuſmodi, qui per audientiam contradictarum contra citatum ad totam cauſam ſeruari conſueuerunt. potius ex vrbanitate,q iā iu.is neceſſitate ſeruari: nihilominus propter ſtylum, etiam tales ſeruandi ſunt,ſecundum Æg.concluſ.310.fuit & 560 conſilio 319 cum alijs ad ſu

61 pra qual.nul.in iud.ded. poſ. vbi etiam reperies de iudicio attentatorum & quòd in eo non ſunt ſeruandi termini ſubſtantiales, ſed ſatis fore de ipſis attentatis docere,vt ponit Rot.deci.765.ſciendum eſt quod ſi in aliqua. in anti.vt ibi dixi,& nota ſecundum Aeg.conclu.333.appellans, quod termini ſeruati ſuper iniuſtitia,puta appellatione deſeruient etiam in cauſa nullitatis. cum nulla maior ſit iniuſtitia quam nullitas, ſecundum eum: prout

62 etiam termini ſeruati in petitorio deſeruiūt in cauſa poſſeſſorij,vt per Biſſignetum dec.1.de cauſa poſſeſſ.& proprieт.cum ſim.Caſſ.dec.9.nu.7.eod.ti. & ſicut deſeruiunt etiam quoad iusnouum in iudicio poſt obſeruationem dictorum terminorum deductum,vt per Aeg.Card.662. ſi ex gratia.

63 Et ſi foret cauſa diffamationis, & iactionum ſuper

quibus quotidie altercari videmus: cum in tali iudicio nihil dari aut fieri petatur, neceſſario iuris ordinem ſeruare non oportet. 1. libellum offerre, litem conteſtari &c. Sed aliquali petitione porrecta facta fide de iactationibus ac ſuperabundantius præfixo termino aduerſario ad docendum quicquid prætendat in illa inſtantia. &c.

64 Termino huiuſmodi elapſo, & non probato, iudex declarare poterit diffamationes, & iactationes præfatas iniuſtas, temerarias, ac de facto factas & præſumptas &c. deſuperq; perpetuũ ſilentium imponere: prout colligitur ex notatis per Inn. in c. cõquerẽte. in 2. gl. de off. ord. & in c. lator. qui fil. ſint l. per Bart. & alios in l. diffamari. vbi eſt tex. C. de inge. & manumiſ. & l. mácipiorũ de opt. lege & declarat Bal. in ſumma, ſeu practica, ſub titu. de cit. q. 6. & facit dec. Rot. cccv. nota qualiter. in anti. Et latius Pra-

65 cticam & Theoricã d. l. diffamari explicat Boer. dec. 255. colum. 2. cum ſeq. quis autem in cauſa huiuſmodi dicatur actor, vel reus, vide in c. cum inter. vbi Innocen. Anton. Abb. & Fel. extra de excep. & deciſio. Neap. 268. in alia cauſa. Alexand. conſilio 103. conſideratis. lib. 5. Capicius. deciſio. 18. in cauſa, ac Mod. ſuper d. l. diffamari. vbi concludunt magis communiter teneri eum, qui diffamat actorem exiſtere non obſtan. d. deciſio. aff. 268. quę vult contrarium. moleſtię verò prędictę ac diffamationes probantur eo ipſo quod aduerſarius in cauſa ſe opponit & contradicit: nam hoc ſufficit, arg. l. is qui. ff de rei vendi. l. fin. ff ſi vſuſf. pet. per Bar. in l. ſi prius. in 5. oppo. ff. de nou. ope. Tenet Lap. præmiſſa referendo allega. 65. quicquid Eccleſia. col. ii. Bal. in l. ordinarij col. 5. verſi. de inde quęro. C. de rei vendic.

66 Eſt etiam ſciendum ꝙ quando in palatio committitur cauſa, etiam quod eſſet in ſecunda, vel alia inſtantia; & termini puta in prima inſtantia eſſent ſeruati: ex quo tamen proceſſus de partibus regulariter modicum valent tela iudiciaria a capite inchoatur: & ſeruantur termini, prout in prima inſtantia ſeruari ſoliti: vt per Ægi. concluſ. 74. Termini. in fin. & 78. ſuper appellatione. &c.

melius

melius Rot. deci. xx. anno domini in no.

Inſuper, Cum ſtylus curiæ & loci in quibus cauſa agitur, non autem curiæ delegantis ſeruandus ſit (vt per eundem Æg. conclu. 78. ſuper appellatione; & diximus ſupra) idcirco ſi Papa cauſam alicui iudici in partibus cum potestate ſummariè procedendi committeret: talis iudex
67 non cogeretur ſeruare ſtylus & terminos Romanæ curiæ, ſed iuris communis diſpoſitionem ſequi deberet: vt ponit idem Ægid. concl. 82. ſi Papa. Nam talis ſtylus ad alia loca non ſe extendit Rom. conſi. 367. colum. 3. Aym. 121. ſcripſi. col. pe. prout ſtylus palatij non ſe extendit extra. Ægid. 277. etiam vbi.
68 Si vero in eadem curia extra Rot. puta in curia Capitolij, cauſa verſa fuiſſet: tela & ordo iudiciarius a ſtatuto & conſuetudine illius fori inductus ſeruari debuiſſet: videlicet quod in cauſis ordinarijs ſummam viginti quinque ſcutorum excedens: pars ad videndum productionem libelli & reſpondendum illi citaretur. Et poſtmodum (libello exhibito) idem reus citari conſueuit ad litem conteſtandum, alias videndum pronunciari haberi pro conteſtata: nec non iuramentum calumniæ præſtari videndum. Et demum lite conteſtata, vel habita pro conteſtata, ac iurato de calumnia, per teſtes ſeu inſtrumenta cauſa inſtrui ſolet: ad quorum productionem pars etiam eſt citanda (prout diximus ſupra) demum (partes petente) iudex trinas dilationes duas ad probandum, & reliquam ad probatum habendum per omne genus probationis dare tenetur: quibus decurſis, principali & procuratore (ſi quis eſt) ad audiendam ſententiam vocatis, ex ſcripti recitatione, per iudicem pro tribunali ſedentem ſententia profertur: & ſi alias fieret, proceſſus, & ſententia non valerent prout ex forma dictorum ſtatutorum ſatis conſtat, & quotidie practicamus.

Sed ſi fores in alia curia, ſtylo & conſuetudini illius adhærebis: quod cum ſit extra materiam noſtram, vlterius non proſequamur.

Viso de ordine ac ſubſtantialibus proceſſus & iudicij reliquum eſt, vt ad nullitates & defectus ex ipſamet ſententia ratione ſolennitatis illius reſultantes tranſitum faciamus.

69 Dico igitur quod ordinis iudiciarij, circa, ſolennitatem probationis ipſius ſententiæ eſt vt primò ſententiæ in mente iudicis concipiatur, & mature deliberetur, ac deliberata in ſcripturam redigatur: & redacta corrigatur,& taliter correcta litigatoribus hora audientiæ conſueta loco ſolito maiornm, per iudicem pro tribunali ſedentem, publicè recitetur. hæc omnia ſpectant ad officium boni iudicis: quia quod magno conflictu decerni ſolet id præcipitanter, & paucis literis temerè deſcriptis diffiniri fas non eſt: vt inquit text. in l.fi. C.comminat. & epiſto. Ideo ſi ſententia non fuiſſet prius ſcripta, quam proferretur, ipſo iure non valeret, vt probatur in l.2.& 3.C.de ſen.ex breuit.reci.& cap.fi.de re iudic.lib.6. cap.in primis.2.q.1.capit.1.de ſenten.excom in 6.Requiritur ergo pro forma quod ſentētia primò ſcribatur,& deinde recitetur, adeò quod ſi iudex oretenus pronunciaret, & poſtmodum, ſcriberet: talis præpoſteratio viciaret: vt inquit Bartol. in l.fi. C.de ſent. ex preuicul. recit. quem ſequitur Lanfr. in cap quoniam contra. in §.interlocutoriæ.verſic.Secundò requiritur.de prob.& hoc pro-

70 cedit etiam in cauſis beneficialibus & ſummarijs: in quibus de plano & ſine figura iudicij procedi poteſt:quia etiam in his (vt excludatur temeritas,& præcipitatio, & vt melius per ſcripturam probari poſſit) ſententia in ſcriptis proferenda eſt,vt voluit tex.in dicta clemen. ſæpe. in verb.inſcriptis.& ibi glo. & ſcrib. de ver. ſigni. hæc igitur iuris ſolennita ſeruanda eſt, alias actus non valeret,argum.l.1.& ibi gloſſ ff.de iniuſt.rupt.teſta.& cumulat. Fel.

71 in cap.quoniam frequenter. col.3. vt lite non conteſt. & cum pro publica vtilitate huiuſmodi ſolennitas introducta fuerit,a partibus remitti non poteſt, ſecundum theoricam Inno.poſt gl.in c.in cauſis.de offi. deleg.& Caſſad. deciſ.9.nu.8.de appel.& dicam infrà.

Et

72 Et intellige quod ſententia taliter ſcribatur vt legi poſſit alias pro non ſcripta haberetur & non valeret: vt dixit in ſimili de teſtamento textus. in l.quo tutela.§.quæ in teſtamento. ff.de reg. iur. & tenet Bald.in l.1.ff.de his quæ in teſt.delen. & ſcribenda erit in ea lingua quæ fuerit communis, & intelligibilis in eo loco,& inter eas perſonas,in quo, & contra quas proferetur, puta Latina inter Latinos, Græca inter Græcos, Vulgari inter Vulgares,ſtylo nihilominus illius curiæ adhærendo: & hoc nequis ignorantia linguarum,quominus illi pareat ſe excuſare valeat:per tex.in l.iudices.C.de ſent. & l.ſed ſi §.præſcribere. ff.de inſtito. & l.1.§.fin. ff.de ver.obli.& Bar. in l.decreta.ff.de re iud.cũ alijs,de quibus per Fel.in rub.de conſti. col.fi. ver.vlterius & c.ponit Hoſt. in tit.de ſen.§. qualiter. colum.1. verſic.quarto ſi recitauit, vbi quod ſi iſtud alicubi de facto non ſeruatur, de iure tamen ſeruari debet.& Spe.in lit.de ſen.§.Iſta col.6.ver.quid de interlocutoria. vbi aſſerit in curia Francię hoc non ſeruari: cum ibi non ſecundum iura ſcripta, ſed ſecundum certas illorum locales obſeruantias procedatur.

73 Hæc tamen ſcribenti ſolennitas(ſecundum aliquos)de expreſſo partium conſenſu ommitti,& ſententia ſine ſcriptis proferri poteſt vt voluit Spec.in d.§.iuſta. col.5.ver. non valet etiam.Et ibi Ioan.And.qui aſſerit Guil.de Cu. hoc tenuiſſe:in authen. niſi. C.de ſenten. ex breuic.recit. vbi etiam hoc tenuit Angelus. Iſtud etiam tenuit Bartol. poſt.gl.in verbo.cõſentiẽtibus in fi.per illum tex.in l.quoties.C.de priuil.ſcholari.l.12.qui tex. ad hoc communiter allegatur:& tenet gl. in c.ſtatutis.in 1.glo 2.q.1.ponit gloſſ.in verb. illuſtrium.in c.fi.de re iud.li.6.& deci.Neap. 191. Abb.col.3 verſ.præterea.& Ant. Corſet.in ſingul.in verb.ſententia vt ſcis. Lanf.in cap.quoniam contra. in §. interlocutoriæ. verſic.eſt ordine ſucceſſiuo.numero octauo.de probationibus. & Iaſ.in §.curatore. colum. fin.inſtitu.de actio.

Contrarium tamen tenuit gl.in ver.de partium & Hoſtien. & Bernard. ibi in d.c.de cauſis. de offic. deleg.cum

(vt dictum eſt ſupra) ſit ſolennitas iuris in publicum fauorem introducta, cui renunciari non poteſt. l. ius publicum. ff. de pact. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. cum ſimil. & quicquid ſit de ſententia in cauſa graui & ponderoſa: illud tamen in cauſa vili & modici momenti non procederet: quia in tali, ſi partes voluerint, ſententia ſine ſcriptis ferri poterit: ſecus ſi ca erit magna: & hoc modo loquitur text. & glo. in d. l. quoties. & facit tex. in auth. niſi breuiores. C. de ſent. Prout etiam hoc non procedet in ſententia interlocutoria, ſi modo ſententia excom-
74 municationis, ſuſpenſionis, vel interdicti non ſit: quæ ob illarum grauitatem in hoc adæquantur diffinitiuè, & in ſcriptis ferri debent: vt in cap. 1. de ſent. excom. in 6. Aliæ vero interlocutoriæ oretenus per iudicem ferri & per notarium in actis redigi poſſunt, ſecundum Spec. in d. §. iuſta. col. 6. ver. quid de interlocutoria, & Bald. in l. fin. C. de ſenten. ex breuicu. recit. quod tenent commu-
75 niter doctores: vt inquit Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. x. de offic. præſi. vnde ſententia condemnatoria expenſarum, quæ ſecundum communem dicitur interlocutoria: vt dicit Alex. in l. quod iuſſit ſuper gl. magna. ff. de re iudic. ſine ſcriptis proferri poſſet. In quampluribus etiam alijs caſibus ſententia non ſcripta poterit ſuſtineri: vt nota. gloſſ. in d. c. fin. in ver. illuſtrium. & Abb. Fel. & alij in cap. Albericus per illum text. de teſt. & in c. quoniam contra in verb. interlocutiones, & Iaſon. in d. §. curare. col. fin. & in d. l. nequicquam. §. vbi decretum. cum ſimil.

76 Et aduerte quod vbi ſententia ſub verbis primæ perſonę, vt ita pronunciaui, vel ita pronunciamus &c. concepta reperitur, in ſcriptis lata pręſumitur: ſecus ſi ſub verbis tertiæ perſonæ: vt ita pronunciauit talis &c. conciperetur, vt inquit Spec. in d. §. iuſta, colum. 6. in prin. & tenet Lap. in c. fin. de appel. lib. 6. ſecundum Rot. deciſ. 409. fuit dubitandum in ſummario eiuſdem in no. quæ etiam notanter dixit quod licet de ſubſtantia ſententię ſit
77 quod in ſcriptis feratur; tamen poſtquam lata fuerit, poterit

terit per teſtes probari, vt latiſſime proſequitur Fel in c. ſicut.col.7.verſic.Octaua & vltima. & poſt Panor.ibi, in 3.no.de re iud.dicens ſufficere, ꝙ tales teſtes ſe eam legi audiuiſſe deponant, licet illam non viderint: quia ſolennitas ſcripturæ tali caſu præſumetur, per illum text.pro-
78 ut præſumeretur ſi notarius dixiſſet lata, lecta, ac ſenten tialiter promulgata & c. quoniam ex verbis huiuſmodi ſcriptura præſumeretur: vt per Bar. in l. ſciendum.in fin. ff.de verb.oblig.& Bald.& Fel.in d.c.ſicut.col.7. verſicu. limita niſi quod intellige quando ſententia in rem tranſiuiſſet iudicatam: quia tunc ob authoritatem iudicati ſolennitas illius præſumitur per dict.capitu. ſicut & cap. cum inter.de re iudic. & capit. bonæ.el 1. de elect.& vbique ſcrib.

79 Licet quando ſententia probaretur per teſtes, non haberet fauorem ſolitum, neq; executionem paratam: prout ſi de ea ſolenniter ex proceſſu conſtaret, quinimo tali caſu intentare actionem iudicati, & iudicio ordinario agere oporteret: quoniam ceſſaret illud notorium iuris quod ex prima facie ſcripturæ publicæ non aboletæ, nec cancellatę & reſultat. argum. text. in l.fin.C.de edic.diui Adr.toll.& tenent Bar.in ſimili loquendo de inſtrumento garentigiato probato per teſtes, in l.1.in princ. & ſi & ibi Pau.de Caſt.ff.de his quę in teſtam.delen. & Felin.in dicto cap.ſicut.col.3.verſicu.1. declaratio. cum ibi adductis.de re iud.

80 Diximus etiam ex ſolennitate ipſius probationis ſententię requiri: vt per iudicem in loco ſolito maiorum, & tempore congruo, ideſt de die & non de nocte proferatur: vt plenè in c.conſuluit per illum tex.de offic.deleg. & l. ſi vt propoſuis.la 2. C. quomo. & quand.l. pen. & ibi ponunt ſcriben.ff.de iuſti. & iur. & not. gloſ. in rubr. C. commina.vel epiſt. & doctores in cap. qua fronte. de appel. de quo ſatis diximus ſupra de defectu iuriſdictionis tractando.

81 Debet inſuper ſententia publicè, ideſt pro tribunali, & coram notorio ac officialibus conſuetis, non autem

priuatum & ſecreto loco, promulgari, quia tunc ſenten-tia non valeret: vt probari videtur in l. cum ſententiam. C. de ſenten. & tenet Hoſt. in ſumma in ti. de iud. §. qualiter in prin. & Spec. de ſent. §. qualiter. colum. 3. verſi. debet autem ferri. Actus namque ſecrete & loco non ſolito
82 clandeſtine celebrati quaſi fraudulenti reprobantur. arg. c. quia propter. in fi. de elect. c. cum inhibitio. de clande. deſpon. & d. c. qua fronte. in prin. vbi ponunt doc. & ponit Dec. in conſi. 329 in 3. part. poſt Bal. in l. 1. C. de interd. mat. & doctor. in l. clam poſſidere.
83 In hoc tamen arbitror qđ ſi locus & tẽpus ipſis litigatorib. intimata fuiſſent, quamuis viderentur parũ idonea ſi partes non appellaſſent, ex hoc ſñia non eſſet reprobanda: ex quo de loco ad locum, ac de tempore ad tempus a partibus hoc ſcientibus & tacentibus videtur facta prorogatio, vt voluit Bald. in d. l. fi. ff. de iuſt. & iur. & Alber. de Roſato in d. l. cum ſententiam. C. de ſent. Aym. conſil. 140. in cauſa ſpolij. col 2.
84 Diximus etiam ꝙ ſententia poſtquam ſcripta fuerit, debet per iudicem pro tribunali ſedentem legi & recitari: alias ſi iudex dum profert ſententiam non ſederet, ſententia tanquam iuris ſolennitate omiſſa prolata, non eſſet valida: vt eſt text. in c fi. in fin. de ſent. & re iud. li. 6. vbi gl. in hac materia magiſtraliter loquitur: & gl. in authen. vt ab illuſtribus & qui ſuper eos in ver. ſedere. & tex. in l. eo. lib. in tit. de iud. §. ſedebunt autem. & ponit glo. in l. 1. C. de ſent. ex breui. recit. & Hoſt. in ſumma titu. de ſent. §. qualiter in prin. & Spe. in tit. §. iuſta. col. 5. verſicu. item eſt nulla ratione modi. vbi Ioan. And. in verb. ſecundum. dicit quod ſedere in iudice pronunciante, & vbicunque actus requirit cauſæ cognitionem, eſt de ſubſtantia: quia talia a iudice ſedendo, non procedendo expediuntur. l. ſi a procedente. C. de dila. l. 2. §. dies. ff. quis ord. in bono. poſſeſ. ſerue. ponit gl. in cle. ſæpe in verb. ſtans. vbi dixit hoc non procedere in cauſis ſummarijs & alijs breuioribus, in quibus de plano proceditur, per illum text. & l. leuia. ff. de accuſatione quicquam. §. de plano. ff. de offi-

officio, præſi. l. ſi defenſor. §. illud iuncta. l. nolit. & ibi gloſſ. ff. de interrogat. actione & pro ſingul. ponit Rom. ſingul. 728. An poſſit ſententia. cum ſequen. Et ſolenlennitas iſta ſedendi, cum ob maieſtatem iudicis conſeruandam, tum etiam vt maiori prudentia & animi maturitate & deliberatione ſententia ipſa progrederetur, adinuenta eſt. Sedendo namque animus quieſcit. & quieſcendo prudentior fit vt notari conſueuit in dict. §. ſedebunt: vnde ſi ſententia ex abrupto, & per iracundiam proferretur, non eſſet ſecundum leges, videlicet maturè & deliberato conſilio, ſed potius iracundia, odio & mentis præcipitatione lata, & propterea quia impedit ira animum ne poſſit cernere verum. talis ſententia non deberet admitti: vt eſt bonus tex. in cap. iracund. & capit. cum apud. & cap. ſummopere. vndecima quæſt. tertia. Nam calore iracundiæ factum pro infecto haberi debet. l. licitario. in princip. ff. de public. l. 3. ff. de diuor l. ſecunda. C. ad leg. Iul. mai. l. quicquid. ff. de regu. iur. quam legem optime declarat Ro. ponendo nunquid geſta per iracundiam. valeant, ſingul. 508. volo commentare legem quicquid. & d. Abb. in c. Acli clerici. colum. 7. verſic. & inquantum. de iud. latius per Felin. in c. ſicut ex litteris. col fin. de iureiur. & c. dilecti filij. colum. fin. excep. & ca. Matthæus. col. 1. de ſimo. cum ſimil. cautius tamen foret ab huiuſmodi ſententia appellare, per ea quæ dicemus infra: de ſententia lata per ſordes. & ad prædicta de geſtis colore iracũdiæ. vide Antonium de Pituita in l. 1. in § 1. effectu de iureiuran.

85 Oportet ẽt vt dictum fuit ꝙ ſnĩa ꝑ ipſumet iudicẽ legatur, & recitet: alias ſi ꝑ aliũ hoc fieret: & iudex de gñere illuſtriũ ac maiorib. iudicibus nõ foret (vt erat pfectus prætorio, ac Eps & ſimiles) non valeret: vt eſt tex. in c. ſi. de re iu. in 6. & l. 1. & 2. C. de ſen. exc. breuic. reci. ponit Hoſt. in ſumma. in tit. de ſenten. §. ſequitur in princ. de quo per Lanf. in c. quoniam contra, in §. interlocutoria. nu. 9. Eſt tamen aduertendum quod Iaco. But. Bald. & Sali. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. face. poſſ. tenẽt quod quili-

bet

bet iudex lectionem ſuæ ſententiæ alteri committere poſ ſit:dummodo poſtquàm fuerit lecta,dicat,& ita abſoluo, vel condemno &c. vel ita pronunciamus &c. & idem videntur tenere Domin.& Philip.in d.c.fin.de re iud.& Felyn.in c.ſuper quæſtionem. ver.in glo. in verb.cauſæ.nu. 7.vbi pro hac parte plura allegat.de offic.deleg.& in cap. ſciſcitatus.col.5.ver.illiterati,de reſcrip.ſed Bartol.in d.l. 1.C.de ſen.ex breuic.reci.& Lanfran.in loco vbi ſupra dicunt ita fieri conſueuiſſe: quando iudex, qui eſt de maioribus pronunciat. Specu. autem in titu. de ſenten.§.iuſta. col.6. verſ. quid de interlocutoria. dicit ſatis fore, quòd per ipſum iudicem ſubſtantialia, & concluſio ipſius ſententiæ recitentur: & ꝙ in curia Roma. Pontifex, & alij ita vtuntur. Et nempe iſtud in curia Capitolij ſeruari conſueuit: ſed in ſacro Palatio & in alijs locis dictæ curiæ, iudices noſtri temporis, prout in papyri cedula pronunciare conſueuerunt: quæ cedula tunc non apparet: quamuis ſcriba ſe notarius atteſtatur eãdem cedulam ab ipſo iudice fuiſſe tunc lectam: ꝙ potius ex ſtylo,quam ꝙ verè ita fiat toleratur: cum pro veritate iudices ipſi cedulas huiuſmodi non tunc legẽt, ſed poſtea illas per ſimilia verba(ita pronunciaui ego N.)ſubſcribere duntaxat conſueuerint.

86 Et nota quia in huiuſmodi ſubſcriptione nomen dignitatis, ſeu officij præponi deberet: & poſtmodum nomen proprium ipſius ſubſcribentis: quod tamen de conſuetudine non ſeruatur: ſed pro elocutione, ac demonſtratione magis apta, primo ponitur nomen iudicis, & poſtea eius officium, ſeu dignitas deſignatur, hoc modo (ita pronunciaui ego Sebaſtianus Vantius iudex commiſſarius, vel locum tenens, aut gubernator, ſenator, & ſimilia) prout eſſe contigerit: docet Bald. in l. 2. C. de ſenten.ex breuic. reci. & ſuper omnia in ſimilibus adhærendum erit ſtylo, & conſuetudini illius curiæ,in qua negotium tractabitur: quia quo ad illas ſolennitates ſententia ſecundum fori conſuetudinem formanda, & dictanda eſt vt dictum eſt ſupra: & ponit Specul. in titu. de

ſen-

ſenten. §. qualiter in 1. colum. de quibus ſtylo & conſuetudine iudex etiam in camera a notarijs, ſeu alijs in ſimilibus expertis ſe informare poterit: vt dicit Anto. de But. in c. fi. colum. antepe. verſicu. ad primum &c. de conſuetu. Bart. & Flori. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Cyn. in l. 2. verſicu. Secundo quia. C. quæ ſit long. conſuetu. Bald. & Alexand. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc cum ſimil. de quibus per Alexand. qui hoc tenet conſilio 82. viſo colum. 2. in fin. lib. 3. & conſilio 14. viſo. in princip. lib. 5. Dec. conſilio 655. colum. penult. in fin. & conſi. 462. colum. 5. in fin. Gozad. in conſilio 101. audio. col. pen. verſic. 13. Cum iſta. quid autem ſi omitteretur nomen iudicis: ſed in ſubſcriptione illius loco reperiretur ſimilia verba, curia ita pronunciauit, ſeu ordinauit &c. an valerent? & tene quod ſic: quoniam per illud verbum curiæ intelligeretur de iudice illic præſidente. arg. l. ſi vno. ff. locat. & l. ſi olei. C. eod. titu. ita in terminis tenet Gui. Pap. q. 451. quid contineatur.

Hæc autem ſolennitas lecturæ ipſius ſententiæ, cum ſit actus qui tempore prolationis poteſt, & ſolet inter-
87 uenire, per enunciationem & narratiuam ſententiæ probabitur, ac etiam de facili præſumetur, iuxta tradita per doctores in l. ſciendum. de verb. oblig. & ponunt Canoniſtę in d. c. ſicut. vbi Fel. poſt alios in col. 7. verſicu. iuxta. de re iud.

88 Illa autem verba quę opponi per notarios communiter conſueuerunt, videlicet lata, data, ac in his ſcriptis promulgata &c. non ſunt de ſubſtantia, neque de ſolennitate legis, & propterea omiſſa non vitiaretur, vt voluit gl. in verb. illuſtrium in ca. fin. de re iud. in 6. quæ gl. in hoc ab omnibus communiter approbatur, vt inquit Alexan. in conſi. 90. fere num. 4. lib. 1.

89 TRANSEAMVS nunc ad nullitates ex defectu formę ipſiuſmet ſententię extrinſece, vel intrinſece reſultantes. Pro cuius declaratione, ſcire debes quod ſententia nihil aliud eſt quam controuerſiæ propoſitæ a iudice legitime facta declaratio, ſeu definitio. Ea igitur

ſen-

ſententia quæ controuerſia legitimè non diffinierit, ex quo caret effectu ac ſubſtantia propria & formali, nomine etiam ac effectu carere debet: & veluti inſufficiens ac defectuoſa reprobanda eſt.

90 Propterea vides ꝙ ſententia, quæ condemnationem, vel abſolutionem, aut controuerſiæ in iudicio propoſitæ, per ſe, vel æquipollens, declarationem non continet. dicitur, ipſo iure nulla aut eſt tex. in l. præſes. & in l. cum iudex. C. de ſent. rir. generali. & l. ait prætor. §. 1. & l. præſes, & l. in ſumma. ff. de re iud. Sententia itaque debet eſſe talis, vt iudicium & controuerſiam de præſenti diffinita: cum illud in pendenti relinqui non debeat. l. non quemadmodum. ff. de iud. idcircò ſi ſententia ſimpliciter per verbum gerundium, vel futurũ tempus deſignans
91 conciperetur, prout quando dicitur talem condemnandum, vel abſoluendum eſſe, & cęt non valeret: vt tenet Bartol. in l. 1. C. ſi aduerſ. libert. Io. Andr. in Specu. de except. §. viſo. in verb. pronunciari. quoniam aliud eſt quem liberandum, & aliud liberatum eſſe, vt in l. quem ſub conditione. §. fin. ff. de condi. inſti. gloſ. in c. frater. 16. q. 1. & in c. ſuper eod. in verb. ordinet. de off. deleg. ita declarant doct. in d. l. præſes. & Imo. Ro. Alexan. & alij in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & Fel. in c. cum venerabilis. col. penul. verſicu. non obſtant adducta. de excep. vbi aſſerit hoc intelligi debere, quando in ſententia non præcederet verbum aliquod, quod poſſet importare diffinitionem de præſenti: ſecus ſi pręcederet, & foret appoſitũ verbũ præſentis tpis diffinitiuum, & poſtmodum adijceretur, quo ad implementum & executionem ipſius ſententiæ, aliud verbum futuri tpis enunciatiuum, ſeu quod ſaltim implicitè & virtualiter foret ſuppoſiti negotij de pręſenti declaratiuũ. Exẽpli gratia ſi diceretur, declaramus ſeu diffinimus rem, de qua agitur, ipſi actori fore reſtituendam, iuxta tex. in c. eccleſia. in fi. de conſti. & l. Æmilius circa fi. ff. de minoribus. cum alijs adductis per Andr. Scul. in c. ſi pro debilitate. col. fi. de offi. deleg. Nam tunc eo ipſo ꝙ declaratur rẽ reſtituẽdam eſſe, tacitè & virtualiter

liter declaratur etiam rem illius eſſe,& ad illum ſpectare: prout etiam quando dicitur minorem reſtituendum:quoniam virtualiter intelligit eundem læſum fuiſſe ad poſitionem etenim conſequentis ſequitur poſitio neceſſarij antecedentis.l.ad rem mobilem . l.ad legatum . ff.de procur.l.2.ff.de iuriſd.om.iu.l.Pomponius. verſi.ſed & is eo. tit.de procu.& ponit Alex.conſi.52.viſo,lib.2.in fi.quamuis cautius foret poſt illud verbum condemnandum, ſeu abſoluendum vel reſtituendum &c.addere hoc verbum prout & nos condemnamus,vel abſoluimus , aut reſtituimus quod optimè in Ro.cu.ſeruatur .

92 Et quamuis (vt dixi) iudex non vteretur præcisè hoc verbo condemno , vel abſoluo , nihilominus pro validitate ſententiæ.Illud exprimere per ſuum æquipollens ſufficeret: puta ſi diceret. credo Titium decem debere Mæuio:quia hoc ſatis eſſet,ſecundum gloſſ.in l.diem proferre.§.ſi plures.in gloſ.magna ff.de arbit.quam dicit ſingularem Imol.Rom.Alex.& Iaſ.in l.1.ff.de re iudic.& pro qua videtur text.in l.ſi quis filio. §.irritum . ibi, & credo &c.vbi Imol.& Ang.ff.de iniuſt.& irrit.teſta.

Idem foret ſi iudex dixiſſet, non video cur Titium nō condemnem : quia perinde eſt ac ſi dixiſſet, condemno. l.1.§.ſi quis ita . & ibi ponunt ſcrib. de verb.ſign. Alex.& Iaſ.in d.l.1. ff.de re iud. & Felin. in d.c.cum venerabilis. col.pen.de excep.

Vel diceret, videtur mihi Titium debere. l.quid tamen. §.ſi arbiter. & ibi Bart. ff.de arbit. l.diui fratres.§ 1. verſi.pronuntiare debebunt. ff.de liberali cauſ. cap. 1. vbi Abb.in final. verbis illius tex. de iud. & ponit Alex.conſi. 19.col.3.lib.5.& facit id qđ ponit Decius,loquens de illo verbo videtur,in conſi.539.in inclyta. circa fi.lib.4.

Satis etiam foret in reali pronuntiare rem eſſe petitoris:vt in l.ſi inter me.circa fi. ff.de excep. rei iud. quoniam eo ipſo quod iudicatur rem meam eſſe , iudicatur etiam alterius non eſſe.l.Pomponius.§ ſed & is.ff.de procur.

Sufficeret ēt ſi iudex vteretur verbo ſtatuimus,præcipimus,ordinamus,decernimus,declaramus , & ſimilibus: nam

nam per talia verba ſententia diffinitiua ferri poteſt. cap. in his.extra de verb.ſign. prout etiam dici poſſet, imponimus tibi perpetuum ſilentium &c. per text. in l. Aurelius.§.centum vbi gl ſi.ff.de libe. leg. & ponit Bald.in l. præſes. in fin. C.de ſent. quia non refert, vt dixi quibus verbis vtatur Iudex in pronunciando, dummodò ex eis ipſius intentio percipi poſſit. inquit Anch. conſil. 16. viſo proceſſu. & conſil.78. ex verbis circa fin. Latius præmiſſa Spec.proſequitur in tit.de ſent. §.vt autem.colum. 4.verſic.& nota qood non eſt vis.Et ſi diceret iudex, condẽno,imò abſoluo, ſententia abſolutoria videretur argu. tex.in l.Stichus. imò Pamphilus. ff.de ma. teſta. & ponit Bal.in prima conſti.C.§.in quibus.colum.pen.verſ.deinde verò. prout ſi diceretur, volo nolo: quia vltimum verbum attenderetur, vt dicit idem Bal. in l.quidam eulogio.col.1.verſic.quid ergo.C.de iure delib.arg.l.ſi Inæqualibus.ff.de hære.inſtit.& præmiſſa refert etiam, & ſequitur Dec.conſi.345.in caſu.colum.4.verſic.non obſtant verba.lib.4.

93 Item ſufficeret quod iudex declaret factum ſuper quo dubitatur: quando pœna vel executio ipſo iure ſuccedit, prout dicendo talem hæreticum vel criminis læſæ maieſtatis rerum declaramus, aut ſimilia: quia tunc talis ſententia incontinenti a lege, certam & determinatam pœnam contra huiuſmodi delinquentes imponente perficitur: prout eſt tex.in cap. cum ſecundum. §.fin. de hæret.in 6.& cap.pro humani. in fin.de homicid.eodem lib. quæ ſententia appellari conſueuit declaratoria: & priuſquam feratur, executio aliqua contra quoſcunque quan tumuis criminoſos, fieri non poteſt, per tex.in dict.cap. cum ſecundum.& ponit Fel.in capit.Rodulphus.in verſi. ſed declaratoria. de reſcrip. & cap. præterea. in prin.de ſponſal.& Alexan.conſi.103.videtur.colum.pen. verſi. & regulariter. lib.2. & conſil. 124. omiſſis columna 1. eodem libro.

91 Ex quibus colligi poteſt, quod ſi iudex per ſententiam ſuam abſq; aliqua temporis præfinitione aliquem relegaret,

garet,

garet, ſententia huiuſmodi eſſet valida: quia tēpus, quod deeſt, a lege ſuppleretur, taliſq; intelligeretur relegatus per tempus decennij per text. in l. ſiue pręfinito. & ibi Bart. ff. de pœ. quem pro ſingulari adducit Bal. ad hoc in l. 1. C. de poſtulat. & in cap. ex literis. col. 6 de conſtitut. ſequitur Iaſ. in l. ait prętor. §. primo. colum. final. ff de re iudic. & in §. curare. verſiculo nunquid autem. inſtit. de actio.

96 Ex his etiam datur intelligi decreta illa, quę quotidie fiunt, admittendo, vel aliquid faciendo, ſi & quatenus, vel ſi inquantum de iure fuerit &c. ſuſtineri poſſe: cum habita relatione ipſius iuris quod certum eſt decreta huiuſmodi incontinenti certificantur: vt de his plura ponit Felin. in c. cum contingat. col. 3. de off. deleg. Maximè quia tales clauſulę modum non conditionem important: vt dicit Lap. allega. 87. Matthęus. colum. fi. de quo latius vide per Vital. in tract. clauſ. ſuper clauſula. Si & inquantum. quamuis bonum foret ab huiuſmodi decretis quantum fieri poteſt, abſtinere, quoniam & ſi incertitudo non vitiet actum qui ex iuris diſpoſitione declarari poteſt per ſupradicta. & ponit Bald. conſil. 115. verba. prope fin. lib. 1. hoc tamen procedit quoad ipſas partes ad quas iuris declaratio non ſpectat. ſecus autem quoad iudicem qui ius ipſum declarare, non autem ad illud ſe in confuſo referre debet, vt voluit Aret. conſilio 28. colum. 2. in ſecundo dubio. quem retulit & ſecutus eſt Aym. conſi. 162. nobilis Rubertus. col. 1. nu. 3. & 6. & videbimus infra. ſententia itaq; per ſe vel relationem ad aliud negotium propoſitum diffinire debet, alios effectus proprios ſententię non operatur, neque deberet tali nominę nuncupari.

97 Idcircò ſi eadem ſententia non eſſet conformis controuerſię, & petitioni partium dici non poſſet ꝙ illam dirimeret & diffiniret. Et propterea non valeret, quaſi quod iudex extra interrogata reſpondiſſet. arg. text. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbor. obligat. l. de ętate. §. cum prętor. ff. de interroga. actio. & eſt text. iuncta gloſ.

in verſic.petitionis.in c.inter dilectos.de fide inſtru.Vnde conſueuit dicit quod fatuus eſt iudex, qui in aliud condemnat quam ab eo fuerit petitũ,vt dicit tex.in l.fi.C.de fideicomm. libert. quia iuxta formam petitionis partium ſententia dictari debet.c.licet Hely.de ſimo.cle.ſæpe.verſ. verum quia.de verb.ſign.c.qualiter.el 2.circa fi. de accuſat. iudex namque ſuper non deductis coram eo poteſtatem non recipit, vt dicit text. in l.vt fundus. ff.communi diuid. conuenit igitur iudicantem antequam ſententiam formet,diligenter examinare acta, & videre quid,& qualiter petatur ab eo,id eſt cõſiderare rem petitam, cauſam petendi,& modum ſeu actionem intentatam,& cum illis ſententiam ſuam conformare, quoniã ſi ſuper alia re, vel ex diuerſa cã,aut per alium modũ ab eo,quo fuit actum, ſnĩam daret, cum ſuper illis non fuerit lis conteſtata, nec ſeruatus aliquis iuris ordo,eſſet ipſo iure nulla, vt declarat Bald.in l 1.col.2.ver.extra oppono. & in fi.C.ſi plures vna ſent.& in d.l.fi.C.de fideicõm.lib.& tenet Alex.cõſ. 191.in cauſa.col.2.in fi.li.6.& facit tex. in c.Abbate ſanè. ver.cæterum.de re iud.in 6.& glo.1.in c.hæc quippe.circa medium.3.q.6. cũ alijs ad propoſitum adductis per Boer. deci.42.ſub num.18.Ancha.conſi.83.col.1.

97 Erit tamen aduertendum, quia ſatis fuerit vt illud ſuper quo pronunciatur acceſſoriè, aut virtualiter ex natura actionis,vel alias comprehendatur, & petitioni ſubſit:quia tunc quod ſententia ſit extra petita dici non poterit,cum ſaltim tacitè inſint,vt declarat idem Bald.in d. l.fi.& in lege & ſi ſeuerior.colum.3. C.de his qui no.infa. Franc.Aret.in lege vinum.ff.ſi cert.pet. Iaſ.inſti.de act. §. curare.verſi.4.principaliter & vltimò. & latius ponit Fel. in d.cap. Hely. licet colum.pen. vbi poſuit 31. limitationes ad regulam illius textus, quæ magis declarationes ſunt ſuper hoc, quando aliquid in iudicio cenſeatur ſaltim tacitè & virtualiter deductum, prout ex earum lectura patet. & in materia.vide Alex.conſilio 48.in cauſa, colum.2.lib.7.& conſi.8.viſo.col.2.lib.5.& Bar. in extrauag.ad rep.in 5.figura.& Cor.conſ.329. oſtenſo.in princ.

vbi

vbi loquũtur de cauſis ſummarijs & qualiter regula iſta intelligitur in illis.& vide Afflict.dec.95.Ang.in ti.ex his ergo poterit iudex condemnare ad reſtitutionem rei vna cum fructibus, etiam quod fructus non eſſent expreſſe petiti,qui acceſſorie & virtualiter inerant petitioni rei,vt per Ant.de But.Abb.& alios in c.grauis. de reſt.ſpol. legitæ in l.ex diuerſo,in princ. ff.de re vend. tenet Guido. Papæ.q.405.Sempronius.

98 Ex eiuſdem infertur etiam ꝙ ſentẽtia,abſque eo ꝙ aliquis ex litigatoribus petat & inſtet, per iudicem lata, ſit ipſo iure nulla, ex quo iudex ad commodum partis, in cauſis ciuilibus,ſuper his quæ principaliter in perſonis litigatorum radicantur,regulariter nemine petente ſe non tromittit.l.4.§.hoc autem iudicium. & ibi Bart.colum.3. in ff.de dam.inf.l.vnic.& ibi no.C.vt quæ deſunt aduoc. & ponit idem Barto.& ibi Alex.in l.1.C.de error.aduoc. Anch.conſi.36.viſa.col.2.& conſi.167.viſis.col.2. ver.2. principaliter Hip.in l.vnius.§ cognitorum.verſ.ad ſuperius dicta.nu.21.de q. & Franc.in c.dilecto. q.34. de app. vbi etiam dixit quod iudex ſententiam nullam reformare poteſt,etiam quod pars non petierit, quia pro abſente iudex ſupplere poteſt, ſecundum Bald.in l.ampliorum.in prin.C.de app.prout etiam ſupplere poteſt in cauſa fiſcali.vt per Rom.in ſing.564. Non poteſt pro eo. & in alijs caſibus poſitis per Bar.& Rom.in d.§.hoc autem iudiciũ. & Bal.& Salic.in d.l.1.vt quæ deſunt aduoc.& idem Bal. in c.cum nobis olim.de elect. poſt gl.& Dominic. in cap. priuſquam.28.diſt. Iaſ.in l.properandum.§.& ſi quidem. col.2. C.de iud.

99 Ex eadem ratione videtur dicendum ſententiam ſuper conuentione, omiſſa reconuentione, latam eſſe nullã ex quo iudex ſecundum acta & propoſitam controuerſiã iudicare non videtur: quia conuentionem & reconuentionem vnica ſententia terminare debebat. capit. cum dilecti.de ord.cogn. & capit.primo, & ſecundo. de mut. pet. Et quod ſententia hoc caſu ſit nulla, tenuit gl.prima. in fi.in cap.cuius in agendo.3.queſt.8.contrarium tamen

tenendum eſt: quia iudex hoc caſu quod iudicauerit extra petita dici non poteſt, poſtquam ſecundum petitionem actoris iudicáuit, quamuis petitionem rei ex aliqua cauſa, puta quia ſibi non liquet, omiſerit. Nam iudex hoc facere poteſt, vt l. quid tamen. ff. de arbit. l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. & propterea quamuis ambæ controuerſiæ vnica ſententia (ſi fieri poteſt) terminandæ ſint tamen ſi conuentio omitteretur, appellandum eſſet, alias ſententia ipſo iure tenere: ex quo lex magis ſuper hoc cõſulit, quam iudici neceſſitatẽ imponat, vt declarat Ang. poſt gl. in l. 1. §. fi. in fi. vbi eſt tex. ff. quæ ſen. ſine ap. & tenet gl. & hoc ibi firmat Fel. in d. c. 1. de muta. pet. & gl. in verb. in eadem ſententia. vbi etiã hoc tenuit Inn. & Abb. in c 2. de ord. cog.

200 Quinimò iudex ſi res in iudicio deducta diuidua & ſeparabilis foret: poſſet (vt dix) ſuper aliqua parte eorum quæ in iudicio deducta eſſent duntaxat pronunciare, & ſententia ſua valeret: prout videmus quòd ſi iudicium ſimul contra plures cœptum ſit, reſpectu vnius ſententia ferri, & reſpectu alterius iudicium differri poteſt, vt eſt tex. & ibi Barto. & al. j. in l. non idcircò in princ. ff. de iu. & idem Bar. in l. 5. §. fi. ver. pone quòd vnus. ff. de verb. obl. & plura referendo tenet Dec. conſi. 395 in cauſa iſtorum. in prin. li. 2. & dec. Neap. vt per Cap. dec. 8. in prin. Nam quot ſunt res ſeu capitula, tot videntur ſententiæ: & vitiato vno, aliud remanet, l. etiam. §. 1. vbi eſt glo. ordinaria, & ibi Barto. Et cæteri declarant. ff. de min & l. dicere. & l. quid tamen. ff. de arb l. quædam mulier. ff. fam. erc. & Spe. in ti. de ſen §. iuſta. verſi. item eſt nulla ratione qualitatis & Bald. in l. generaliter. in 2. col. C. de epiſc. & cler. Alex. in l. ſcire debemus. per illum tex. ff. de verb. oblig. & Io. Mill. in verb. ſentẽtia ſi fertur ſuper parte. & Guid. Pap. q. 27. in manibus. quam vide.

Secus ſi iudicium eſſet indiuiduum & connexum: quia tunc ſententia non poſſet ferri pro parte: ſed totum diffinire deberet; alias non valeret, per tex. in l. in hoc iudicio. & ibi glo. Bar. Cuma. & alij. ff. fam. erc. l. apud Celſum. &

ibi

ibi Alex.ff.de doli excep.Bal.in l.2. C.de re iud. & in l.1. C.ſi aduerſ. rem iud c. nam iſto caſu procedit regula quod vtile per inutile vitiatur: vt per Ægid. dec.12.ſi in Eccleſia declarant doctrinā in l.ſancimus. §.1. C.de don. cum alijs de quibus per Dec. conſil.432. cum ſit. colum. 3.in princ.lib.3. Ancha.conſi.207.in quæſtione. colum.2. in fine.

Præmiſſa tamen non procedunt in arbitrio, qui ſi non fuerit dictum quod ſimul omnia terminare debeat, ſuper parte duntaxat validè pronunciare poterit. l.quid tamen. & l.non diſtinguemus. §.cum in plures. ff.de arbit fallit etiam in quibuſdam alijs caſibus, in quibus ſententia pro parte dūtaxat lata valet: vt per Fel.poſt Ant.Imo.& Pan. in c.cum inter.colum.3.verſ.ſententia.de re iud.vbi ponit regulam cum tredecim fallentijs, quam caſu occurrente videre poteris.

102 Ex eiſdem etiā infertur, quod ſentētia quæ ex aliquo redditur dubia, vel obſcura non valet: ex quo controuerſiam & negotium verè diffiniſſe dici non poteſt: quinimo dubietas adhuc retinet partes ancipites & dubioſas: & ſic perinde eſt ac ſi non fuiſſet lata quoad cauſæ & controuerſię prępoſitæ deciſionem. arg. l.de ætate. §.qui tacuit.cum ſeq. ff.de interro. actio. Et pp etiam quod res in iudicio deducta ſit generalis & dubia, curare tamen debet iudex certā proferre ſententiam vt in §. curare. inſtit. de actio.& toto tit.C.de ſent.quæ ſine cer.quāt.prof.& ponit Spe.in tit.de ſen.§.qualiter verſi. item debet eſſe certa cum alijs, de quibus per Alex.cōſ.109.viſo.col.1.l.5.& declarat.cōſ.187.in hac col.2. in 1.li.2. Dec.in conſ.8.nu.6. lib.1.qm̄ ſi ſnīa non eſſet certa & liquida, non poſſet executioni demādari, ſed anteq̄ exequeretur, eſſet neceſſe eā dē declarare & liquidare: vt Bal.in add.Spe. in tit.de ſent. col.3. verſi. ſnīa non liquida prout dicitur de inſtrumento non liquido habēte executionē paratā; quia priuſquā exequitur liqdari debet; vt declarant Bart.Bal. & Ang.in l.1.in fi.de leg.2. Alex.conſi.94.viſo.col.2.in fi.lib.6.& cōſ. 136.viſo.col.fi.li.5.Dec.conſ.222. viſis.col. 1.li.2. & Ang.

de Aret.inſtit.de excep.col.24. ſuper rub. & Iaſ.in l.certi conditio.in prin.colum.7. ff. ſi certum pet.prima igitur ſententia pro ſui certitudine aliam poſt ſe requireret ſen tentiam, & propoſitum negotium non diffiniret, & eſſet inſufficiens per ſupradicta. Et idem ſi foret incerta & dubia ob ſui perplexitatem, aut repugnantiam: quia non valeret argum.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.eſt glo. in c. ſi is qui 11.q.3. & tenet Bart. in l.duo iudices. in fin. ff.de re iud.& Alex.conſil.124.in cauſa in fi.lib.2.& conſi. 49.in cauſa.col.2.lib.7.Aym.conſil.79.quondam. colum. 3.in princip. Anch.372.pro declaratione. columna ſecunda.in fine.

103 Dicetur nihilominus certa & liquida ſi retulerit ad acta, quæ certa ſint: quia hoc ſatis eſt: vt probatur in l.in ſumma. ff.de re iud.& l.2. C.de ſent. quæ ſine cert. quant. certum enim dicitur nedum illud quod ex ſe certum eſt, ſed illud etiam quod eſt certum per relationem ad aliud.l.certum.ff.ſi cert. petat.prout arguit Abb.in cõſilio 28.verſ. quartò adduco lib.1. quoniam relatum cenſetur eſſe in referente. l.aſſe toto. ff de hær. inſtit. l.ſi ita ſcriptum. ff.de condict. & demon. & ponit Dec.conſilio 47.col.2.in princ.lib.1.& conſi.77. colum.2.in fin. eo.lib. Ad aliud tamen quam ad acta pro eius certitudine ſententia ſe referre non poteſt: vt eſt communis opinio ſcribentium, de qua atteſtatur Alex.in conſi.53.quæritur.colum.fin.li.5.idem atteſtatur Iaſ.in l.ait prætor. §.1.col.4. ff.de re iu.& in d. §.curare verſ. quæro ergo in primis.nu.

104 37.inſtit. de action. vnde iudex qui pronunciauit prout in conſilio in actis nondum exhibito, eius ſententia non valebit, ſecundum doct.in ſupraſcriptis locis: quamuis ſecus foret, ſi conſilium penes acta reperiretur.nam tunc ſententia ad illud relata valeret: vt voluit Spe.in tit.de excep. §.viſo col.9.verſi.porrò in Italia, & in tit.de ſen.§.qualiter.col.2.verſi. quid ſi iudex. cum alijs latiſſimè congeſtis per d.Fel.poſt alios, in c.cum venerabilis. col.14.verſic.3. dum concludit.extra de excep.& ponit Ale. d.conſi.109. & conſi.185.viſo.col.fi.lib.2.

Præmiſſa tamen intellige quando (vt eſt dictum) ſententiã expreſſe ſe refert ad acta: ſed ſi ſimpliciter dixiſſet, condemno te ad ſoluendum id quod debes &c. tunc ſi
105 certa quantitas ex actis probatorijs, in quibus cauſæ deciſio conſiſtit appareret, ſententia huiuſmodi valeret: quia ad ipſa acta tacite ex legis diſpoſitione cenſetur facta relatio, ſecundum glo. ordinariam in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de exhiben. reis. Acta enim probatoria quaſi virgulæ ad ſententiam declarandum cenſetur: vt inquit Bald. in cap. cum ſuper. ad fin. de cauſ. poſſeſ. & proprie. & refert Fel. in cap. licet Hely. & columna antepe. extra de ſimo. & ponit Alexand. conſilio 12. attentis. in fin. lib 7.

Sed ſi quantitas certa, non in actis probatorijs, ſed in reliquis, videlicet aſſertorijs, & enunciatiuis, ac fidem non facientibus reperiretur, prout eſt libellus, ſeu poſitiones & articuli. quoniam ad iſta nec tacite nec expreſſè ſententia refertur, tanquam dubia & incerta non valeret, prout hæc fuit reſolutio & concordia diſcordantium opinionem, quam poſuit Bar. in l. 3. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. vbi Alex. dixit eam communiter teneri. & Ang. in d. §. curare aſſerit ita in practica ſeruari & tenent Can. in d. cap. Cum venerabilis. & Lanfr. in cap. quoniam contra. §. interlocutoriæ. num. 1. ver. attende tamen extra de probat.
106 & Bald. Sal. Fulgo. & alij in d. l. 3. in quibus locis late reperies articulum examinatum, ac etiam quod ſẽtẽtia ſuper iudicio vniuerſali (vt petitione hæreditatis) vel generali (vt adminiſtratione tutelæ) vel ſuper acceſſorijs) prout in fructibus, & expenſis) vel quando terminus ſeu inſtantia liberetur: & nondum liqueretur de cauſa, etiam quod eſſet generalis & incerta non vitiatur: & per glo. fi. vbi ſcribentes in d. Querelam, de proc. & Spe. in tit. de excep. §. viſo. ver. quid autem prius. dum ponit de condem. expen. quando non ſunt liquidæ. & per eundem in tit. de ſent. §. qualiter. colum 2. ver. item debet eſſe certa. & ibi Ioan. Andr. in ver. Tuas. & Iaſ. latiſſime in

.d. §. curare. vbi plures vtiles & quotidianas quæſtiones examinat.
107 Ex ratione præmiſſorum dic etiam conſueuit, q̃ ſententia conditionalis eſſe non debet: quia per illam quæſtio propoſita de præſenti non determinatur, ſed iudicium in pendenti remanet contra tex. in d.l. non quẽ ad modum.ff. de iud. & tex in l.1.§. fin.ff. de vſur. vbi dicitur quod tractus futuri temporis ad iudicem nõ ſpectat. Doctores tamen in hoc diſtinguentes dicunt, quod ſententia ſub conditione de præterito, aut de præſenti lata tenet: prout ſi diceretur quatenus probetur, vel probatum ſit te condemno, vel abſoluo &c. Vel quatenus non adſint mobilia, aſſignamus tibi immobilia: vel quatenus legitimum tutorem non habeas, tibi talem decernimus &c. his namque & ſimilibus caſibus, ex quo conditiones huiuſmodi de præſenti vel preterito actum non ſuſpendũt, vt in l.cũ ad preſens cũ l.ſeq.ff.ſi cer.pet.ideo ceſſante ratione legis, ſnia valebit: vt tenet gl. in ver. capiautur. in 3 ſolutione. in l. à Diuo pio §. in venditione. & ibi ſcribentes.ff.de re iud.& l.qui teſtamento.ff.de excuſ.tut.gl. 1.in c.Biduum.2.q.6.Bar.quẽ cæteri (Cumano.& Pet.de Belu.exceptis) ſequitur in l. ait prætor.§.1. in fin.ff.de re iud.& Bal.qui latius diſtinguit in add. Spec. in tit.de ſen. col.2.ver.quandoque ſententia.& facit celebris doctrina Inn.in c.G perpetuus.de fide inſtr.dũ voluit, quod ſi ſententia occularetur, iudex pronuntiare poſſet hoc mo-
109 do, videlicet quatenus ſententia taliter lata, vllo, vnquam tempore apparuerit, eam confirmo &c. vel infirmo, prout ſibi videretur: cuius doctrinam pro notabili refert & ſequitur Iaſ.in d.§.in venditione.col. pe. & Bal. in l.2.in 2.col.C.vt lit.pend.& Rot.dec.409. fuit dubitatum.in no.& Guid.Pap.q.245. ſi aliquis.
110 Et iſtis caſibus videlicet quando ſententia ſub conditione de præſenti, vel præterito lata reperitur, ſiue conditio huiuſmodi fuerit pertinens, ſiue impertinens, puta abſoluo te ſi Imperator fuit, vel eſt in Italia &c. indiſtinctè valebit per regu. l. primæ. §. biduum. & ibi ſcrib.
ff. quand.

ff.quand.appell.ſit. Quamuis Bal.in d additio. ad Specu. tenuerit, quod etiam in terminis iſtis conditio impertinens vitiat.

111 Sed ſi ſententia conditio de futuro apponeretur, tunc ſi eſt pertinens,& negotio,de quo agitur, adhæreat: puta condemno te ad centum, quæ ſi intra triduum non ſolueris, condemno te in amputationem manus. ſententia huiuſmodi valebit, cum ſolummodo lata ſit contra ius partis, vt tenet Bal.in l.cum iudex.in fin.C. de ſent. & idem Bal.in l.3.in pen.col.ver.quinto quæro.C. ex quib. cauſa infa.irrog.de quo ponit Barto.in l.2.col.ff. de pub. iud.& in l.cum duobus.§. idem reſpondit.ff pro ſocio, ac ponit Ange.in lib.maleſi.in verb. quas ſi ſoluerit &c.fol. 282.& Ange.de Peruſio conſil 62. prout ſexageſimo ſecundo patet col.prima.

Aut ꝙ fuiſſet dictum, abſoluo te ſi ita iuraueris &c. quo caſu ſi iuratur incontinenti,ideſt anteq̃ ad actus extraneos diuertatur,ſententia valebit per legem generaliter.in ſi.princ.C.de reb.cred.& tenet Ioan.Andr.in §.iuſta,col.7.verſi.ſi iudex.in Speculatore de ſententijs.& gl. Bar.& alij.in d.l.cum iudex.& Ang.in l.quemadmodum. ff. de iud. talis enim conditio negotio pertinens, dicitur intrinſeca, & quaſi ineſſe videtur & ſi incontinenti fuerit adimplebilis. non vitiat: vt ibi per eos.Idem erit ſi diceretur, condemno Titium ad relaxandum talem domũ Sempronius illius vſufructuario, ſub conditione ſi ipſe vſufructuarius cautionem præſtiterit &c. talis ſententia caleret, ſecundum Paul. de Caſt. in lege final. C. de vſufruct. vbi refert Bartol. ita conſuluiſſe: & illos refert, & ſequitur Dec. conſilio 408. viſa columna fina.in princ.lib.3.

112 Idem etiam ſi fuiſſet dictum, condemno te eo quod p obabitur: quia ſi talis ſnia, non contra ius conſtitutionis, ſed contra ius litigatoris prolata videtur: actore nãq; intentionẽ ſuam non probante reos abſolui debet.l.4.C. de eden.c.vni. vt eccle.beneſi. Quamuis in illo caſu nunquid valeat ſententia,doctores adinuicem altercentur,vt

patet per ea quæ ponit Alex.in d.§. in venditione. & latius Iaſ.in d.l.ait prætor.§ 1.ff. de re iud. & Alexan. poſt Ang.in l.qui Romæ §. Augerius ff.de verb.oblig. in quibus locis idem Alex. poſt multos per ipſum relatos, tenuit ſententiam huiuſmodi valere: & idem tenet Bald. in l.prolatam.col.pe.verſi.extra oppono.C.de ſent. & in l.peremptorias.col.5.verſi. quæro iudex tulit.C. ſententiam reſcind.non poſ.& in l. 1.colum.pen.ver. quid ergo. C.qui accuſ. non poſ. vbi tamen videtur intelligere ſententiam valere, quando inſtantia labitur: & iudex non pronunciando pœnam incurrere: hanc partem ſequitur Fel. (vbi plura ponit in materia) in c.quoad conſultationem in prin. de re iud.

Sed contrarium videlicet ꝙ ſententia iſto caſu non valeat,tenuit Bar.& gl.& ibi Bal. hoc idem tenens in dict.l. cum iudex. C. de ſenten. & idem Barto. & Iaſ. in d.l. ait prætor.§.1.& Paul.de Caſt. in l.continuus.in princ.ff. de verbo.oblig.vbi dicit quòd ſententia ſub conditione intrinſeca lata tenet, dummodo incontinenti impleatur. Melius poſuit Bal.in add.Specu.de ſent.col.2.in fin.idem Bald.& Imol.in d.§.Augerius & Anch.conſil.207.q.col. pen.quintò adde tertium.Ordo namq; iuſtitiæ ac ſolennitatis iudiciorum hoc modo præpoſteratur: quia prius liquere debet id,de quo quis pronuntiare debet,& præcedere cauſæ cognitio (vt diximus ſupra) & conditio iſta de iure eſt impoſſibilis: cum probationes poſt concluſionem in cauſa, & ſententiæ prolationem recipi non poſſint. c.paſtoralis.de excep.l.peremptorias.C.ſent. reſcind.non poſſe.cum ergo præuertatur ordo iudicij,ſententia & proceſſus non valebit: quoniam cauſæ cognitio ſubſtantialis eſt,& viciat, ſi omittatur(vt dictum eſt) & in terminis noſtris inquit Bald.in l.1. colum.fin.verſi. præterea. in fin.C. qui accu.non poſſ.& hanc partem tenet Alex.in conſil.73. videtur col. pen.in fi.lib.3. & ſentit Io.And.in d.§.1.verſic.quid ſi iudex. de ſent.dum dixit tutius fore expectare probationes: & certè in actu practico hæc opinio eſſet amplectenda.

Si

113 Si autem conditio habens tractum de futuro foret impertinens, puta condemno te, ſi nauis ex Aſia venerit? vel te abſoluo, ſi Imperator venerit in Italiam &c. tunc conditione huiuſmodi reiecta, ſententia firma remanebit, ſec. gl. Cy. Bart. & Sal. in d. l. cum iudex. gl. Bart. Ang. & Paul. de Caſt. in d. §. ſi venditione. vbi hoc idem tenent Alex. & Iaſ. in d. §. in venditione per tex. in d. §. biduum & tenet Alex. d. conſi. 73. colum. fin. lib. 3. quamuis ſententia huiuſmodi ſi aliter ex proceſſu non iuſtificaretur, per viam iuſtitiæ a iudice appellationis reuocari deberet: vt ibi per eos. d. Bald. tamen in l. non dubium. in 5. oppo. C. de leg. & in l. cum iudex ver. modo reuoco. tenuit ſententiã non valere, ex quo ſuper hoc modo fuerat cœptum iudicium. Si vero in iudicio de hoc fuiſſet diſputatum, ſententia valeret, ſecundum ipſum: vt in add. Spec. d. tit. de ſent. col. 3. in prin.

Præmiſſa intellige, niſi conditio poſita eſſet falſa: quia tunc detecta falſitate, ſnĩa ad eam relata indiſtinctè non valeret, per tex. in d. l. qui teſtamento. ff. de excuſa. tuto.

114 & tenent Alex. in d. §. in venditione. col. 8. referens Ange. in l qui Comç. §. duo fratres. ff. de verb. ob. dixiſſe hoc eſſe legiſtis incognitum. & idem ponit idem Alexan. Ad Bar. in d. l. cum iudex. aut niſi conditio eſſet impoſſibilis quia talis reddit ſententiam ipſo iure nullam. l. fin. ff. quæ ſent. ſine appe. reſcin. & ponit Imol. in l. fin. ff. de condit. inſtit. facit quod ponit Bald. in addit. Specul. in titu. de appe. colum. 19. ver. Impoſſibile decretum eſt nullum. & Alex. in d. §. in venditione. & poſt Bar. in d. l. cum iudex. & Fel. in c. quoad conſultationem. colum. 2. in fin. vbi ponit hanc materiam. de re iud.

115 Idem ſi eſſet decretum trahens ſecum executionem, vt puta decretum tutelæ, curæ, vel ſimilium in quibus procedit regula actus legitimi & c. de reg. iur. & l. & ſi cõditionalis. ff. de auth. tuto. & propterea ſi conditio in talibus opponeretur, actus peccaret in forma, ideo non valeret. l. moto. §. ſi ſub conditione. ff. de tut. & d. l. etſi conditionalis. Si vero eſſet alia interlocutoria, quæ execu-

tionem ſecum non traheretur, conditio illam non vitiaret, ſecundum gl. in d. §. ſi in venditione. in ver. interloqui. & in ver. capiantur. in 2. ſolutio. quam ibi cæteri doct. ſequuntur. & gl fin. in l. ea quæ. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum volens decretum citationis valere, ſi fuerit dictum compareas ſi manumiſiſti &c. vel ſi tua intereſſe putaueris &c. alioquin &c.

116 Si vero ſententia ſub modo proferretur, ex quo modus non ſuſpendit: ſed ex eo naſcitur actio valeret: pro-

117 ut ſi diceretur, abſoluo te, ita vt releues indemnem talem, vel vt precium reſtituas emptori: vel prout conſuéuerunt facere anteceſſores mei, & ſimilia. Nam per talia verba ſententia non cenſetur conditionalis, neque ſuſpenditur: vt declarat Bar. in l. eum qui §. Iulianus. per illum tex. ff. de conſti. pecu. & gl. & doct. maxime Imol. & Fel. col. fin. & alij in c. quoniam Abb de offic. deleg. & idem Bar. in l. 1. ff. de condi. & demon. vbi ponit ex quibus verbis inducatur conditio, & ex quibus non. Talia igitur verba, ſeu clauſulæ non faciunt conditionem, ſed cauſaliter ponuntur vt declarat Boer. in dec. parlamen. 16. incip. dubium &c. Si tamen modus in ſua forma non ſeruaretur, videretur quis ſententiæ renunciaſſe: vt in l. cum eorum. & ibi gl. & ſcrib. C. de ſen. & l. nonnunquam. ff. de colla. & Bal. in add. Spec. tit. de ſent. col 2. ver. ſuper hoc ſciendum eſt. & Feli. in c. in tantum. in fin. extra de ſimo. his igitur & ſimilibus caſibus cum ſententia vere & effectualiter propoſitam controuerſiam non diffiniat, tãquam defectuoſa & inualida reputari conſueuit, ſecundum ea quæ poſuimus.

118 Diximus ẽt, quod ſnĩa controuerſiam propoſitã legitimè diffinire debet: quia imprimis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet quam quod legibus, aut conſtitutionibus proditum eſt: vt inquit tex. inſtit. de offic. iud. in princ. & propterea ſi iudex expreſſe contra leges in corpore iuris clauſas ſententiam diceret legibus ipſis aduerſando, puta quod minor quatuordecim poſſet teſtari, ſeu quod ſententia diffinitiua in ſcriptis proferri

non

non deberet,ſeu filios,ætatem, vel priuilegium ad minus vel tutelæ excuſationem nõ prodeſſe, & ſimilia ipſo iure non valeret,quaſi contra ius conſtitutionis cõtrariũ inducentis manifeſtè lata:prout eſt text. in l.1.§. item cum.ff. quæ ſent. ſine app. reſcin.l. ſi expreſſim. ff. de appel. l.2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.c.1. extra de ſent. & re iud.Anch.conſi.372. pro declaratione. in prin.nec excuſaret eũ ſua prætenſa cõſcientia:quia iniuriam facit legibus is,qui vult ſe meliorẽ. videri q̃ ipſæ leges: vt in auth. de iud.§.oportet.quem tex.ad propoſitũ allegat Paris de ſynd.in ver.iudices putas.col.pe.prout neque iudex quaſi quod leges & cõſtitutiones hmõi ignorauerit,excuſandus eſſet, cum legum miniſter electus & deputatus extitit vt in l.1. §. poſt originem. ff. de orig.iur. & propterea non liceat tali ius, in quo verſatur ignorare d.l.2.§. Seruius. maxime ꝙ leges & ſacræ conſtitutiones ita publice conſtitutæ ſunt: vt a b oibus ſciri debeant.l. ſacratiſſimæ. C.de legib.cum ſi prout etiam non prodeſſet ꝙ litigatores cõſenſiſſent,quod talis ſentẽtia eo modo proferretur, quia nihilominus eſſet nulla:vt declarant doct.in l ſi conuenerit.vbi Iaſ.col.1.verſi.3. limita,ff. de re iud.

Et ꝑmiſſa intellige de iure claro & maniſeſto: vt puta ꝙ eſſet regula iuris,ſeu alias lex clara & indubitabilis: vt declarat Mateſ.xx.no.& Dec.conſ.8.poſt prin.li.1.alias ſi cõſtitutio(puta varios habẽs intellectus)cõiter reputetur obſcura ob hmõi probabilẽ excuſationẽ, iudex ſi contra eã quaſi pütans ad cãm non facere,pronuntiaſſet, ſñia ſuſtineretur: vt inquit tex.in l.cũ prolatis.ff.de re iu.quẽ textũ ad hoc ſingularẽ(ſm intellectũ Iac.de Aret.)faciunt ibi, Imo.& Alex.in prin.& Iaſ.col.fin. poſt Bar.& tenuit hoc idẽ Bar.poſt Cy.& Bal.in d.l.2.C.qñ ꝓu. Ale. & alij in l.qui Romæ §.duo fratres ff.de ver.ob. Ant.Imo.Pan. Fel.in d.c.117.co.de re iu.Lex nãq; obſcura & varios ha-
119 bẽs intellectus ad dicẽdũ allegari nõ pt, vt voluit Bal.in l.in ambiguo.ff.de reb.du.& ſẽtit gl.fi. in prin.in c.1.de cõſti.in 6.& idem Bal.in c.fi.col.fi.ver.vlterius.no.p illũ tex. extra co.ti.quẽ ſecutus eſt dec.540.q̃ritur.i fi.l.4.in cõſ.pt

enim iudex ex varijs opinionibus altera præeligere, & ſecundum illam iudicare vt inquit Ro.dec.773.dic quod aliquoties. in antiq.

120 Et quamuis aliquis (ex pluribus) alicuius legis intellectus magis communis reputaretur, ſententia tamen ad uerſus huiuſmodi magis communem intellectum lata, non diceretur nulla: vt per Alex. in d.§. duo fratres. colum.21.& Iaſ.in d.l.cum prolatis.colum.fi.ponit Fel.in c. 1.col.fi.verſi.6.nota.de conſti.dum voluit quod ſententia contra communem opinionem doctorum lata, quaſi ſi ob expreſſum iuris errorem non ſit nulla, & allegat hoc tenuiſſe Angel. poſt Imol. & docto. in dicto §. duo fratres.

Iudex tamen contra communem huiuſmodi opinionem iudicans, ſi illam eſſe falſam oſtendere neſcit, in ſyndicatu aliquanto tamen mitius quam ſi contra legem indubitabilem iudicaſſet puniretur: vt voluit Bald. & Ang.in l.fin. C.de pe. iud. qui male iud. & gloſſ. inſti.de oblig.quæ ex quaſi delicto,in prin. & Abb.in c. prudentiam.in princ. de offic.deleg. Alex. & Iaſ.in d.l.cum prolatis.in fin.col.& d.Fel. in d.c.1.col.pen. de conſt. & vide Bal.de pace iura.fir.§.& iudices.col.2. & Alex. conſil.66. viſis.in fi.lib.5.in conſi.16.circa prin.lib.7. Anch.conſilio 289.de iuribus.col.1.

121 Et ſi iudex contra deciſi. dominorum de Rot.iudicaſſet, ſententia non eſſet nulla.ex quo domini præfati poteſtatem legis condendæ non habent:nec eorum deciſiones, quamuis magiſtrales & magni ponderis ſint, vim legis obtinent: vt voluit Dom. in c. duobus. col.11. de reſcri.in 5.Card.in c.paſtoralis.de fid.in 4.Fel. in d.c.1.col. 6.ver.ſcias etiam de re iud.& Caſſad.dec.17. circa finem. de præben.

Ad effectum igitur vt ſententia per expreſſum iuris errorem inualidari poſſit,requiritur quod ſit lata patēter

122 & manifeſte contra tenorem & caſum legis publicæ, & manifeſtæ: & quod talis error oculo corporali in d. ſent.habita relatione ad tex.legis cerni poſſit;non autem

quod

quod oculo mentis, & per ſubauditos intellectus percipiatur, vel quod reſultet per tacitam relationem ad acta quoniam ſi error in ſententia non eſſet expreſſus, ſed ex tacita relatione ad acta repræhenderetur, non vitiaretur ſententia, ſecundum communem opinionem doctorum: quia ad inualidandum actum taciti & expreſſi non eſt eadem ratio, prout arguit ac de communi atteſtatur Alex.conſil.59.atrentis.col.5.verſic. nec obſtat.lib.3 & q̄ requiratur error expreſſus, & non ſufficiat tacitus, probatur in d.l.ſi expreſſum & d.l.2. ibi, tam manifeſti iuris.C.quando prouo.&c.in c ſolet.ibi, vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſe patenter expreſſum de ſent. excom.in 6.& facit c.venerabilibus.§.fi. eod.titu.& ita tenuit Inno.& Hoſt.in c.P.& G.circa fi.de offic.deleg.Cuius dictum famoſum & ſingulare reputat Anto.in cap.ab excommunicato. de reſcr. & doctor. in d.cap.1.vbi Fely. col.8.de re iud.famoſum etiam vocat Iaſ. in l.2.colum.3. C.de erro.calum.& in d.§.duo fratres.colum.21.expreſſum autem ſolummodò dicitur illud, quod ex verbis infertur & colligitur, vt voluit Bal. in l.ad probationem la 1.C.de probat.& Ang. in l.prætor ait. ff.de oper. noui nunc.quos refert & ſequitur Dec. conſ.68.colum.penult. libro primo.

Et ſi error non eſſet ita patens & legibus aduerſatiuus, ſed iudex ignorantia iuris lapſus aliquem putà Sempronium teneri inſolidum Mæuiæ, quæ erat vxor, vel ad abſolutionem centum computando vſuras, & vſuras vſurarum condemnaſſet: ſententia huiuſmodi quaſi potius contra ius litigatorum, quam ius conſtitutionis lata ipſo iure teneret, per text. in l.cum præſes. ff.de re iud.l.ex diuerſis.§.fin.ff.eo. tit.& l.ſeruo.§.cum prætor. ff.ad Treb. Error tamen & iniuſtitia huiuſmodi per iudicem appellationis emendari & reuocari deberet: vt voluit Inno.in c.cum ſpeciali.in prin.de appel. & Bald. poſt Iac.de Are.& Cy.in d.l.2. C.quand.prouo. & Ant.Pan. & Fel.ibi.col.9.in d.c.1.de re iud. & Alex. in d.§.duo fratres.col.22.

123 Intellige inſuper præmiſſa, quando ex lectura ſenten tiæ apparet quod talis iudex totaliter ſe in ſuos ſimplici motu, & intellectu erroneo, & legi aduerſatiuo fundauit, & illum ſecutus eſt: alioquin error huiuſmodi non vitiaret: puta ſi vltra cauſam erroneam idē iudex in eadem ſententia etiam aliquam aliam iuri congruentem expreſſiſſet & cumulaſſet: nam ſententia ex cauſa congrua ſuſtineretur, vt probatur in c. per tuas. qui fil. ſint legit. & tenet Inn. in d. c. in præſentia. Io. de Imol. in l. ſi plagij. ff. de ver. obl. ponit Fel. in d. c. 1. col. 5. de re iud. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. 114. perſpectis. col. 4. verſic. poteſt etiam. lib. 6. & Anch. conſ. 289. de iuribus. col. 2. per textum. in l. Titianus. ff. quod cum eod.

Idem foret, ſi iudex cauſam erroneam cum dictione maximè, vel præſertim expreſſiſſet. Nam dictiones huiuſmodi iudicem non ſe adſtrinxiſſe ad cauſam illam expreſſam declarant: vt docet Abb. in cap. ſicuti. de re iu. & Alexan. & Iaſ. in d. §. duo fratres. col. 2. vbi conſulunt ꝙ vbicunq; ex abundanti cauſa in aliquo actu exprimitur, ꝙ huiuſmodi dictiones ſi aptari poſſunt, ponātur, quoniam tunc ſi cā expreſſa erronea detegeretur, ꝓpter dictiones prædictas actus nihilominus ſuſtineretur, vt dicit Imol. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. her. per hmōi namque dictiones videlicet præſertim, vel maximè cauſam, quæ dicitur erronea, ex abundanti fuiſſe appoſitam denotatur. & non ſolent quæ ſuperabundant, & extrinſecus adijciuntur vitiare ſcripturas. l. non ſolent. ff. de reg. iur. l. quæ extrinſecus. ff. de verb. oblig. l. teſtamentum. C. de teſt. cum ſimilib.

124 Præmiſſa ēt intellige de ſententia lata contra legem in corpore iuris clauſulam, quæ probabiliter ignorari non poſſit, vt diximus ſupra. & ponit Alex. in conſil. 81. ponderatis. li. 2. ſecus autem foret ſi probabiliter ignorari poſſet, puta quod eſſet lex noua, aut ſtatutū, ſeu localis conſtitutio, & cauſa verteretur in alio foro, quā ſtatuentium & in quo ſtatuta ſeu leges hmōi extrauagantes non fuerint, neque ſint publicatæ, nec notoriæ, quia his caſibus, cum poſſint talia a iudice probabiliter ignorari, vt eſt

tex.

tex.in cap.1.de conſti.lib.6. propterea à partibus allegari ac produci in forma probanti: & quod ab vſu recepta fuerint probari debet,iuxta no.ſuper gl.in verb.frangere. in cap.1.de treug.& pace.& ibi per Fel. in colum.3.verſi. l.noua.& idem Fel.in d.cap.1.col.6.& 7.& in c.paſtoralis.de fide inſtru. & c.cum inter. de re iud.& c.fi.de cohab. cleric.& mulie.& tenet Alex.d.conſi.81.in prin.lib.2 ponit Ioan.de Ami.in conſi.42.col.pen.verſi. ſentio prætorem.Caſſ.deciſ.12.ſuper regu.& dec 8 num.8.de conceſ. pręb.Aym.conſi.137.magiſter. col.2 Quid autem ſi fuerit lata contra ſtylum aut conſuetudinem probatam vel notoriam quod ſit nulla, vide Guid. Papę in dec.in 1. charta. Fel.& alios in d.cap.1. de re iud.& idem Guid.q. 292.ſi alicui.

125 Et quoniam ſententia quę in iudicatum tranſiuit in eadem cauſa, & inter eaſdem partes facit ius: propterea ſi talis exceptio rei iudicatę oppoſita fuerit,& probata:& ea non obſtante iudex aduerſus illam ſententiam contrariam proferat, perinde ac ſi foret contra ius expreſſe lata,non valebit,vt l.1. in princ. ff.quę ſen.ſine appell.reſcin.l.poſt ſententiam.C.de ſenten.l.1. C.quand prouoc. non eſt neceſſe. eſt communis opinio doctorum vt aſſerit Franc.in c.dilecto. q.41.de appel. & quod ſit communis aſſerit etiam & comprobat Fel. in capit. inter monaſterium, vbi latiſſimè poſt alios hoc diſputat. in columna ſeptima, verſicu. regulariter. de re iudic.& idem atteſtatur Alexand.in conſilio 53.quęritur.columna 4.lib.5. & Dec.in conſil.295. in cauſa iſtorum.columna 2.verſic. prędicta tamen.lib.2.declarat Aret. conſil.73. diligenter. colum.1.

126 Et ſicuti expreſſio iuris erroris(vt dictum eſt)ſententiam vitiat:idem operabitur eiuſdem iuris vel facti notoriū: ex quo tale notoriū ęquipollet expreſſioni, vt dixit Inno.in c.1.de of.vicar. & ponit Fel.in cap.inter cęteras. col.5.ver ſexta declaratio.de re iud. & c.cū ordinē.de reſcr. & in c.ꝑ tuas.col.2.ver. & hæc q.de ſent.excō. & q̄d ſnīa contra notorium iuris aut facti ſit ipſo nulla, tenuit

Inno.

Inno.in cap.2. de dilat. quem refert & ſequitur Franc.in d.c.dilecto.q.42.& Abb cap.inter monaſterium.num.10. de re iud.& latius ponit idem Fel. in cap. quoniam contra.nu 26.verſ.ceſſat difficultas. vbi poſt relationem doctorum hoc tenentium dicit eſſe communem opinionem, & eam in practica ſeruari extra de proba. Ancha.conſilio 158.ex nar.col.pen.

127 Hinc dici conſueuit, quod notoria & ex actis reſultans iniquitas, & iniuſtitia reddit ſententiam nullam, & omnem illius præſumptionem tollit, ac fomentum,quod pro authoritate ſententiæ eſſet,ac præſumi ſolet: ex quo ita manifeſte contrario conſtat.l.ſi pars, & ibi Ange.ff. de inoffi.teſtamen.clem Paſtoralis. in verb. Piſana. de re iud.c.inter cæteras. extra eo.tit. cap.cum Bert.& ibi Innoc.ſuper verb.conceſſimus.eo. tit. quem tex.ad hoc adducit Card.in conſi.56.dum reuerendus Anch.conſilio 6. viſo themate.colum.3.numero 6.& conſilio 289.de iuribus colum.1.& facit tex. in capit.cum ad quorundam de exceſ.præla.& in cap. ſuam vbi Anto. de Butr. in vlt.not. de pœn. & eſt communis opinio: prout atteſtatur idem Fel.in d.c.inter cęteras colum.pen.in ver. amplia. etiam in ſi.latè ponit Rom.in l.admonendi. in x.col.verſic.x.de iureiur & latius idem Franc. in d.cap. dilecto. q.55.qui per longum diſcurſum contrarium tenuit: de quo etiam ponit Bald.in l.ciues. C.de appellat. & idem Felin. in cap.ſi quando in prin.de offi.deleg.& in cap.nouit de iud.& in c conſanguinei.nu.6.de re iud.cum ſimil.

128 Prout idem foret ſi ſententia eſſet lata ex cauſa notoriè falſa, nam & tunc eſſet ipſo iure nulla: prout tenuit Abb.poſt Butr.Imol.& alios, in d.cap. inter cęteras. vbi Fel. conſ.6. verſic. ſecunda conclu. aſſerit ita communem eſſe opinionem & iſtis terminis intelligere potes. Rot. dec 347.nota quod licet. in antiq. dum voluit quod ſententia per falſas cauſas & allegationes lata ſit nulla. Et Aym. conſilio 134. ſcripſi. in fin. loquens de ſententia princip.

129 Vnde ſi iudex in ſententia expreſſe ſe ad aliqua acta

non

non vera,ſeu nulla vel erronea retuliſſet,puta quod dixiſſet: quia nobis conſtat per talem & talem teſtes &c. vel per tale inſtrumentum &c.te debitorem: ideo te condemno: & inſpectis huiuſmodi teſtibus, ſeu inſtrumento ad quæ ſpecialiter ſententia per modum cauſæ ſe referebat, de errore ipſius iudicis conſtaret ſententia eſſet nulla; vt tenuit Bar.& Bald in l.1. C.de error. calc.Io. de Imol.& Alex.in l.rei iudicatæ.§.1.ff.ſolu. matr. idem Bar.& Paul. de Caſt.Aret.& Iaſ.in l.1 ſi is ad quem . ff.de acq. hær. & ponit Inno. & alij poſt cum in d.c.cum Bert. de re iudica. tenet Anch.conſi.1.nu.5.& conſi.207.in q.col. pen. Gozad.in conſi.2.nu.24. Aret. conſi.75. diligenter.colum.2. vbi vide vel quod acta huiuſmodi ad quæ ſententia expreſſe refert,detegerentur nulla ſeu falſa: quia tunc ſententia non valeret: vt inquit Bald. per illum textum in cap. cum cauſam de re iud. loquens de ſententia ad ſtatutum nullum ſe referente. & tenet Hoſt. in ſumma, in tit.de ſent.§.qualiter.col.3. verſic. Octauus ſi proferat & Abb. Fel. & alij in d.c.inter cæteras & eſt communis reſolutio doctorum in c.ab excommunicato. vbi Anton. in 7. char. de reſcrip. prout atteſtatur deci. Neap.deciſi.47.2. col.nu.3.vbi etiam ponit quod ſententia (ſecundum eandem communem opinionem) eſſet nulla, ſi ſe referret ad probationes a iure reprobatas: puta ſi iudex dixiſſet, quoniam probatum eſt per duellum,vel experientiã ferri candentis & c.ideo condemnamus &c. per tex. in cap. 2.de purg. vulga. per quem tex. hoc tenuit Bald. in l.libertorum.C.de teſtibus allegans Ioan. And.ita tenere,in cap. quoniam contra. in fin. de prob. in nouel. & ſequitur Felin.in d.c.inter cęteras. & Alex. in dicta l.rei iudicatæ.& idem Alex.poſt Bar.in l.certa ratione. C.quomodo & quando &c. & in dicta l.ſi is ad quem. & Dec.conſilio 475.in cauſa quæ Mantuæ.colum.3. ver. & breuiter. libro quarto.

130 Si vero ſententia ad acta in ſpecie per modum cauſæ ſe non referret, ſed potius generaliter & enunciatiuæ (vt puta quando dicitur,viſis actis &c.) vel quoniã nobis

conſtat, ideo te condemno &c. tunc licet error deprehenderetur in actis nihilominus ſententia ipſo iure valeret: ex quo iudex potuiſſet probationes aliquas recepiſſe: quæ non eſſent in actis redactæ, vel animum ſuum ex confeſſione partium, ſeu aliunde informare, iuxta dictum Bald. in l. quoties. § 1. ff. de probat. ideo ſententia quaſi contra ius partis lata valeret, ſecundum communem ſententiam ſcribentium: de qua atteſtatur dicta dec. 47. colum. 2.

Ad inualidandum itaque ſententiam per modum erroris in actis expreſſi requiritur (vt dictum eſt) ꝙ ſententia præciſe referat ſe per modum cauſæ ad aliqua acta, quæ erronea deteguntur. & error huiuſmodi ſit patens & inexcuſabilis: tunc nanq; error ac nullitas actorum huiuſmodi propter expreſſam relationem ſententiæ ineſſe cenſetur. per l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. & d. l. 1. §. 1. ff. quæ ſenten. ſine appell. c. cum Ber. ibi ex tenore ſententiæ &c. & ibi Abb. 2. colum poſt Innoc. & alios. & tenent communiter doctores, vt diximus ſupra: ac etiam de communi atteſtantur Mod. in l. ex diuerſo. § fi. vbi etiam Alc. ff. ſol matr. & Iaſ. in d. l. 1. de erro. calc. & l. is ad quem. & Felin. in d. ca. 1. colum. 7. verſicu. 2. declaratio. de re iud. cum ſimil.

131 Si vero ſententia nullo modo ſe refert ad acta tunc ſi error in illis actis deprehenderetur, ad quæ neceſſario ſententia referenda eſt: prout dicitur de libello, in l. in ſumma. ff. de re iud. & l. vt fundus. ff. comm. diuid. ca. licet Hely. de ſimo. vel prout eſt de prima ſententia, ad quam ſecunda referenda eſt. l. eos. C. de appel. l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. Tunc error libelli ſeu ſententiæ primæ cenſeretur ineſſe, etiam in ſententia confirmante, & propterea eodem morbo laboraret & eſſet nulla: vt declarat Barto. poſt Cyn. ſaluando opinionem Iac. de Are. in d. l. 1. C. de err. calc. & ibi eum ſequuntur Alex. & Iaſ. & eſt tex. in d. l. 1. §. ſed & ſi. ff. quæ ſent. ſine app. & ponit Cor. in conſi. 71. ſuper col. 2. li. 1.

Et ſi error in alijs actis ad quæ neceſſario nō eſt fienda

da relatio deprehenderetur, ſententia non continens in ſe expreſſe, neque tacite (per neceſſariam relationem ad acti) errorem mero iure teneret, & parti non appellanti imputaretur. ita procedit tex. in d.l. præſes. vbi glo. & ſcrib. de re iud. & in l.2. in fi.C. quando prouoca. non eſt neceſſe & l. ſervo inuito. §. cum prætor. ff. ad Treb. & l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſoluto mat. & l.2. C. de re iud. & l. error. C. de iur. & facti. igno. & d.l. 1. C. de error. calcul. cum ſi.

Et etiam intellige ſupradictas communes opiniones: ſiue loquamur de falſa cauſa, ſeu errore iuris vel facti. expreſſo, vel notorio, & in materia (caſu occurrente) recurre ad Fel. in d.c. quoniam contra. col. 12. ver. fallit primo. de prob. & d.c. 1. de re iud. & Fran. in d.c. dilecto. q. 52. in 8. fall. de appel. & ad alia loca, de quibus ſupra plura etiam, ſed more ſolito confusè ponit Vital. in trac. clauſularum ſuper clauſula non errore ductus in ver. expleto errore arbitri.

132 Ex præmiſſis colligi poteſt, quando ſententia per falſo teſtes, vel allegationes, ſeu inſtrumenta lata ſit nulla: quoniam regulariter: dici conſueuit valida, etiam quod teſtes peccata corrupti, & ſubornati fuiſſent: ex quo probationes ac media cauſæ non ſunt de ſubſtantia iudicij (vt diximus ſupra) & quia talis ſententia magis contra ius litigatoris prolata cenſetur: ideo ſi appellatum non fuerit in rem tranſit iudicatum: quamuis per reſtitutionem in integrum reſcindendi & retractari poſſit: vt eſt tex. in l. diuus. vbi hoc tenent doctores omnes, excepto Cumano. ff. de re iud. & ita intelliguntur. leges. C. ſi ex falſ. inſtru. & l. agnitus. de excep. l. ex falſis. C. de tranſ. c. licet cauſam de probat.

Et eſt communis opinio doctorum in d. l. diuus. & Canoniſtarum in d. c. licet. prout ibidem atteſtatur Fel. col. 18. verſ. quarta concluſio. quam ſequitur Rot. deci. 443. Nota quod ſententia in antiq. quicquid in contrarium dixerit glo. in c. cum venerabilis, vbi tenuit contrarium extra de excep. quod limitatur non procedere in ſententia lata contra abſentem ex cauſa falſa dolo

partis fabricata, quia his concurrentibus ſententia huiuſmodi reputatur nulla, per text. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. quem tex. ita intelligunt ibi Bartol. Bald. Ang. & Pau. de Caſt. & idem Barto. & alij in d. l. diuus. de quo per Matheſſi. ſing. 17. nota quod quandocunque cõſequenti. latius ponit Fel. in d. c. licet. col. 18. verſicu. fallit primò. & Bar. & alij in d. l. is ad quem. ff. de acq. hær.

Limitatur etiam non procedere is ſententia lata contra maiorem etiam ſi eſſet defenſus: quia fauore minoris ætatis ſententia prætextu falſarum allegationum ſeu teſtium prolata non valebit. l. 1. C. ſi tutor. ex falſis allegat. & hoc ibi tenuit Bar. in l. 2. in verbo manifeſte. & in l. fin. C. eod. tit. & in l. qui teſtamento. & ibi gloſ. in verbo pronunciationis. ff. de excuſ. tut. tenent Barto. Ang. Paul. Alex. & Iaſ. poſt glo. fi. in d. l. diuus. & idem Barr. Alexan. Aret. & Iaſ. in d. l. is ad quem. & aſſerunt iſtam eſſe magis communem. & tenent Canoniſtæ in d. c. licet cauſam. vbi Fel. in 2. fallen.

Et quod dicitur de minore, idem dicendum erit de fiſco, & eccleſia quæ iure minoris vtuntur vt in cap. 1. de reſti. in integrum & eos æquiparat gl. fin. in l. ſi proc. §. 1. ff. de iur. fiſc. quam vocat ſingularem. Iaſ. inſtit. de actionibus. §. ex maleficijs. ſuper verbum in iudicium. vbi eſt alia ſimilis gl. & gloſ. in l. vnic. C. de ſent. aduerſus fiſcum lat. quam in propoſito adducit Paul. de Caſt. in l. ſeruo § cum prætor. ff. ad Treb. & facit gl. in l. imperatores. ff. de re iud. & ponunt ſcrib. in l. non eo minus. C. de proc. Limitatur etiam illud non procedere in decreto, quod ſi ex falſa cauſa latum fuerit, ſiue contra præſentem, ſiue abſentem feratur, eſt ipſo iure nullum. l. cum vero §. ſubuentum ff. de fideic. liber. & Bald. in l. fin. C. ſi ex falſo inſtrumento. & l. Seyæ egreſſæ. vbi Bar. ff. de tut. datis ab his, etiam quod cauſa partim eſſet vera, & partim falſa: prout ſi aliquid in ſolutum daretur pro debito: quia tunc in totum vitiaretur. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. vbi Bar. ff. de conditione indebiti. & ponunt doctores in d. l. diuus. & in l. is ad quem, tenet Decius conſil. 403. quamuis

uis col.5.in medio.libro 3.& conſilio 379.in controuerſia.colum.2.in fi.lib.4.declarat deciſio. Neap.vt per capicium dec. 52. in cauſa Antoniæ, quamuis indiffinitiua quando eſt diuidua retractaretur ſolum in eo capite; quo falſa ſeu nulla reperiretur.l.etiam §. primo.ff.de minoribus l.ex falſis.C. de tranſ. & quod decretum ex falſa cauſa interpoſitum ſit indiſtincte nullum, etiam quod cauſa non ſit in decreto expreſſa tenet Rot. deciſio.443. nota quod ſententia. & ita potes intelligere dec. 347. nota quod licet quæ eadem iura allegat: licet loqui videatur in diffinitiua. in antiquis. & eſt communis ſententia doctorum, vt aſſerit dominus Alex. in conſil.207.
133 domine,colum.fin. in principio & conſilio 147.viſo,in principio.lib.7.& conſi.69.in cauſa,colum.2.in principio. lib. 3.

Et in præmiſſis erit notandum, quod iudex in dubio probationes in actis facta iudicando ſecutum fuiſſe præſumitur. c. cum I. & A. ibi, eorum dicti iudices ſecuri tantummodo. cum per alios ea probata non eſſent. de re iud. ſi vero examinati plures teſtes, aut varia inſtrumenta; & diuerſæ probationes intentionem actoris concludentes producti & exhibiti fuiſſent detecta falſitate aliquorum teſtium, vel alicuius inſtrumenti ſententia ex alijs veris ſuſtineretur: & iudex præſumetur ſententiando.vera & non falſa ſecutus fuiſſe. vt voluit glo.Bar. Bal.& alij.in l.falſam.C.ſi ex falſ.inſtr.Pau.Alexan.& Iaſ. in 2.col.in d.l.diuus.Spec. in tit. de ſent.§. quoniam col. 4.verſ. & nota quod probatio. & eſt tex. in d.c. cum I.& A.circa fi & faciunt ea quæ poſuit Cap. in d c.Neap.25. in cauſa reuerendi. vbi ponit etiam quomodo articulus falſitatis faciat ſuperſederi in cauſa ciuili, poſt Cyn. & Bald. in l.1.C. qui accuſ. non poſſunt,cum alijs de quibus ibi.

134 Item erit notandum, quod antequam exceptio falſi aduerſus ſententiam proponatur, propter authoritatem rei iud. reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam huiuſmodi reſcindendam intra quadriennium impetrari &

proponi debebit: vt voluit gl. in l. agnitis. in gl. pe.ff. de excep.quam ſequuntur Paul. Alexan.& Iaſ. in d.l. diuus. vbi Moderni dicunt hanc eſſe communem. & tenent Cyn.Bal.Paul.Alex.& Iaſ.in d.l. ſi ex falſis. C.de tranſ. & Bal.poſt alios in l.querelam.C. ad l.Cornel. de falſ.& ita intelligi debet.c.licet cauſam. de prob.& c.cum venerabilis. de excep. dum ſimpliciter volunt exceptionem falſi contra ſententiam per falſas probationes latam competere:quod intellige petita prius, & obtenta reſtitutione:& propterea Pau. de Caſt.in d.l. diuus.inſtituebat illum,qui huiuſmodi ſententiam obtinuerat,ne illius executionem, niſi tranſacto quadriennio peteret: & Iaſ. ibi aſſerit hanc eſſe veritatem.

135 De ſententia lata per ſordes, id eſt prece, pretio, timore, vel odio,prout exponit gl. in verb. vel per ſordes. in c.cum æterni. de ſen.& re iud. in ſexto. & eſt optimus tex.in c. quatuor modis.11.q.3.& in c.ſunt nonnulli.1. q. 1. dici conſueuit, quod ſi lata fuerit per gratiam, ſeu ambitionem, id eſt quod iudex volens parti morem gerere & gratificari,pro conſequenda aliqua dignitate, vel officio, ſeu ob amicitiam, vel odium litigatorum, aut quod precibus deuictus ſententiam tulerit ipſo iure tenet: & ab ea appellare neceſſe eſt vt eſt tex.in l. ſeruo. §. cum prætor.ff.ad Treb. & tenet gl. in l. venales.C. quando prouoc. non eſt neceſſ.& in l.fin. quæ voluit hoc non procedere fauore minoris.C.ſi tutor falſ.& alleg.eadem gl.in l.fin.C.de pœna iud.qui male iudici.vbi Bald. dixit quod ſententia lata per dolum iudicis etiam peſſimum valet & tenet. quamuis iudex puniatur: prout ibi. & facit gl.in d.c.quatuor.11.q.3.licet namque ita fieri non debuiſſet,lata tamen tenet:vt l.1.§.biduum. & ibi gl.in ver. ſtatim.ff.quand.ap.ſit.& l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdic. & releg.

136 Si tamen dolus iudicis in ſpeciem corruptionis factæ per pecuniam tranſiret, id eſt quod pretio corruptus ſententiam ferret,ipſo iure non valeret, ex quo venalis eſſet. l. venales. C. quand. prouoc.non eſt neceſſ.

Canonizata in §.venales.2.q.6. & per tex. iuncti glo. & ibi ſcrib.in l.fin.vbi Bal.col.1.ver.2 quæro.C.de pœn.iu. etiam quod pecunia: vt iuſtam ſententiam ferret, data fuiſſet: quia nihilominus talis ſententia dicetur venalis, per tex.in c.vendentes 1.q.3.ibi. iuſtitiā vendere iuſtum iudicium: quamuis liceat aduocato vendere iuſtum
136 patrocinium, & iureconſulto rectum conſilium: nam regulariter acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt: ideo qui excuſſit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit, inquit tex. in c. non licet. cum pluribus c.ſeq.11.q.3. & c. cum ab omni.in fin.de vir.& honeſt.cleric.tenet Paul. de Caſt poſt gl. in l.1. ff. de cond. ob turp. cauſ. cum pluribus alijs in huiuſmodi materia per Nicolaum Boer. congeſtis. dec. parlam.153. per locum Anch.conſilio 201. prætermittend.in prin.vbi dixit quod auaritia eſt mater & radix omnium malorum maxime tuentibus iudicium inhærens. vide etiam Thom. Gram. conſilio 35. incomprehenſibilis. vbi vide plura in
136 materia corruptionis. prout etiam dici conſueuit de teſte, qui pretium accepit vt veritatem deponeret: quia falſarius reputatur per tex. cum glo. in l. 1. in prin. ff de falſ.quam gl.ſingularem dixit Iaſ. in d.l.diuus col.pen.ff. de re iud. & verbum pecuniæ in materia noſtra large ſumitur. & c. omne id quod iudici datur: vt ſententiam ferat.iuxta tex. in l. quin etiam. cum l.ſeq.in prin ff de calum. & tenet Bald.in l.1.C. de pœn.iud declarat Patris in tractatu ſind.in ver. corrup.cum verſ. ſequen.vbi vide in materia.

Præmiſſa etiam intellige quando pecunia ante ſententiam data eſſet: ſecus ſi poſt: vel quod vnus tantum ex tribus iudicibus fuiſſet corruptus: aut is qui iudicauit fuiſſet arbiter: quia his caſibus ſententia mero iure valeret, vt declarat Fel. in c.tua nobis in fin.extra de ſim. & ponit idem Paris in d.§.corruptio. in verſic.an ſi tempore.col.fi. & Ang.in d.l. venales. in quibus locis etiam reperies quid in mutuante pecunias iudici, an videatur corrumpere: & tenent quod ſic,per not per Bar.in l.quiſquis,

quis.C.ſi cer.petat.per illum text. & in l.1.de calum.cum ſimilibus.

139 De ſententia prætextu falſi iuramenti lata an teneat, vide glo.in verb.præcipimus.& ſcriben. in l.ſi ex falſis.C. de tranſactio.& in l.1. & ſi.C.de reb.cred. in l.admonendi. ff.de iureiu.in l.quod ſi deferente. ff.de dol.in quibus locis videtur quod communiter concludatur ſententiã ipſo iure tenere: prout etiam regulariter tenet quilibet alius actus etiam contra proprium iuramentum factus: vt eſt communis opinio doctorum. prout aſſerit Alexan. conſi.224.in re tam graui. col.ſi.li.6. & de quo in conſi. 16.ponderatis.col.1.li.3. & in mat. vide Fel. inter monaſteria.colum pen.verſ. ad aliud quod ſententia valet contra iuramentum de re iud.

140 Si vero procurator vel aduocatus fuiſſet per diuerſam partem corruptus & ſubornatus,adeo quod per colluſionem & corruptionem ſententia fuiſſet prolata, cum perſonæ huiuſmodi non ſint ſubſtantia iudicij: nec ſuper his iuſtitia principaliter radicetur. ſententia huiuſmodi etiam mero iure valebit: vt probatur in l.1. iuncta glo.C. de aduoc. diuiſ. iud. ſecundum intellectum quem ibi tenent Odof.Cyn. Pet.& Bart. ac Pau.de Caſtr. in l.ſeruo iuncto.§.cum prætor. ff.ad T.eb.vbi contrarium tenuit Bal.& Paris in trac.ſin.§.corrup. ver.corrumpens iudiciũ & c.pro quo facit tex. in l.cum non iuſtorum l.ſeq. ff.de collu.detegen.& c.ſi.eo.ti. vbi videtur probari quod ſententię huiuſmodi tanquam inter falſas & ſi multas perſonas per dolum extortę, ſint nullæ,& pro infectis habeantur,ſed in iudicando non eſſet tutum ab opinione Bart.& ſeq.recedere.quam videtur ſequi Spec. in tit.de adu.§.ſi. col.ſi. ver.illud autem.

141 Et ex quo talis per ſimoniam vincere tentat fingitur habere malam cauſam. & propterea illam perdit: vt dicit tex. glo. & doct. in l.2. C. de pœna iud. Prout etiam perderet, ſi acta vel proceſſum falſificaſſet, & per illum modum religionem iudicantis circunuenire voluiſſet: quia etiam talis cauſam perdere debet, per tex.iuncta gl.

ſi.in

ſi.in fraudem.§.quoties.& ibi Bar.ff. de iure fiſ. Quamuis in corrumpente teſtes ſecus ſit: quia talis non perdit cām ſed ſnīa per reſtitutionem in integrum reciſa ex integro inchoatur: vt per Bar. in d.§. quoties & per eundem in l. falſam.C.ſi ex falſ.inſt.& in l.1.§.ſed & conſtitutio ad ſi.ff. de calu.late ponit Fel.poſt alios in c.cū venerabilis.col.5. ver.vtrum ſicut vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionē de exce.& in d.c.licet. cām de ꝓbatio.& Paris in d. §.corru.co 2.Et Ang.per illū tex.in l.ſatis aperte vbi ponit regulam cum fallētijs.C.de fal.& late reaſſumit Boer. in dec. parlam 291. vbi aſſerit prædicta cōmuniter teneri & obſeruari in practica, & ca. in deciſione Neapolitana. 67. in cauſa magna in principio.

142 Snīa autem ſi per metū lata fuerit ipſo iure tenet, licet ex poſt conſtito de metu,ꝓ actionē q̄ metus cā retractāda ſit iuxta not.per gl.& doctores,in l.mulier.§. ſi dos.ff. quod met.cauſ.& quod mero iure teneat.voluit gl.& ibi Archidia. in c. iniuſtum. & c. quatuor. facunda.q. & glo. in l.interdum vbi,Bal.ff.quod fal.tut.& ſentit gl.(non excipiendo caſum iſtum)in c.Abbas vbi hoc expreſſe tenuit Panor.col.5.ver.nouus caſus extra quod met.cau & facit text.(à contrario ſenſu)& ibi glo. in c.vnico.eod.ti.lib.6. dum ibi ponitur quod hoc fallit in ſententia abſolutionis a cenſuris, quia illa per metū lata eſt ipſo iure nulla.vt ibi ergo in alijs ſecus fuerit. hoc idem tenuit Bal.in l.decernimus.col.2. in fi. C.de ſacroſ.eccl.& in l.1.colum.2.ibi timeat.&c.C.de ſen.ex breuic.recit. vbi tamē videas:& tenet Spe.in ti.de ſen.§.quoniā.co.2.poſt prin.ſētit Ro.dec. 374.fuit dubitatū de illo.in no.& firmat Ro.in ſing.91.q̄ro a te & Corſet.in ver.dicebat Ludoui.Roma. in litera S.ſentit Anch.conſ.382.retento.col.1.dū ponit pro regula,quod geſta per metū valent,tamē cauſa cognita per iudicē reſcindātur.Coacta etenim voluntas,voluntas eſt c. merito. 15.q.1.& tenet Lanfr in c. quoniam contra.in §. interlocutoriæ verſi. ſed nunquid valeat ſententia. num. 9.de probation.cum ibi adduct.vide tamen Bald contrarium tenentem in l. final. in fin. C. de pœna iudic. qui

mal,

mal.iud. & in l.2.§.1.ff.de iud. vbi de hoc habuit quęſtionem de facto.prout etiam refert Dec.conſi.43. col.4. verſicu. circa tertium.l.1. quem videas,& eundem Deci. conſi.119 diuino lib.2. vbi in materia renunciationis per metum factæ multa congerit: prout fecit etiam Vital. in tracta.clauſula in clauſula non vi 7.ver. d. metu. officialis. cum ſeq.

Ex omnibus igitur permiſſis ratione formę intrinſecę, vel extrinſecę ipſiuſmet ſententię, eadem poterit eſſe nulla, & nedum ex pręmiſſis, verum etiam ex compluribus alijs caſibus ſententię & proceſſus per modum nullitatem poterunt impugnari, quę curioſis lectoribus inueſtiganda relinquuntur.

IN RVB. SEV TITVL.

Qualiter ſententiæ, &c.

SVMMARIA.

1 *Litigatores quid agere debeāt in iudicio vt nullitas euitetur.*

2 *Iudicis officio congruit cuncta rimari & prouidere, vt ſolennia debita obſeruentur neue lites ex induſtria protrahantur.*

3 *Perſonarum in iudicio cōparentium habilitas in primis quęrenda eſt & nu.5.*

4 *Iudicis habilitas ante omnia in iudicio quærenda eſt.*

6 *Actio & libellus in iudicio apte proponi & concipi debet.*

7 *Iudiciorum ordo ſubſtantialis ſeruari, & ſententia cum debita ſolennitate ferri debent.*

8 *Iudice ſe fore competentem pronunciare valde vtile eſt: & quomodo hoc procedat.*

9 *Iudex procedendo ad vlteriora exceptiones iudicij impeditiuas reijcere videtur.*

10 *Procuratores ſeu comparentium perſonas eſſe legitimas pronunciare multum confert.*

11 *Nullitatem opponens quomodo & qualiter opponi poterit.*

12 *Nullitatem obijciens excluditur ſi fuerit iudicij incapax, aut ſi ſua non interſit; nu. 13. vel à tribus conformibus ſententijs*

tijs ſit condemnatus nu.14. aut ſi lapſa inſtantia ſtatutaria cauſæ nullita 15. ſiue quòd officium iudicis quod competit per nullitatibus eſſet præſcriptum.16.aut quod idē opponens promiſiſſet ſtare ſententia, & non dicere de nullitate 17.

18 Acta iudiciorum ſubſtantialia à lege non à partibus pendent: ideo ſi ſint nulla, non poſſunt à partibus validari: quamuis partes poſſint ſe adinuicem obligare de illis parendo: & tunc in vim pacti ſuſtinentur, & mandantur executioni etiam quòd ſint nulla.

19 Nullitati renunciari poteſt.

20 Præteritio filiæ in teſtamento patris habetur pro exhæredatione, & non poteſt dicere teſtamentum nullum: quoniā extat ſtatutum quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.

21 Nullitatem opponens ratione ſententiæ quæ impugnatur excluditur puta ſi opponat ad impediendum decretum, ſiue relaxationē ſequeſtri, ſiue contra ſententiam in conſiſtorio principis la am nu. 22. vel ab eodem principe confirmatam nu. 23. vel opponatur contra ſententiam quòd ab alia ſententia, quæ in rem tranſiuit iudicatam confirmata fuit. 24.

25 Princeps proceſſum ex defectu iuris poſitiui nullum poteſt confirmare, ſed tunc requiritur certa notitia; & ſcientia in ipſo confirmante.

26 Sententiæ ex quocunque etiam iuriſdictionis defectu nulla poteſt per iudicem appellationis confirmari.

27 Sententia lata præſente parte & non reclamante præſumitur ritè & rectè lata & ſeipſam abſque alio proceſſu iuſtificat.

28 Sententia antiqua ideſt 30. vel 40. annorum præſumitur ritè, vel rectè lata: maximè ſi in ea enunciantur ſubſtantialia interueniſſe.

29 Nullitatem opponens ratione oppoſitionis excludetur: ſi generaliter & vniformiter ac nulla expreſſa cauſa opponet, talis namque oppoſitio dicitur inepta, & non impedit.

30 Exceptiones, & proteſtationes generales regulariter non impediunt, neque proceſſum retardant.

31 Nullitas allegata altiorem requirens indaginem leuis præiudicij, & calumnioſa non retardat proceſſum.

32 Iudex concipiens malitiam in excipiente debet parū curare de exce-

exceptione, ex quo non probata veritate illius nil operatur.

33 Nullitatis obiectio non obeſt tertio qui iudicio nullitatis non interfuit: dummodo is de cuius intereſſe principaliter agebatur ſe paratus non fuerit.

34 Sententia ex defectu iuriſdictionis qualiter & quot modis impugnari conſueuerit.

35 Iuriſdictio ordinaria quãdo eſt notoria probari nõ eſt neceſſe.

36 Iuriſdictio in quã tacitè vel expreſſe fuit conceſſum, præſumitur, ideò probanda nõ eſt ſed exceptio negantis eã pbãda eſt.

38 Iuriſdictio ordinaria ſatis eſt ſi negabitur quod probetur per communem habitationem & reputationem, quia in tali ſufficit quaſi poſſeſſio iuriſdictionis.

39 Habilitas in perſona præſumitur ex pluribus actis per eum publicè geſtis.

40 Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio altero non poſſidente & præcedente titulo per vnicũ actum iuriſdictionalem acquiritur.

41 Iudex ordinarius quamdiu toleratur in officio nihil quoad innalidandum acta cõtra eius perſonam opponi poteſt, quod impotentiam facti vel iuris concernat.

42 Iuriſdictio delegata qualiter probari poſſit.

43 Delegato quãdo eſt perſona illuſtris & magnus officialis principis creditur quo ad iuriſdictionem ſibi commiſſam.

44 Delegatio præſumitur & reſultat ex ſcientia & tolerantia delegantis.

45 Scientia quoniam eſt fundamentum intentionis per allegantem probari debet.

46 Lex Barbarius. ff. de offi. præt. procedit etiam in delegato.

47 Delegare ſeu de nouo cõmittere cenſetur etiã is qui ſcit & tolerat procuratorẽ ſeu ab eo delegatũ fines mandati excedere.

48 Delegantis põteſtas & iuriſdictio probari poteſt ex cõmuni reputatione, quæ ſufficit ad probandum titulum prædeceſſoris.

49 Delegandi poteſtatis quibus competat de iure.

50 Delegari hodie poſſunt maximè de iure Canonico quandoque cauſæ etiam meri imperij.

51 Delegans an habuerit poteſtatem delegandi cognoſcit iudex delegatus ab eo.

52 Iudex quando dubitatur an ſit index ratione dubietatis remanet

net iudex, & proceſsus illius ſuſtinebuntur.

53 Delegatio facta in non ſubium valet, quamuis ad acceptandum delegationem cogi non poſſit.

54 Iudex qui patitur defectum iuriſdictionis impeditiuum, ſi non opponitur & non ſit defectus naturalis procedere poteſt: dummodo tales defectus à iure naturæ non prouentāt, vel quem funditus inhabilem & incapacem reddant.

55 Iudex non habetur pro criminoſo ſeu excōmunicato: vel infam antequam pro tali ſit publicè declaratus. Et propterea antequam quis publice pro tali ſcilicet inhabili & incapaci habeatur, quæ facta ſunt ratione officij vtilitate & authoritate publici propter communem errorem, & publicam vtilitatem ſuſtinebuntur.

56 Exceptiones quæ ſolent contra perſonam iudicis vel impetrantis non reddunt reſcriptum nullū quamuis detrahant principem à concedendo.

57 Exceptiones contra perſonam iudicis & litigatorum opponi ſolitæ ante litem conteſtatam opponi ſolent.

58 Exceptiones reddentes iudicium retro nullum ſemper opponi poſſunt; & quæ ſunt.

59 Reſcripta ad lites ſi non ſint aduocatoria etiam quod ſunt ſubreptitia mero iure valent. & propterea proceſſus illorum vigore facti reputantur validi.

60 Forma reſcripti vtilitatem partium concernens ſi à iudice nō ſeruatur, & partes expreſſim non contradicant, valet proceſſus, & imputabitur parti, quæ ſi diſplicebat, proceſsus contradicere debuit.

61 Præſens & nō contradicens in iudicialibus cōſentire videtur.

62 Iudex ſi excedit vel grauat ab huiuſmodi exceſſu eſt appellandū; alias proceſſus eſſet validus, quia non ſufficit ſimpliciter poteſtati vel excipere ſi à non admiſſione non appelletur.

63 Forma mandati ſi non ſeruetur, qualiter proceſſus ſuſtineri poſſit. & infra num. 100.

64 Reſcripta ſtricte interpretantur ad effectum quod minus offendant ius commune.

65 Reſcripta delegatoria latiſſimè quantum verborum proprietas, & iuris neceſſitas, & mandati intentio patiuntur

interpretanda ſunt.

66 *Delegatus ad audiendum cenſetur delegatus ad diffiniendum & delegatus ad vnam cauſam cenſetur ad omnem illi incidentem delegatus.*

67 *Iudex appellationis cognoſcit de nullitate tanquã acceſſoriè.*

68 *Cauſa ſimpliciter commiſſa: intelligitur commiſſa ciuiliter & criminaliter: & tam reſpectu proprietatis quàm poſſeſſorij, & tam quoad cognitionem quàm defunctionem, & cum omnibus ſuis incidentibus dependentibus, & vide hic exempla: & Matth.*

69 *Iudex vnus & idem in diuerſis cauſis quando adiri debeat, & non obſtet exceptio incompetentiæ.*

70 *Iuriſdictio conſideratur reſpectu ſummæ petitæ, non ſummæ debitæ, & ratione dubietatis valet proceſſus.*

71 *Iuriſdictio delegati re integra per deceſſum vel receſſum delegantis expirat ſed poſtquam in perſona delegati efficaciter radicata eſt, non expirat niſi ope exceptionis.*

72 *Voluntas præſumitur durare quouſq; mutata nõ probetur.*

73 *Reſcripta delegatoria tantum durant, quantum actio ſuper qua fuerunt.*

74 *Iuriſdictio qualitercunque vocetur vel expiret, debet conſtare iudici, aliter proceſſus eſt validus.*

75 *Reſcripta ad lites quamuis de iure non impetrentur abſque ſpeciali mandato: hoc tamen ex Rom. cu. ſtylo non procedit, quia quilibet impetrat.*

76 *Iuriſdictio tam ordinaria quàm delegata ex tacito vel expreſſo partium conſenſu de tempore in tempus, ſi iudex non contradicat, prorogari poteſt.*

77 *Sicuti vtraque iuriſdictio prorogatur ex eodem tacito conſenſu de re ad rem.*

78 *Iuriſdictio ordinaria de perſona ad perſonam prorogatur, ſecus in delegata: & qualiter iſta intelligantur.*

79 *Iuriſdictio ordinaria & delegata de loco ad locum prorogari poteſt.*

80 *Prorogatio iuriſdictionis tacitę quomodo fieri intelligatur.*

81 *Minor 25. filiusfamilias monachus mentecaptus, ſurdus, mutus, & ſimiles quamuis ſoli in iudicio quoad eorum præiudicium*

dicium ſtare non poſſunt, ſententia tamen in eorum fauorem lata valebit.

82 *L. non eo minus. C. de procur. extenditur ad omnes qui aliorũ auxilio iuuantur: tales enim inhabiles in iure parificantur: & priuilegium vni conceſſum ad alios extenditur.*

83 *Minor 25 & filiusfamilias in quampluribus cauſis perſonã legitimam in iudicio ſtandi habere noſcuntur.*

84 *Monachus religioſus in multis cauſis per ſeipſos in iudicio ſtare poſſunt prout hic.*

85 *Actor ſi fuerit iudicij incapax puta minor ex parte rei opponi poterit de illius inhabilitate: & impeditur proceſſus, ne iudicium claudicet.*

86 *Pupillus & minor qualiter ſint conueniendi, & in cuius perſona iudicium & actus ſint dirigendi vt iudicium teneat.*

87 *Filiusfamilias ſeu religioſus ſi conueniendi ſint: & pater vel ſuperior non velit præſtare conſenſum, quid agendum ſit pro validitate faciendorum:*

88 *Acta facta cum perſonæ inhabili puta pupillo poſſunt vnica citatione & audientia cum perſona habile repeti & reintegrari: & in Rom. cu. poſſet ſuper hoc reſcriptum implicari. num. 90.*

89 *Termini ſubſtantiales malè ſeruati in vim extrauag. Innoc. 8. vnica citatione & audientia repetuntur, & reintegrantur in Rot.*

91 *Procurator quod quis non fuerit ex parte domini pro quo fuit comparitum vſque ad mille annos opponi poteſt & eſt potentiſſima exceptio: nec obſtat. quòd fuerit pronunciatum talem eſſe legitimum procuratorem. nu. 92.*

93 *Mandatum ex diuturnitate temporis præſumitur ſecundum aliquos: & qualiter intelligendum ſit*

94 *Mandatum tacitè reſultat in eo, qui videt cauſam ſuam ab alio tanquam ſuo procuratore agi, & non contradicit.*

95 *Mandatum procuratoris, & mandatum iudicis regulariter parificantur, & argumentum valet de vno ad aliud.*

96 *Mandatum tacitè reſultat ex conſignatione ſcripturarum ad cauſam facientium: quoniam is cui fit conſignatio eſt ſolitus talia exercere.*

Man-

97 Mandatum non probatur ex ſola iuriam oſtenſione, quando conſignatio non probatur.

98 Cautio rati exigitur, vt ſaltim pro expenſis recuperandis alteri parti ſuccurratur.

99 Coniuncta perſona vere non eſt procurator coniunctæ neque illi præiudicat quamuis prodeſſe poſſit: ideo ab his exigitur cautio rati.

100 Mandatum tacitè præſumitur in eo qui vtilia geſſit & fecit ea quæ veriſimile eſt dominum facturum fuiſſe: & talia idē dominus cogi poteſt ratum habere.

101 Ratihabitio tacita ſeu expreſſa retrotrahitur, & confirmat ea quæ inualidè à principio geſta ſunt.

102 Ratificatio fieri poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam in fauorem ratificantis lata ſecundum communem opinionē: ſed Rota poſt ſententiam non admittit ratificationem niſi in præiudicium ratificantis.

103 Ratificatio reſultat ex eo quod dominus proſequitur cauſam à falſo procuratore eius nomine inchoatam, vel vtitur illius proceſſibus aut poſt cauſam inchoatam ad eundem procuratorem facit, aut à ſententia cum tali procuratore lata ſimpliciter appellat: & vide hic vſque ad num 104.

104 Ratificatio tacita operantur & fieri poteſt etiam in excedente fines mandati.

105 Mandati defectus ſi opponitur ab alio quam ipſo domino poteſt de facili impleri, maxime cum idem dominus poſſit tacitè vel expreſſe acta huiuſmodi ratificare etiam poſt ſententiam, & ſi opponitur de inhabilitate perſonæ conſtituentis vel conſtituta: reſponde prout hic.

106 Sententia interlocutoria vim diffinitiuæ non habens neque multum grauans abſque citatione ferri poteſt.

107 Citatio poſtquam cauſa fuit diſcuſſa, cognita & inſtructa eſt ſolennitas iuris poſitiui, ideo tunc committi poſſet.

108 Is qui conqueritur ſe non fuiſſe citatum, & nihil aliud releuans allegat, non eſt audiendus.

109 Citatio ex ſtylo in multis locis facta concluſione in cauſa omittitur quoad ſententiam audiendam.

110 Citatio in Romana curia ad ſententiam audiendam nominatim

tum fieri conſueuit facta tamen concluſione in cauſa ſi omitteretur, poſſet per viam reſcripti ſuppleri prout aliæ nullitates iuris poſitiui.

111 Citatus generaliter ad totam cauſam & non comparens ad reliquos actus non eſt vlterius citandus: & citationes quæ fieri conſueuerunt per contradictas, ex vrbanitate potius quam iuris neceſſitate fiunt.

112 Citandus non eſt vlterius is qui ab aliquo prætenſo grauamine appellatus à iudicio receſſit.

113 Citatio quibus caſibus non ſit neceſſaria vel de iure omitti poſſit. remiſſiue.

114 Citatio vbi non eſt neceſſaria ſi omittitur, vel ineptè fit, aut non expectatur is qui fuit citatus non vitiat proceſſum.

115 Præſens in iudicio præſumitur citatus.

116 Præſentia partis tollit & purgat omnem citationis defectũ.

117 Citatio in ſententia ſeu actu antiquo ex temporis diuturnitate præſumitur.

118 Citatio ſi impugnetur ex defectu iuriſdictionis quid agendum ſit, & regula eſt quod illud propter quod tollitur ſuſpenditur, vel impeditur iuriſdictio ipſi iudici allegari & conſtare debet.

119 Citatio tempore feriarum decerni & exequi poteſt.

120 Citatio eo ipſo quod de ea per relationẽ nuncij conſtat ad partis inſtantiam & à iudice decreta fuerit præſumitur.

121 Citatio abſque loco & tempore per iudicem ordinarium decreta valida eſt.

122 Citatio etiam nulliter decreta ſeu alias defructuoſa ſi per illũ citandus certificatus eſt, afficit & arctat perinde ac ſi quis legitimè citaretur.

123 Citatio quod ad notitiam citari peruenerit qualiter probari.

124 Citationis defectus cum clauſula dummodo ad notitiam citari peruenerit in Ro curia per reſcripta ſanari conſueuit.

125 Nullitates prouenientes aliunde quã ex defectu iuriſdictionis. citationis mandati. cum ſint iuris poſitiui & iura partium non lædant, in Ro.cu.per viam reſcriptorum communiter reparari conſueuerunt prout hic.

126 Confeſſus in iudicio de nullitate ex defectu proceſſus obijcere

non poteſt . & vide qualiter hoc intelligi debet .

127 *Nullitas quæ eſt dubio vel obſcura non recipitur: & in dubio contra eam & pro validitate actus pronunciari debet.*

128 *Appellatio quod valuerit & quod non ſit deſerta in dubio pronunciandum eſt.*

129 *Sententia ex aliquo defectu nulla ſi conſtabit illam quoad cauſæ merita iuſtitiam continere à iudice appellationis ſeu nullitatis confirmari aut reformari poterit: ideò bonum eſt quod cauſa in negotio principali recte inſtruatur & conſtet iudici de bono iure partis .*

130 *Poſſeſſio ſeu tenuta nulliter capta ſi conſtat, quod iuſtitia exigente danda erat, confirmari debet.*

131 *Captura non riè facta ſi conſtet de debito, vel quod alias iuſta ſit, confirmari debet .*

132 *Sententia nulla quod à iudice appellationis poſſit quoad cauſæ merito & iuſtitiam confirmari eſt communis opinio.*

133 *Iudex appellationis & nullitatis eadem ſententia & ex eodẽ proceſſu poterit declarare primam ſententiam nullam , & nihilominus partem non fouentem iuſtitiam in negotio principali condemnare .*

134 *Commixtio iura partium conſeruans admitti debet.*

135 *Auditores Rotæ ſimul & ſemel in articulo , grauaminis puta nullitatis & negotio principali , vel etiam omiſſo grauaminis articulo procedere poſſunt: ideo bonum eſt habere iudicem propitium .*

Qualiter ſententiæ & proceſſus , qui dicuntur nulli, defendi, ſeu reparari poſſint .

HVCVSQVE vidimus de nullitatibus & qualiter ſententiæ & proceſſus ex eiſdem impugnari conſueuerint . Reliquum eſt (ne eiſdem nullitatibus nimium fauiſſe videamur) vt aliquid etiam contra eaſdem , & pro defenſione ipſarum ſententiarum , ponamus .

Di-

Dicimus igitur primo quomodo ſe habere debeant litigatores ne fiant nullitates. Secundo, vbi factę fuerint, qualiter illas obijciens repelli poſſit. Tertio, in ſpecie de nullitatibus ex iuriſdictionis, mandati, ſeu inhabilitatis comparentium citationis, & reliquis in genere ſupplendis, & reparandis defectibus pertractemus. Quarto & vltimo (præſuppoſita nullitate) quid agere oporteat ſummariæ præcurramus.

1 Et quoad primum, Commonendi ſunt litigatores, & cauſarum patroni qui glorioſè vocis confiſi munimine, ſpem vitam & poſteros defendunt vt omni diligentia prę caueant, ne in tales defectus, ſeu nullitates incidant; quod erit factu facile, ſi ipſimet ad vnumquodque faciendum diligenter, maturè ac debito modo animaduerterint, ideſt ſi nec præcipi feſtinatione nec moratoria cunctatione proceſſerint. Singula igitur conſulto peragant ne (nimis feſtinando) præcipites in laqueum huiuſmodi defectum temere incidentes litigatores ipſi longe tardius ac maiori cum diſpendio & difficultate, id conſequantur, quod maturius & ſiue magno labore (rectè procedendo) conſequi potuiſſet. Cauſidici vero imperitia & rubore confuſi veluti abiecti, atque degeneres inter viliſſimos numerentur: attendant itaque ne proprijs armis ſe confodiant, & ſibimet ipſi impedimento ſint: vt inquit tex. in l. veteres in fin. ff. de itin. actuque priuat. & l. ſi de manifeſtis. §. tandiu. ff. de cond. furt. cum alijs, de quibus per Alex. §. conſ. 95. in cauſa. numero 2. lib. 1.

2 Spectat etiam ad officium boni iudicis cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, ac vt ſolennia debita, in iudicio adhibeantur, ne iudicium fruſtra fieri contingat prouidere. capit. iudicantem. 3 c. q. vlt. iuncto. cap. Cauſam quæ. & capit. examinata. de iud. & ponit. glo. in ver. Abſentia. in fi. in cap. 1. §. ſed & ſi. de elect. in 6. quam declarat Fel. in d. capit. cauſam. in prin. & ſeq. Bal. in l. licet. colum. 3. ver. ſed hic quæritur. C. de procurat. Ad ipſum namque iudicem ſpectat curare vt

lites minuantur, neue ab aliquo ex induſtria protrahantur iurgia, vt inquit text. in l. quiſquis. C. de poſtul. leg. quidam exiſtimauerunt in fin. ff. ſi cert. petat. l. 2. in princip. ff. de aqu. plu. arcen. leg. properandum in princip. C. de iud. cum ſimi. & ponit Spec. de offic. om. iudi. §. de ſeruit. verſic. item facit libellum &c. & verſic. & quod dico &c.

In principio igitur quæſtionis (vt negotium cautè procedat) ante omnia de perſonis, quæ iudicijs inter ſunt quęrendum erit, vt in ſimili docet text. in l. ſi quęramus. ff. de

3 teſt. l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. l. quidam referunt. in ver. eſſe. n. debet &c. ff. de iur. cod. l. ſi in diem, in prin. ff. de cond. & demonſt.

4 Et primò videndum erit de perſona iudicis, nunquid ſit competens futurus iudex cauſæ motæ ſeu mouendæ. quod facile cognoſcens, ſi videbis ea quæ poſuit Spec. in tit. de iur. om. iud. col. final. verſic. & breuiter nota. & titu de compet. iud. ade. §. 1. & ſeq. vbi reperies quis iudex in qualibet ſpecie cauſarum adeundus ſit: de quo ſatis vidimus ſupra ſub rubric. de nullitate ex defect. iuriſd. & ponunt doct. in rubr. extra. de form competen.

5 Secundò aduertendum erit ad perſonas litigatorum in iudicio comparentes, videlicet nunquid legitimam in iudicio ſtandi perſonam habuerint, & ſi non fuerint principales litigatores, videndum fuerit qua poteſtate comparuerint, de quo late poſuimus ſupra ſub rubr. de nullitatibus proceſſ. ex def. inhab. & mand. comp. & ponit Spe. in tit. de actore, cum ſeq. tit.

6 Tertio erit aduertẽdum quod actio ſeu negotium aptè proponatur: ſuper quo magiſtrali inſtructione videbis eundem Specul. in tit. de actio. ſeu petitio. & tit. de iud. & in tit. de lib. concep. & aliqua diximus ſupra ſub rub. de nullit. ex defec. proceſſ.

7 Quartò aduertetur vt ſubſtantialia iudiciorum ſecundum qualitatem cauſæ intentatæ, & ſtylum illius curiæ, in qua fueris, diligenter obſeruentur: demumque

que

que vt ſententia ſolenniter, & in forma debita per iu licem proferatur: de quo plene diximus ſupra in dict. tit. de nullit. ex defect. proceſ. & cap. Et continuo neceſſe oportebit, vt pars diuerſa, ſiue eius legitimus procur. ſi non fuerit præſens, ad quemlibet actum legitimè citetur: de quo plene diximus ſupra ſub rub. de nullit. ex defect. citatio.

8 Conſueuit etiam (& ſanum eſt conſilium) profunda inda iuriſdictione, & poteſtate iudicantis obſeruari, quod idem net iudex in cauſa, de qua agitur ſe iudicem competentem declaret: & talis pronunciatio reſpectu incompetentiæ iudicis, cum de ea vlterius non ſit quærendum, vtilis admodum, reputari conſueuit. vt docet Barto. in l. ex quacunque. columna tertia, ff. ſi quis in ius vocatus &c. Ang. in lib. 1. C. ſi à non comp. iud. Alexand. in l. de pupillo. §. qui opus in 3. colum. de nou. oper. nuncia. & in conſi. 223. viſo in princip. lib. 2. & conſi. 1. colum 3. vbi declarat hoc lib. 5. ponit Abb. in cap. cum ordinem. in fin. de reſcrip. Inn. & poſt eum alij, videlicet Fran. Im.).Pan. in capit. ſi duobus de appell. & idem Innoc. vbi late Feli. in cap. ſuper literis de reſcrip. & idem Fel. in rubr. de for. comp. in fin. cum alijs adduc. per Dec. conſilio 18. viſo. in princ. lib. 1.

Et intellige quod talis pronunciatio prodeſt: dummodo iudex aliqualem iuriſdictionem, licet elidibilem habeat: nam ſi penitus nullam haberet, puta quòd literæ iuriſdictionales eſſent falſæ, talis pronunciatio non faceret eum iudicem qui non eſſet: vt declarat Ægidius concluſio. 28. iudex & concluſio. 22. ſecundum magnam. & declarat Deci. in dicto conſilio 18 in fi. & Alexand. conſilio 77. viſis. columna 1. & conſilio 82. viſo proceſſu. columna 1. lib. 3. dec. Neap. 354. in cauſa reuocationis num. 14. Mill. in verſic. iudex qui prætendit ſe delegatum. & Fel. in c. ſciſcitatus. colum. 3. verſicu. ampliatur, de reſcrip. & ſentit Rot. deciſ. 86. à pronunciatione in fi. in noc. & facit deciſ. 737. nota quod neceſſarium in antiquis.

Talis in ſuper pronunciatio ad effectum quod proſit expreſsè fieri debet. Nam tacitè videlicet per proceſſum ad vlteriora, non ſufficeret: vt declarat idem Fel. in c.ſuborta.colum.5.verſi. limita quarto, de re iud.& in d.cap. ſuper literis. ver. fallit duodecimo de reſcrip. cum alijs, de quibus per Hippo. in l.ſi quis ver. teneas etiam

9 ment. numero 99. ff. de quæſtio. Quamuis regulariter iudex procedendo ad vlteriora, exceptionem propoſitam iudicij impeditiuam reijcere videatur: vt declarant doctores per illum tex. in c.ex parte de appel. Bartol in l. ſi a procedente. C. de dilat. ſentit gl. in ver. intueri. in l.2.§ ſi dubitet.ff.de iud.eſt deciſ.Rot.605.dic quod ſi aliquæ exceptiones. in antiq.& ponit Alexand. conſilio 37. viſo.co.5.ver.quarto confirmatur.lib. 2. & conſi.100. diſcuſſit.col.2.lib.5. Dec.in conſi.275.colum.3. vbi vide lib. 2.

10 Et ſicuti perſona iudicis, per ſuam pronunciationem (vt præmittitur) legitimari, poteſt, eodem modo perſonæ ipſorum litigatorum etiam per ſimilem pronunciationem legitimari poterunt: & talis pronunciatio erit vtilis, vt de his etiam vlterius non quæratur, vt voluit Spec. in titu. de excep. §. nunc videndum colum.pen. ver. in ſumma nota cautelam. & ponunt doctores maxime Bar. Pau. de Caſt. Iaſ. in l.licet. C. de procu. & Bald. in l. falſus. in penul. colum. verſicu. ad quartum venio. C. de furr. & Alexand. in conſilio 59. viſo proceſſu. colum. 2. verſicu. ſecundo reſpondeo. lib 2. & prædicta omnia de perſonarum ac iud. legitimatione, & quot & quibus modis fieri poſſit, & quantum proſit latius reaſſumpſit idem Hipp. in d.l.ſi quis in quæſtio. fere per totam.ff.de quæſtio. Quæ omnia ſi diligens patronus cauſę ſeruauerit, raro in illos defectus & nullitates inciderit, ſed cauſam ad finem ſuum optatum, abſque difficultate perducet. Hæc ſint pro aliqui inſtructione, quando res adhuc integra permanet. & quam nullitates fiant.

11 Secundo principaliter ſi ageretur de defectu ac nullitati-

litatibus iam factis, diligens cauſarum patronus conſiderabit imprimis, nunquid aliquo pacto aduerſarium oppoſitorem, ab huiuſmodi oppoſitione excludere poſſit, vel ratione ipſius opponentis, aut cauſæ, vel ſententiæ contra quam opponitur, ſiue ratione ipſiuſmet oppoſitionis, aut perſonæ illius contra quem vel iudicis coram quo nullitas huiuſmodi proponitur.

12 Ratione perſonæ ipſius opponentis aliquãdo idem oppoſitor excludi poterit, puta ſi foret inhabilis & incapax iudicio ſtandi: vt tot. titu. C. qui legit. perſonam ſtandi in iud. cum alijs, de quibus latè diximus ſupra ſub rubr. de nullit. ex defect. inhabil. compa. Nam cum materia huiuſmodi nullitatis ſine iudicio expediri non poſſit: vt inquit Bald. in rub. C. quorum appel. non recip. per tex. in l. fin. in princip. ff. de appel. eo ipſo quòd opponens apparuerit iudicij incapax regularibus repellendus erit, & non audietur.

13 Prout repelli poſſit, ſi non cõſtaret quòd ſua intereſſet: cum in iudicio audiri etiam non debebant hi quorum non intereſt. l. 1. in princ. ff. de appel. recip. cap. non ſolet. 2. q. 6. cum inter. de elec. cap. de his. extra de accuſ. cum ſimi. quæ in terminis ponit Aym. conſil. 177 ſcripſi in fin. & conſilio 170. in cauſa appellationis. colum. 2. num. 5. & dixi ſupra.

Vel prout excludi poſſet is, qui per tres ſententias conformes in cauſa illa condemnatus extitiſſet: quoniam
14 talis ſuper nullitate huiuſmodi ſententiarum quouſque plenariè executioni mandatæ fuerint, audiri non debet, vt eſt text. in clemen. prima, & ibi latè ſcrib. de ſen. & re iudic. Idem ſi foret excluſus a ſtatuto certum tempus iam tunc elapſum, ad cauſam nullitatis proponendam, & expediendam præfigente: nam extra tempus
15 ſtatuti, & inſtantiæ, maximè per viam petitionis, ſuper nullitate vlterius audiri non deberet: vt voluit Alexand. in conſil. 225 ponderatis. lib. 6. & conſil. 105. ponderatis. colum. 2. lib. 5. & de quo per eundem conſilio 82. viſo. colum. 3. lib. 3. de quo tamen vide Aret. conſilio 75.

diligentér colum.pe. & ſi. ítate namque huiuſmodi ſtatuto nedum agere prohibitus, audiri non debet: quinimo nec iudex ex officio ſuo, ad illius commodum, procedere poterit: & ſi procederet, nulliter faciet: vt voluit Barr.in lib.1 §.quod autem.ff.de aleat.& l.non ſolum.§ ſi.ff.de iniur.cum alijs, de quibus per Alexan.conſil.27.viſis.nu.2.lib 3 & conſi.81. ponderatis num.4. lib. 2. & ad præmiſſa vide per Aym. conſil.176. in cauſa appellationis.col.2.num.4.

16 Siue quod officium iudicis,quod pro nullitatibus huiuſmodi declarandis & reuocandis competit, de quo per Inno.in c.1. circa ſi. extra de offi.iud.& in ca. ſæpe.in 3.col.in prin.de appel.& vidimus ſupra in q.1.foret legitimè præſcriptum: & facultas illud implorandi tempore ſublata: quoniam offi iu n iudicis, ſeu facultas illud implorandi tantum durant quantum reliquæ actiones perſonales:vt per Bald.in l.data oper col.29.C.qui accu. non poſſ. & Sal. in l. præſes. ver. vlterius quis poteſt.C. quom.& quan..Franc.in c.dilecto q.5.de appel. & Alex. conſi.59.viſo tit.col.4.nu.15.& Dec.conſil.8.diuino.col. pen. in fin. h. 1. cum alijs, de quibus alias diximus. hoc igitur caſu opponens tempore ipſo foret excluſus,& non deberet audiri.

17 Vel quod ipſemet opponens ipſum an ſententiam voluntarie excluſiſſet: puta, quod ſententiæ ferendæ ſtare, nec dicere de nullitate promiſiſſet: ſed illi (qualiſcunque foret) pårere: tunc etenim lata ſnīa iudex nullo alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem, veluti confeſſi ſequetur: vt inquit tex. in l.late pactū.§.quis prouocauit. ibi Bald. & Ang.col.17.ff.de pac. & facit tex. in l. 1. ver. ſi quis ante ſnīam proceſſus fuerit non appellare, indubitanter auxilium perdit.&c. ff. a quib.ap.non licet.facit ét l.ſi conuenerit.ff.de re iu.& l. ſi aduerſus.C.de fid.inſt.& l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.cum ſi. Nam & ſi acta ſubſtantialia iudicij a partiū volūtate nō pēdeāt.ſed a lege, illaque propterea de dictarū

18 partium cōſenſu omitti,vel ſi nulla fuerint,ratificari non poſſint,

poſſint,per regu.ꝙ actus nullus ex facto a ptãte mea non dependente, a me ratificari, nec nullitas ſuppleri poſſit, arg.l.nemo põt.de leg.1.l. priuatorum.C. de iur.om.iu. lib.nec ex prætorio.ff.de reg.iu.Bar.in l.1.C.qui ꝓ ſua iu riſ.& in l.licet.C.de proc.c.vno. de litiſ.no.gl.fin.in c.fin. de re iu.li 6.& Abb.in c prudentia. in prin.colum.6.ver. quoad tertiam q.de of.del.& in c.fin.de prob.gl. & doct. in capit.cauſis.de of.dele. Alexan. in d.l. ſi conuenerit.& Rot. dec.88. in cauſa in qua eſt ſeruandus. & dec.258. ſi auditor in no. Poſſunt nihilominus partes ipſæ per pactũ ſeu ſtipulationem ſe obligare non excipere de nullitate ac de parendo hmõi,actibus & ſententijs, quæ & ſi forẽt nullæ, nihilominus inter partes in vim pacti & ſtipulationis exequẽtur: quia licet nõ valerẽt iuſtæ,valeret nõ pactum & conuentio hmõi, per tex. in l.2. C. com.vtri. iu.& ibi doc.& declarant Bal. & Ang.in d.§ qui prouocauit & Iaſ. in d.l. nemo poteſt col.10. ver. confirmatur. in 2.lectura.ff.de leg.1. & Abb. poſt alios in c.examinata.de confir.vtil.vel inu. & conſil.97. cum per ſñiam.col. 1.li.1.Fran.in c.dilecto.q 50. de appel. & late ponit Fel. in d.c.de cauſis.colum.3.verſi.1.vbi in hac materia ponit regulã cũ aliquibus fallẽtijs, & in ca.ſignificaſti in prin.in ver.tene menti de foro cõp. & in c. cum ex offi. in verb. non obſtat dictum Inn.de præſcrip.tenet Alex.in terminis noſtris in conſilio 32. opportune. colum. 2. & Dec. conſi.475.in cauſa quæ Mantuæ.col.4.num.33.& conſil. 499.in cauſa col.4 num.13.& dec.Nea.117.promiſſio.in
19 fi.cum alijs,de quibus. per Hipp.in lib.1.§.ad quæſt.nu. 28.ff.de quæſt. Aym.conſ.29.pro clariori.colum.3. nu.6. vbi præmiſſa declarat Et ꝙ poſſit renunciari. nullitati. vide Bald.in l.antiq §.fi.in fin.C.ad Vel. & Paul.de Ca. in conſi.260. in nomine ſanctæ &c.2. colum.lib.1. & latius quam alibi per Io.Baptiſtam Peruſinum.& in trac.de arbit.li.7.c.10.& ſeq.vbi ponit (loquens de compromiſſo) quando & quibus caſibus pactum & renunciatio nullitatis valeat,quem poteris videre, & Fel. in d.c.de cauſis Ioan.de Anania conſil.47. prope fin.Rom.conſi.402.
Im-

Imprępoſita.cum conſi.ſeq.Bened.de Barzis in trac.guarentig:æ.q.19.vlt.partis Tomo 17. quantumcunque igitur his caſibus ſententia foret nulla, deberet exequi, ſi non tanquam ſententiam, ſaltim vigore pacti, & ſtipulationis: vt d. § qui prouocauit: & taliter opponens a lege, ſiue ſtatuto, vel a ſemetipſo, a iure dicendi de nullitate excluſus, audiri non d beret, maximè ſi pactum, ſeu renunciatio fuiſſet iurata: vt loquitur Alexan. dicto conſil.32. poſt Ang.conſil.187.incipien.a & b.contraxerunt &c.& per ea quæ ponit idem Alexan. conſil.21. attentis.col.4. lib.3. pro quo facit etiam illud,quod voluit idem Angel.in l. Papinianus §. ſi quis mortis. verſicu.vltimò legatur. & in l. poſthumus. §.ſi quis ex his. ff. de

20 inoffic.teſta.dum inquit,quod ſtante ſtatuto, quòd maſculis exiſtentibus fœminæ non ſuccedant: filia in teſtamento patris præterita ab huiuſmodi ſtatuto excluſa, audiri non deberet, allegando teſtamentum patris nullum & inualidum ob ipſius præteritionem: & verè audiri non deberet, cum ſtante tali ſtatuto, per quòd ſuitas ſublata fuit prætерito filiæ pro exhæredatione habetur:& teſtamentum remanet validum:vt declarat Bar. in l.1.§.ſciendum.in fin.ff. de ſuis & leg. & l.1.§. filium. in 4.q.ff. de cont. tabu. & Bald. in l. fin. in fin.C. de lib. præt.& eſt communis doctorum opinio ſecundum Alex. in l.Gallus.§.quid ſi tantum.colum.3. de lib.& poſthum. & in l.Filiæ dotem.C.de collat. & melius in conſilio 47. abundè.col. fin.lib.2. vbi atteſtatur de communi.& facit quod ponit idem Alexan.conſil. 19. circa colum.1.verſi. ſed præmiſſis.lib.6 & conſil.125.quoniam.eo.lib.& Dec. conſil.505. copioſè in prin. lib.4.

21 Ratione cauſæ ſeu rei, vel ſententiæ, de qua agetur opponens nullitatem excludi poterit,& non erit audiendus, puta ſi ad impediendum decretum, ſeu relaxationem ſequeſtri nullitatem opponeret, iuxta tex. in clem. ad compeſcendas. in fin.de ſequeſtr. poſ.& fruc.& ponit Rot.394.nota quod ſi feratur in antiq.& deciſ.390.ſi feratur in no.

Vel

22 Vel ſi nullitas contra ſententiam in conſiſtorio principis latam vbi ordo iudiciarius, ac cæteræ iuris poſitiui ſolennitates non attenduntur, opponeretur iuxta tex.in c.ad petitionem.in fin.& ibi hoc.de accu.per quem text. Bal.in capit.1.§.fin.de natu. feu & capit. dicit principem ſola veritate inſpecta, ac ordine iudicij omniſſo procedere poſſe.Idem tenuit idem Bal.in l.fin.C.de leg. & late poſt alios ponit Fel. in c. ex cauſis de re iu. Angelus in l. principes.ff.de leg.Ro.in l.ſi quis arbitratu.in 3. col.ff.de verb. oblig.

23 Siue quod nullitas opponeretur contra ſententiam, vel proceſſus per eundem principem confirmatos: ulterius de illorum inualiditate diſputandum non eſſet: iuxta ea quæ ponit Inno. & alij in capit.1. & 2. de confirm.vtil.vel inutil.& legiſtæ in l.4.verſi. condemnatum. vbi Iaſ.col.3.ver.tertio limita.ff.de re iu.Rom.conſi.307. num.3.

24 Poteſt namque princeps Proceſſum nullum ex defectu iuris poſitiui ratum habere: vt quotidie in Rom. cu. fieri videmus. quando conſtat cauſam ad ipſius merita recte inſtructam, inquit Abb. in c. cum olim. col. penul. de re iu. allegando tex. in d.capit. ad petitionem. vbi etiam de hoc meminit Fel. ibidem. colum. 2. verſicu.tertio nota. de accu. & facit tex. cum ibi no. in c. 2.de tranſ.& quod ponit Barto. in l. conficiuntur.§. codicilij.ff. de iur.codic. & in conſilio 196. ciuitati Camerinen.col.1.in fin. & late ponit & declarat idem Felin.in c.qualiter & quando.el 1.colum.9.verſicu. fallit ſexto de accu. poſt Abb. & alios in c.ea quæſtio. de re iudic.ſuper quo tamen aduertendum erit, quia certa ſcientia principis actus nullum confirmantis requiritur: alias nullitas non excludentur. vt voluit Ægid. conclu. 116. ſi petens.& 748.Ro.232.Cum ſequitur in no. Aym.197.co. fin.& gl.in c.per diuerſitatem.in verb. communi.de conceſ.præben.Bar.in l.ſi conſtat.ff. de appel.Abb.in conſilio 63.Omnipotentis.verſicu.ſecundo principaliter.lib.1.& Alexan.conſi.59.viſo inſtrumento.col.3.lib.1.conſi.135. viſo.

Aliquando etiã iuriſdictio delegata impugnari conſueuit, ſub prætextu, quod omnis iuriſdictio ante ſententiã tacitè vel expreſſe per obitum delegantis expirauerit, ſeu per aliquem alium ex modis poſitis in Spec. de iud.delega.in §.reſtat.& doct.in cap.gratum. & c.in literis. extra eodem tit.in quo erit aduertendum: quoniam vera eſt regula,iuriſdictionem delegati re integra, ideſt antequam delegatus iuriſdictione vti incipiat,per deceſſum, ſeu receſſum ipſius delegantis omnino expirare. capit. quamuis.

tis.de offi.deleg.in 6.c.fi.in fin.extra de offic.leg.declarant doct.in l.quia.in fin.vbi eſt tex.ff.de iuriſdictio.om. iud.& in l.eius qui.vbi Alexan.ff.ſi cer.pet. & Canoniſtæ in d. cap. gratum. ſed ſi iuriſdictio ſemel fuerit acquiſita, & in perſonam ipſius delegati efficaciter tranſierit amplius ipſo iure non expirat, ſed opus eſt exceptione. per quam deducatur, & probetur cauſa propter quã expiraſſe prætenditur, per text.in c. ſi de ſubdelegato.& ibi gloſ.in verb. ipſo iure. & Archidia. de offic. dele.lib. 6.tenet Hoſt.in ſumma de offic.dele.§ fin.ver. vel receſſum.& Inno.in cap.licet eo.ti.& Spe.in d.§.reſtat verſicu. quid ſi delegatus,col.3.in fi.de quo per gl.in cap.cum venifſet.vbi Abb. tenet contrarium de teſtib. voluntas etenim durare præſumitur,quatenus mutata nõ probetur l.
72 2.& l.eum qui.ff.de prob.c.per latum. de his quæ metus cau.c.maiores.& ibi glo.circa fi.de Baptiſmo facit tex.in l.ſi forte.ff.de of.præſi. & reſcripta ac mandata huiuſmodi delegatoria tantũ durat,quãtũ actio ſuper qua cõcedũtur:vt inquit Abb.in c.quærenti.verſicu.ſuper gloſ.fin.de of.dele.cap.pe.de iud.c.ſi autẽ.de reſcr.l.2.C de diuer.re
73 ſcri.Qualitercũque igitur iuriſdictio reuocetur,hoc proponi, & iudici delegato notificari debet: alias ſi ante exceptionem & notificationem, tanq̃ iudex ſnĩam ferret reputaretur valida.arg.tex.in cle.1.de renunc.& cap. auditis.de proc.c. dilecti. el 2. de præb.c. audita, de reſt. ſpo. & ponit Bald.in l.1. in fin.C. vt lite pend.& in l. mandatum col.pen.C.manda.& in l.falſus.colum.7.C.de fur. & Fel.in c.de cauſis.ſuper gl.in verb.certum tempus de off. dele. docto. in capit. cæterum, de reſcrip. & late firmat Dec.conſ.295.in cauſa iſtorum.col.2.verſic.ſecundo reſpondetur. lib. 2. Videas nihilominus Boer. in dec. parlam.347.dum ponit nunquid per creationem ſecundi vicarij cenſeatur primus reuocatus. Et an geſta ante notificationem reuocationis teneant: vbi ſuper vtroque negatiue concludit.
75 Sed ſi opponeretur delegationem.ſeu reſcriptũ,& cauſa commiſſionem rõne ipſius impetrantis non valuiſſe,

quaſi quod ad id nullũ habuerit a principali domino mã datum, iuxta tex in c.nonnulli, in fi.& in c.ex parte decani, de reſcr.cum alijs de quibus per Alexan.qui hoc tenet in conſi.135.Ponderatis.colum.2 lib.2.Tunc reſponderi poterit ex ſtylo Ro. Cur.hoc non ſeruari : quinimò indiſtinctè, vnus pro alio etiam ſine mandato reſcripta huiuſmodi & cauſarum commiſſiones impetrat : vt quotidie videmus, & de hoc ſtylo atteſtatur gl. in d.cap. nonnulli & capit.ex parte.in verb:ſine:& Rot.deciſ.175. commiſſio.in no. & Caſſ.dec.1.in fi. ſub ti.de procu.ſatis igitur fuerit quod illis principales vſi fuerint: quia tunc non diſputabit de perſona impetrantis, per id quod ponit Æg.concl.506.concl.circa medium.& 583.licet vſus, cum ſeq.præterea vbi impetratio, ſeu actus requirit impenſam præſumitur ab eo factus, de cuius intereſſe agitur per doct.Bar.in l.cum ſeruus.ff.de verb.obl. cum alijs latiſſimè cumulatis per Felin c.ſicut.col.22.verſic. fallit quinto de re iud.& Capi.dec.86.in cauſa magna.numero 11. & alias dixi.

Hæc igitur & ſimilia prodeſſe poterunt, quando aduerſarius eum qui ius dixit nullam habuiſſe iuriſdictionem, & poteſtatem excipiet ſi vero illum iudicem fateatur, ſed incompetentem affirmet, puta ratione loci, cauſæ, ſeu rei, temporis, vel perſonarum : tunc diligenter conſiderata obiectione & illius veritate, aduertas primo nunquid fueris in aliquo ex caſibus in quibus non attenditur, neq; fori, neque iudicis competentia : quos enumerant Mod. in rub.de fo.comp.& Corſe.poſuit 35.in dictionario domini Abb.Pan.in verſi.iudicis incompetentia, & ſi in aliquo ex ipſis non fueris, ac reliqua tibi deſint, poteris ad
76 materia prorogationis conualere: quoniam tu ſcis q̃ iuriſdictio tam ordinaria, quam delegata per conſenſum partium tacitum vel expreſſum de tempore in aliud tempus prorogari poteſt, dummodo iudex ſaltem tacitè conſentiat: vt probatur in l 2.§. ſed ſi iudex & ibi Bar.ff. de re iud. & in c. de cauſis, vbi Inno. & alios de officio deleg.

Sicuti

77 Sicuti vtraque iuriſdictio poteſt etiã de re ad rem abſque aliquo partium conſenſu expreſſo prorogari. lib. de quare. §. 1. & ibi gl. ff de iud. c. cum olim Abb. & ibi ſcrib. extra de offi. deleg. declarat Bar. in d. lib. 2. §. ſed ſi iudex. Imo. & Panorm. in d. cap. P. & G. col. 22. & Fel. in d. capit. de cauſis. colum. 3. verſic. ſeptima declaratio, ac (vt dixi) ſatis eſt quod tacitus partium conſenſus accedat, ſecundum Bald. in lib. 1. in 4. col. C ſi à non compe. iud. tenet & declarat Alexand. in conſilio 94. ſuper libro 7. & deciſio. Neapo. 118. promiſſio. numero 4. Paris de Put. de ſindic. in verb. inſtrumentum in princip. Guid. Papæ quæſt. 286. ſtatuto.

78 Prout etiã ex eodẽ tacito vel expreſſo partium conſenſu etiã abſque ſcitu iudicis iuriſdictio ordinaria poterit, de perſona ad perſonam prorogari, & vnus iudex pro altero aſſumi li. 1. & 2 conuenire ff. de iud. li. 1. C. de iuriſd. om. iu. c. ſignificaſti, de foro comp. quamuis ſi perſonæ litigatorum eſſent alteri iudici nedum ratione nudi exercitij iuriſdictionis, verumetiam alterius ſuperioritatis & ſubiectionis ſuppoſitæ, prout ſunt clerici reſpectu ſui ordinarij, ac vaſſalli reſpectu domini feudi, tunc ad prorogandum alterius iudicis iuriſdictionem requireretur & conſenſus illorum ſuperioris, d. cap. ſignificaſti, & c. Ro. in prin. eo. tit. in 6. ponit Spe. de comp. iud. ade. §. generaliter. ver. & no. quatuor eſſe neceſſ. declarat Bar. in d. l. ff. de iu. & doct. in d. l. ſi quis ex conſenſu, & Ca. in dec. Neap. dec. 9. in cau. verſi. col. 1. vbi vide.

Delegata autẽ iuriſdictio hoc caſu de perſona ad perſonam in delegatione tacite vel expreſſe, ſeu principaliter, vel incidenter non comprehenſam, non prorogatur, per tex. in d. cap. P. & G. vbi gl. & doct. ad omnium tamen perſonas quas negotium tangit, & de quarum intereſſe agitur, iuris authoritate extenſio fit vt inquit Hoſtien. in ſumma. de offi. iud. deleg. § quibus modis, col. ſi. verſ. & in ſumma, & ponit deci. Neap. 227. quidam nobilis, & diximus ſupra.

79 Vtraque etiã iuriſdictio de loco ad locum conſueuit:

prorogari: dummodo in iudice delegato partes expreſſe conſentiant. c. ſtatutum. §. in nullo de reſcri. in 6. & tenet Rot. dec. 380. ſi iudex, in no. vbi quod tacitus conſenſus non ſufficeret, & ſi locus ille foret in alterius iudicis territorio, etiam illius iudicis conſenſus requireretur, vt voluit glo. in cap. vt litigantes de offic. ordin. in 6. & tenet Abb. in d. cap. P. & G. col. 6. in prin. & cap. cum olim Abb. de offi. deleg. Ang. in l. fi. de iuriſd. om. iud. Notabis tamen quod in omnibus caſibus in quibus agitur de prorogan da iuriſdictione, requiritur neceſſario, quod iudex capax ſit illius iuriſdictionis & cognitionis, quæ prorogari intenditur. vt voluit Inno. in c. paſtoralis, de re iud. & doct. in c. fi. de iud.

80 Quandocunque igitur oppoſitum fuerit de iudicis incompetentibus ad ſaluãdum proceſſum replicari potest de illius prorogatione expreſſa, vel tacita: ideſt, quod partes ſponte, & ſcienter coram huiuſmodi iudice litem conteſtati ſunt: vel etiam ante litem conteſtatam coram eo actus poſitiuos, quia citra iuriſdictionem explicari nõ poterant, feciſſe reperiuntur. His namque modis in eum tanquam iudicem conſenſiſſe, & iuriſdictionem prorogaſſe videntur, prout eſt communis opinio ſcribentium de qua fidem facit Fel. in c. 1. col. 3. verſi. glo. in verb. placere. extra de iud.

Erit tamẽ aduertendũ, ꝙ ſi litigator nõ fuerit peritus preſumitur in dubio coram iudice incõpetenti litigaſſe ꝑ errorem, vt voluit Spe. in ti. de iud. compe. adir. §. 1. verſi. ſed nunquid preſumetur, & Bald. in l. eos. in princ. col. fin. C. de app. cum alijs, de quibus per Alex. c6ſ. 12. viſo col. 2. verſ. tertio reſponderi. lib. 6. hæc ſimilia prodeſſe poterunt, vbicunque nullitas ex defectu iuriſdictionis ex aduerſo opponetur.

Si vero nullitatem aliunde putà ex inhabilitate litigatorum, vel defectu mandati comparentium proueniſſe prætenſũm fuerit in primis diligenter conſiderabitur nullitas obiecta, ac vnde, & qualiter proueniat & in iudicio proponatur.

81 Nam finge ꝙ afferatur ſententiā & proceſſum nullum, ex eo ꝙ is qui in iudicio fuit, & ſententiam ſibi fauorabilem,reportauit, fuerit, minor 25.annis: qui abſque interuentu tutoris vel curatoris perſonam legitimam in iudicio ſtandi non habet: vt in l.1.& ibi tradunt ſcri.C. qui legit perſon.ſtand.& in l.ſi præſes.C.quomodo & quand. iud.

Siue quod fuerit filiusfamilias,qui abſque conſenſu patris in iudicio regulariter eſſe non poteſt, ſecundum glo. in l.cum non ſolum.ſuper verb.neceſſitate.per illum tex. C.de bonis quæ lib.& in l.fin.C.ad Mace. & c.ſi annum, de iud. in ſexto.

Vel quod monachus, ſiue religioſus ſuperioris ſui licentia in iudicio ſteterit, contra tex. in c. cauſam, extra de iud.c.ex parte.de accuſa.placuit. el 2.& c.nonnulli 16. q.1.

Aut mutus, ſurdus, prodigus, cui bonis fuerat interdictum,vel ſimiles,qui ſine curatore in iudicio ſtare non poſſunt: vt ff.de priui.cred.l.dabimus.§.fi.& l.ſurdo.eo.ti. l.1.& l.mulieri.ff.de cura.fur.l.1.§.fi.cum ſeq.ff.de poſtul. cum ſimil.

Huic & ſimili obiectioni poteris reſpondere, quod & ſi omnes & ſinguli ſupradicti regulariter quoad illorum præiudicium in iudicio ſtare non poſſint: ſecus tamē eſſe quoad ipſorum commodum & vtilitatem: quia talibus a lege ſpeciali fauorem indultum eſt: vt eorum conditionē meliorē per ſeipſos deteriorem vero non aliter,q̄ cū tutoris, aut curatoris authoritate facere poſſint. l. contra iuris regulas. in prin.ff. de pact. inſt. de aut.tu. in prin.& propterea velle & nolle in eorum commodum. non autē in eorum præiudicium habere dicuntur. l. Iulianus. §. ſi quis pupillo.ff. de act. empt.l.2. §. fin.ff. ſol. mat.l. inuitam. ff. de ſerui. vrb. præd. ponit glo.in l. pupillus.ff. de reg.iu.circum in caſu noſtro ſententia in eorum commodum & fauorem lata præſupponatur, ad ipſam inualidandam,ꝙ tales fuerint inhabiles, aut incapaces opponi non poterit:cum iure ſpeciali quoad illorum commodum ca-

pacés

paces & habiles reputentur: vel potius eſſet cauſa & ratio legis eoſdem per ſe iudicio ſtare prohibentis. Sententiæ igitur & proceſſus illorum fauorem concernentes validi ſunt: prout eſt textus expreſſus in l. non eo minus. vbi late ponunt ſcrib. C. de procu. & lib. 1. vbi glo.
32 in verb. aduerſus. C. qui legi. perſonã. & l. ſi tutor. vbi gl. Bar. & alij. C. in quib. cau. in integ. reſt. Canoniſt. in cap. cauſam. quę de iud. Anch. conſ. 223. vnus. col. fi. Et quamuis dicta lex non eo minus; in minore 25. annis minus legitimè iudicio comparente loquatur: nihilominus ex identitate rationis etiam ad alios qui tutorum vel curatorũ auxilio iuuantur, extẽdi ſolet: quoniã priuilegium vni ex prænominatis conceſſum, ſæpius ad alios leges ipſæ extendunt. prout patet in lib. Fulcinius. §. adeo, & ibi Bar. & Alexan. & § plane. ff. ex quibus cau. in poſſ. eat. & lib. & mulieri. §. fi. iunct. glo. ff. de cur. fu. lib. 2. & ibi gl. & Bald. qui in materia nullitatis loquitur, & tales parificat. C. eo. tit. & d. l. dabimus in fin. cum l. ſequi. ff. de priuil. cred. & l. tutor pupilli, & ibi Paul. de Caſt. ff. de iureiur. lib. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſt. num. & ſpecialibus quod de pupillo ad eccleſiam fieri poſſit illatio, & vnius fungatur iure alterius, eſt tex. in capit. 1. & ibi ſcrib. de reſti. in integ. eſt glo. in verſicu. negotio. in li. Imperatores. ff. de re iud. & in l. vnic. in fin. gloſſ. magnæ. C. de ſen. ad Fiſc. lat. li. 10. & in l. ſi procu. in fin. ff. de iure fiſc. tenent cõiter Canoniſtæ in c. cauſam. vbi Pau. col. pe. atteſtatur de cõmuni. extra de iud. Idem atteſt. Iaſo. in lib. non eo minus. in quarta extenſione. C. de procu. & quod dicitur de eccleſia intellige ẽt de Fiſco, qui eum illa pari paſſu ambula, vt per doct. in locis ſupradictis. Quod autem de pupillo, & eo cui bonis eſt interdictum fiat cõparatio, videtur tex. in l. certi condictio. §. quoniam. in fi. ff. ſi cer. pe. & l. qui bonis. ff. de nouat. iuncto tex. inſtitu. de auth. tut. in princ. de furioſo & prodigo, videtur text. in lib. 1. ff. de cur. fur. & l. furioſi. ff. de reg. iu. de pupillo, ſeu minore & furioſo probatur in l. 1. §. ſed furioſo, & §. igitur. ff. de acqui. poſſeſ. & l. ſi contra iuris. § 1. ff. de pa-

ctis. Ambo. n. loco abſentium reputantur. vt inquit tex. in l. diem. §. coram. ff. de arbit. & l. 2. §. ſi furioſus. ff. de iu. cod. iunc. tex. in l. de pupillus. ff. ex quibus cauſis in poſſeat. Et in compluribus locis inueniens diſpoſitionem factam de vno ex iſtis ad alterum extendi, & tenet Bar. in cl. Imperatores. ff de re iud. & Fel. poſt glo. & alios, in cap. paſtoralis. in verſic. vniuerſitas. & in c. cām quæ col. 4. de iud. & ponunt doct. in d. l. non eo minus, vbi Iaſ. ponit plures extenſiones illius tex. & declarat Bartol poſt alios in l. à furioſo. ff. de re iud. aduerte tamen quia iſti incapaces adæquantur, quoad priuilegia, quorum ipſi ſunt capaces, & non aliàs. Et propterea cum furioſus & mente captus iudicij reputentur omnino incapaces: vt diximus ſupra, ſub rub. de nullit. ex defect. inhabil. comparent. propterea ſupradicta æquiparatio, quoad iſtos penitus incapaces non procedet.

Si vero tales ſniam ſibi contrariam reportauerint, & ad ipſam inualidandam pro eorum parte nullitas ex defectu inhabilitatis & incapacitatis ipſorum opponeretur: tunc primo diligenter examinandum fuerit, nunquid cā & articulus ſuper quibus ſentētia lata reperitur, fuerit ta-

33 lis, ꝙ ſupra nominati non habuerint legitimam perſonam in iudicio ſtandi: quia & ſi præſcripti regulariter in iudicio ſtare non poſſint: iſtud tamen non eſt perpetuo verum, ſed plures fallentias recipit: prout de minore, & filiofamilias ponunt doct. in lib. non ſolum §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. & l. ſi longius. §. ſi filius familias & l. lis nulla. ff. de iud. & ponit. Spe. in ti. de actores § 1. ver. item ꝙ filiusfamilias, & in prin. & verſi. ſed nunquid in caſibus. col. 16. eſt tex. & ibi gl. & ſcribent. in d. c ſi annum. de iud. in 6. & cap. ex parte vbi glo. ordinaria, de reſtitu. ſpolia. & Roman. ſingu. 320. incip. Tu ſcay. in quibus locis inter alia reperies minorem vigintiquinque maiorem tamen quatuordecim, etiam abſq; conſenſu patris in cauſis ſpiritualibus, ac beneficialibus: & ab his dependentibus, de quib. in clem. diſpendioſam de iud. ſeu ſuper bonis caſtrenſibus, vel quaſi & alijs

rebus quarum plena adminiſtratio illi cõpetit, vel etiam in aduentitijs abſente patre, vel ipſo præſente filium publicè adminiſtrare tolerante, poſſe agere.

84 De Monachis & religioſis ꝙ abſque ſcitu, & licentia ſuperioris in quam pluribus poſſint ét ipſi in iudicio ſtare: prout ſi in cauſa ipſorum electionis egiſſent, vel pro aliqua re ſpectante ad peculium, ſeu adminiſtrationem de conſenſu ſuperioris eiſdem conceſſum, vel in cauſis contra ipſorum ſuperiorem motis, putà ipſum de aliquo crimine accuſando, vel contra eundem agendo, vt ipſos ad clauſtrum reſtituere debet, ſeu ab obſidione liberet, vel egerint contra aliquos pro reſtitutione alicuius rei, qua dum aberat, ſuperior ſpoliati fuiſſent, vel agerent tempore, quo de licentia ſuperiorum in ſtudijs permanent: his namque & ſimilibus caſibus iudicium contra tales actiuè & paſſiuè agitatum tenebit, nec ratione incapacitatis inualidabitur: prout aliqua ex præmiſſis reperies in clemen. religioſus in verb. conſtituere. de procu. Specu. in dicto titu. de actore. § 1. verſicu. item excipitur contra actorem, quòd eſt monachus, & ibi Bald. in add. in verb. an monachus, & doctores maximè Abb. & Fel. in c. cum dilecta. de reſcrip. & c. ex parte. de accuſ. & ponit Rot. 438. vtrum religioſus. & deciſio 18. nota quòd monachus in antiq. quæ inter alia notanter voluit religioſum etiam pro laico ſub prætextu vtilitatis ſuæ eccleſiæ in iudicio poſſe comparere: neque illi opponi poſſe, quòd non ſit vtilitas eccleſiæ: ex quo talis cognitio ad ipſum non ſpectat, prout ibi.

Et ſi ex prę̨miſſi proceſſum & ſnīam quis defendere nõ poterit, ne tempus in his diutius conteratur, conſulo,
85 quòd ſi inhabilis, & incapax fuerit actor, ex parte rei opponatur, & excipiatur eundem actorem audiri: neque ad vlteriora ad eius inſtantia procedi deberet: ex quo talis nõ hẽt legitimam perſonam litigandi, ne iudiciũ claudicare contingat, iuxta tex. in c. cum inter de exce. Controuerſia etenim ꝗ legitimè incępta fuit, duntaxat terminari debet. l. fin. ꝗ qui legit. perſon. l. vn. verſicu. C. qui

dari

dari tut. & hæc oppoſitio ad repellendū inhabilem, & retardandū proceſſum valida reputabitur, vt voluit Spe. in tit. de act. & ibi Io. And. §. 1. colum 4. verſ. quid ſi minor. & tenent Bart. Alex. Iaſ. Paul. de Caſt. poſt Cy. & alios in d. l. non eo minus. Et quamuis talis exceptio non reddat iudicium retro nullum, impedit tamen (vt dixit) progreſſum iudicij: vt declarant doctores in ſupradictis locis.

Si vero inhabilis & incapax in iudicio tanquam reus ſteterit; & ipſe opponat contra proceſſum nulliter actum ratione perſonæ ſuæ minus legitimè, ſi oppoſitio in facto verificetur, ac de iure procedat conſilium erit quod actor ex integro contra hmōi inhabilē & incapacem inſtātiam ordinatur, & ſi talis putā pupillus fuerit, & maior ſeptennio, iudicium cōtra illius perſonā dirigat in pſonā eiuſdē libellum concipiendo qui idem minor reſpōdere cogetur cum authoritate curatoris, ſi quē hābebit, ſi non habebit: poterit ſemel citari ad legitimè comparendum: nam tunc intelligitur citatus vt compareat, & ſibi curatorem petat: vt declarat gl. in l. ſi minor. ff. de bo. aut. iud. poſſi. & per Bal. in l. eo minus in fi. C. de proc. & in l. fi. in princ. C. ſi propt. pub. penſ. refert & ſequitur Dec. conſi. 590. exhibetur. col. 2. verſ. non obſtat. lib. 5. & ſi non comparuerit, vel minus comparuerit, tunc poterit a iudice peti curatorem in litem hmōi dari: & dabitur illi etiam inuito, vt l. potuit & l. ſi infanti. C. de iu. delib. l. 1. vbi Cyn. Iaſ. de Arec. & Bald. C. qui pet. tut. l. qui habet. §. idem Caſſius. ff. de tut. quem tex. ita in terminis noſtris declarat dec. Neap. 246. mater vidua. & facit quod ponit Lap. alle. 123. quidam expoſuit. col. pen. verſ. nec prodeſt &c. vide tamen Bar. in l. hæc autem in prin. ff. ex quib. cauſ. in poſ. vbi videtur aliter ſentire &c. Si verò minor fuerit abſens, aut minor ſeptennio, tunc iudicium dirigetur contra perſonam tutoris, ſeu curatoris, ſi aderunt alias deputari debebunt: quoniam etiam impuberi tutore carenti curator in litem dari poteſt, vt plenè examinat & comprobat Alex. conſ. 122. videtur lib. 1. & patet tot. tit. de in lit. tu. vel cur. dand. & lat. C. qui tu. dare. & præmiſſa docet Ioan. And. in Spec. in tit.

tit.de reo. col.4.in verb.authoritate per eundem Spec.in tit. de lib. concep. §.iam nunc. in prin. verſic.porro ſi vis agere &c.& Bart.in l.1.C.de bo.mat. & deciſ.Neap.272. fuit in conſ.col.3.cum ſimi.

87 Vel ſi cum religioſo aut filio familias quæſtio fuerit ſuperior, ſeu pater ad conſenſum præſtandum etiam capitis pignoribus, ſi fuerint præſentes cogi poterunt, aut ſi ad conſentiendum ſemel interpellati recuſauerint, a conſenſu huiuſmodi præſtando ob illorum contumaciam alieni fiunt, & vlterius non requirentur: vel (pro abundantiori cautela) huiuſmodi conſenſus poterit per iudicem ſuppleri iuxta tex.in l.qui bono. um. C. qui admitti & interloqui talem legitimam perſonam iudicio ſtandi habere: vt docent ſcribentes in d. §.neceſſitate. & Spec.in d.§.1.titulo de actore verſic.ſed quid ſi pater noluerit conſentire.colum.11.& ibi Io. And.in verſ.conſentiat.& Alex.conſi.69.viſo.colum.2.verſic.ſecundo reſpondeo.lib.2.

88 Et poſtquam per aliquem ex ſupradictis modis actor perſonam rei inhabilis, habilem reddiderit, vnico contextu, & audientia cum perſona huiuſmodi habilitata acta quæ dicebantur nulla ex receníere & repetere poterit, prout docet Bartol.in l.mutari. C.de procu. & l.1.colum.2. C.de ſent. & l ſi vt proponis. la 1. verſic. quæro vtrum iudex. C.quomodo & quando &c Abb.in cap.fi.colum.2.extra de prob.Et videtur ſentire Io.And. in Spec. titul. de act. § 1. in verſic. claudicare. dum allegat l.ſi id quod.§.1.ff.de reſcind.vend. vbi actus nullus factus a pupillo renouatur cum authoritate curatoris,& efficitur validus, & hanc practicam repetendi & tali modo reintegrandi acta nulla.& proceſſum puta cum pupillo vel minore, ſiue curatore factum, docet & commendat dec.Neap.dec.242.fuit in conſ. in fin. aſſerens in regia curia ita ſæpius practicari. & deciſ.in conſilio 549. requiſitus a ſpectabili. in fi.libro 4.& idem ſentit in conſilio 661. in caſu de quo in finali vbi dixit quod quando propter inhabilitatem perſonæ actus eſt nullus, licet

ceſſet

veſſet ſeu remoueatur inhabilitas; non per hoc actus recon ualeſcit, ſed opus eſt nouo conſenſu & quod actus reitere retur, per tex. in l. 1. & de contract. iud. & c. ſi eo tempore, de reſcr. in 6. & in ſimili quotidie vigore conſtitutionis extrauag. Inn. 8. termini ſubſtantiales in ſacro cauſarum palatio apoſtolico malè ac nulliter, & perperam obſerua ti vnica audientia & citatione in Rom. Cu. repetuntur & reintegrantur: de quo ponit Caſſ. dec. 8. de reſcr. ac etiam virtute præmiſſorum in eadem Ro. Cu. forſan reſcriptum poſſet impetrari, maximè cum illa clauſula refectis expenſis &c. vt iudex eiſdem actis, & proceſſu ex defectu (prout eſſe contigerit) nullo vnica audientia & citatione reintegrato & reiterato, ad expeditione cauſæ pro fouente iuſtitiam procederet: quia hoc prout vides non longè a iuris communis diſpoſitione diſtat, & hæc inſeruient quando ab eiſdem, ſeu per ipſomet principales litigatores, qui per ſeipſos in iudicio comparuerunt: exceptio opponetur.

Sed ſi iudicium non per ipſomet principales, ſed per alios eorum nomine, vt puta procuratores, actores, curatores, ſyndicos, & ſimiles agitatum fuerit, & opponatur nullitas ex defectu poteſtatis & mandati ipſorum comparentium. Aduertendum erit qualiter, & a quo nullitas huiuſmodi proponatur.

91 Nam ſi fuerit oppoſita ab eo cuius nomine litigatum fuit, vt puta quod dominus principalis aſſerat ipſum qui pro eo, & eius nomine iudicio inter fuit, & ſententiam contra reportauit, procuratorem ſuum non fuiſſe, ſi de mandato non conſtabit erit potentiſſima exceptio, quæ quoad ipſum dominum reddit iudicium retro nullum, & quandocunque etiã vſque ad mille annos opponi poteſt, prout tradunt doctores. in l. licet per illum tex. C. de proc. &c. in noſtra extra eod. tit. l. 2. & ibi ſ. art. ff. de eo quod pro tuto. & idem Bart. in l. Pompo. §. rati. in fi. ff. de procu. poſuit Bal. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrum. Cuius dictum videlicet poſſe agi abſque aliqua temporis præfinitione ſecutus eſt Alexan. in l. qui aliena. §. 1. ff. de acq. hæred. & in

l. ſcien-

l.ſciendum.col.4. verſi. vnum tamen ſcias.de verb.oblig. & in conſil.191.p oſpecto.col.2. vol.6. & conſi.2.col.5.in fi.lib.4.& Dec.conſi.215.in cauſa vertente.colum.1.verſicu.vlterius; & conſi.199.viſis col.2.& deciſ.Neap.345. num.8.& dec.368.in cauſa mobilium.nu.9. & Iaſ. conſil. 140.Fel.in c.ſicut,col.16.verſi.6.aduerte. de re iud.Alb. Bru.conſ.195.& alias dixi.

92 Et quamuis aliqui noluerint ex temporis diuturnitate mandatum præſumi debere, de quibus per Bald. conſilio 289.in prin.colum.4.verſ. quoad ſecundum punctum lib. 3.& Cur.conſ.77.ſuper motiuis redditis.colum.2.& Dec. conſi.638.communitas.col 2.& Iaſ. in l.2. C.qui admitti. & Bal.in tract. præſcr. parte prima tertiæ partis principalis. num. 28. horum tamen opinionem intelligere potes quando alius quam ipſe principali dominus opponeret: quoniam tunc propter dubietatem an idem dominus dediſſet mandatum, necne præſumi poſſet in dubio ex temporis diuturnitate mãdatum, pro quo videtur gl. in verb. debet.& ibi Io.And. in c.ea noſcitur. de his quæ fiunt a præla.& declarat Alex.in conſil.78.circa primum, col.4. poſt principium lib.1.& conſi.9.viſo themate col.fi.lib.3. volentes ei qui dicit conſenſum capituli in alienatione non interueniſſe, quando capitulum ipſum non reclamat, incumbere onus probandi, ſed ſi capitulum reclamaret, quod interuenerit per eum, qui dicit interueniſſe probari debere: quia tali caſu non præſumitur. de quo latiſſime ponit Gozad.conſi.73.circa.

Vel intelligere potes opinionem iſtorum doctorum procedere, quando mandatum in aliqua parte proceſſus enunciaretur; quia tunc ob temporis diuturnitatem huiuſmodi narratiuæ & enunciationi crederetur, prout ſentit Rot.quæ hũc articulum latè diſputat, vt per Caſſa. dec 3.de procu.col.2.verſicu.ſi igitur in inſtrumento ſententiæ &c.& per Dec. conſi.36. col.4. vel intellige, vt per Alexan.dicto conſi.191.& conſil.79. colum.4. verſ.fortificatur.lib.2.& conſi 35.conſideratis.colum.1.lib.7.Goza. conſi.96.col.pen.

Hoc

93 Hoc etiam caſu quando principalis dominus quod cõparens non fuerit ſuus procurator opponit, non proderit etiam quod per iudicem pronuntiatum fuiſſet dictum comparentem eſſe procuratorem legitimum, ac legitimam habere perſonam in iudicio ſtandi, quia talis pronuntiatio cum falſo procuratore facta ipſi domino abſenti in nihilo præiudicat: vt per gloſſ. fin. & ibi Bartol. & alij in d. l. licet & gloſſ. in verb. partem. in l. iam tamen §. nunc videndum. ff. iudicatum ſolui. & ſpec. de reſcrip. præſen. §. 1. in fi. & Abb. in cap. cum in iure. in fi. de offi. deleg. cum alijs de quibus per Alexan. conſ. 80. examinato colum. 2. verſ. & licet. conſ. 103. viſis. col. pen. in fi. lib. 2 & conſi. 61. viſo. col. 2. in prin. lib. 5. & conſi. 202. ſuper col. fi. lib. 2.

Talis igitur pronunciatio ſolummodò nocet litigatoribus preſentibus, vel obſtaret quando alius quam ipſe dominus de hoc opponeret, vt declarant doctores ſupra ſcripti, vel quomodo eſſet productum aliquod mandatum, vt per d. Anch. conſi. 41 pri. facie. col. 1.

Ad ſoluendum igitur proceſſum ab hac potentiſſima exceptione, ſi aliquo modo de mandato expreſſo non conſtabit: videndum fuerit, nunquid proceſſus ex mandato tacito, vel præſumptio ipſius domini opponentis defendi poſſit.

94 Exempli gratia, ſi principalis dominus cauſam ſuam per alium tanquam eius per procuratorem tractari vidiſſet & non contradixiſſet, ex quo non prohibet mandare creditur, iuxta tex. in l. ſemper. de reg. iur. & l. qui patitur. ff. mand. c. fin. de iureiur. in 6. ibi ſciente, ac ratum habente, ſeu non reuocante &c. & l. 2. §. fin. ff. ſol. ma. facit tex. in c. cum olim. in verſic. protinus contradixit. de offi. dele. ex ſcientia igitur domini, & taciturnitate reſultat tacitum mandatum. & quoad præiudicium ipſius domini tacentis valet, quod ab huiuſmodi aſſerto procuratore ſit, iuxta celebrem theoricam Inn. in cap. ex parte decani vbi ponunt omnes doct. & in cap. nonnulli. de reſcrip. & in cap. cum in iure de offi. deleg. & Bal. in l. 2. in fi. C. ſi

ex fal.inſtrum.& in l.2. §.1. & ibi Imo. ff.ſolu. matr. & in d.l.licet.in fin. C.de proc. tenet Rom. deciſ.454.cum ſeq. per prædictam collationem. in no. & Caſſa.deciſ.3.num. 5.de proc.facit tex.cum gloſſ.1. in l.vnic. C.de ſatiſ.& in l.1.§.ſcientia.ff.ad Treb. per Fel. in cap.cum olim. col.2. in fi.de offic. deleg. & latiſſimè diſputat d.Alex. in l.ſæpe.in 1.colum.cum decem ſequentib.ff.de re iud.& conſi. 84.lib.5.& conſi.157.viſo.colum.3. lib.2.& conſi.80.viſo colum.3.& 4.lib.4. vbi dicit dictum Im. magis communiter improbari, quamuis in pluribus caſibus ſaluari poſſit, tenet dec.Neap.307.Franciſcus. num.6. ponit Gui.Papæ q.40.quæritur.

95 Sicut etiam diximus ſupra mandatum tacitum iuriſdictionale ex ſcientia & tolerantia ſuperioris præſumi per l.1.§.magiſtrum.ff.de exer. Argumentum namque de vno mandato ad aliud regulariter procedit.l.& quia in fin.ff.de iur. om. iu. cap. is qui de procu. in 6. ponit Rot. deciſ.413. fuit dubitatum in prin. in no. de quo per Fel. in c relatum.2 col.de offi.delega.& glo. in l.iudicium ſoluitur.ff.de iud.

96 Prout etiam ſimile mandatum tacitè præſumeretur in eo qui in iudicio tanquam alterius procurator comparuiſſet, poſtquam is, cuius nomine comparuit, ſcripturas & inſtrumenta ad cauſam huiuſmodi facientia ſibi conſignaſſet; Nam ſi talis comparens ſolitus eſſet agere cauſas, vt conſignatio iurium aliquid operetur: præſumitur quod dominus illi mandauerit, vt cum dictis iuribus pro eo ageret, vel defenderet, ſecundum gloſſ. & doctores maximè Bald. in l.fin. C.de pact. conuen. & in l.ſi quis per calumniam. in fin. C. de epiſ. & cler. Imol. in l.Mæuia. in prin. ff.ſol.mat. Aug. inſtit. de his per quos age.poſſ.colum.2.& Bald.in l.2.§ cauſæ.ff.de Carbonian. edict.Iaſ.in l.1.in fi.C.de procu. Fel. poſt alios in cap.coram colum.4.ver.limita primò. de offi.dele.Rom.ſingu. 637.nunquid per productionem, & Caſſ.dec.3.colum.4. in princ. de procu. & quod per ſcripturarum traditionem & conſignationem mandatum præſumatur: & quis

ſaltim ſub cautione de rato admitti debeat, eſt communis opi. ſecundum Hip. de Mar. in l. ſi quis ne quo. ver. & ad hoc dicendum nu. 171. ff. de que.

97 Si tamen conſignatio iurium non probaretur, illorum ſola exhibitio, & oſtenſio, quamuis præſumptionem man dati induceret tamen quoad ipſum dominum principalem obligandum non ſufficeret, ſed neceſſe foret, vltra oſtenſionem iurium, quod taliter comparens promitteret de rato, ſecundum Barto in l. vulgo, in fin. ff. de ad-

98 min. tutor. & in præmiſſis, vide Aym. conſil. 80. nobilis Aliſia, col. 3. verſ. nec obſtat, & latius per eundem de antiquis temporibus in ſecunda parte, in vltima char. per quam ſatiſdationem aduerſario ſaltim pro ſumptibus & expenſis recuperandis conſuleretur l. ſi procurator & l. ſi fine. §. cum autem & §. Marcellus. ff. rem ratam habere, & ponit gloſſ. magiſtralis in d. capitul. coram. & Bar. in d. l. vulgo.

Idem puto ſi in iudicio compareret aliqua ex his perſonis, a quibus de iure non mandatum, ſed ſolummodo an conſtet de contraria voluntate exigitur, de quibus in l. ſed & hæ. & l. Pomponius. §. fin. ff. de procur. & leg. exigendi, & l. maritus. C. eo. de quibus ponit Specu. in titul. de coniuncta perſona. & Ang. in §. præterea. col. pen. inſti. de excep.

Tales namq; perſonę etiam de rato cauere debent. per tex. & gloſ. in d. l. Pomponius. §. rati & in d. c. coram. in 1. gloſſ. & tenet Rot. 142. in no, quæ cautio vtiq. non exigeretur, ſi tales perſonæ verè eſſent procuratores, & haberent poteſtatem obligandi perſonam coniunctam pro qua comparent, cenſentur namq; coniunctæ perſonę habiles ad comparendum pro coniuncto abſente ſine mādato in his quæ commodum reſpiciunt perſonę ipſius abſentis coniuncti duntaxat, ſecus in concernentibus damnum & præiudiciū, in quibus eidem abſenti ſi modo taci tè vel expreſſe non ratificauerit, præiudicare nō pōt: put videtur tex. & gl. in l. 1. C. q. b. res iud. nō nocet. & l. 6. C. res inter alios & acta. & glo. in l. 4. ff. de exce. rei iur. & tenet

Barto. per illum tex. in l.3. §.ſtipulationum. §.iud.ſol.& Ang. in §.item ſi. col.penult.inſt. de excep. & facit deciſi Rot.777. no. quod coniuncta. & 731. nota quod ſi aliquis,in antiqu.& deciſio.420. ſi committatur. in nouis. Tales enim appellantur ſimplices defenſores, vt declarat ibi Rot.

Adſunt & alij,qui aliquãdo iuris beneficio abſque expreſſo mandato pro alijs in iudicio admittuntur; vt in l. 2.C.de conſor.eiuſ.lit. & ponit Iaſ. col.3. duodecima limit.in l.exigendi.C.de proc.& in l.vni.C.ſi per vim, vel alio modo cum ſimi.

100 Acta igitur & proceſſus ex tacito & præſumpto mandato(quamuis de expreſſo non conſtet) aliquando ſuſtineri poterunt,prout etiam ſuſtinebuntur ex eodem præſumpto & tacito mandato:quando aliquid factum reperietur vltra, vel præter formam mandati expreſſi, quod tamen in euidentem vtilitaté ipſius mandantis tenderet; & quòd veriſimile eſt eundem mandantem facturum fuiſſe:prout dicunt doct.in l.ſi quis nec propoſitum. ff.ſi certi pet.& Io.And. in addi.Spec.in ti.de inſtr.edi. §.compendioſæ.in verſ.Ioan.de deo.& Alex.conſi.106.li.2.& deci Neap.340.fuit vocatum,circa fi.quo caſu idem etiá principalis a iudice ad acta & proceſſus huiuſmodi ſibi vtiles ratificandum cogi poſſet,iuxta tex. in l.Pomponius ſcribit.§.1.ff.de neg. geſt.cum vulg.

101 Inſuper diligenter erit aduertendum: nunquid ex pceſſu de aliqua ipſum domini principalis expreſſa,vel tacita ratihabitione conſtiterit,quoniam ratihabitio de ſui natura regulariter retrotrahitur,& mãdato comparatur, ac confirmat ea quæ ab initio inualide ſubſecuta fuerant, vt inquit tex.in l.licet. ff.de iud. & l.ſi.C.ad Mac.& l.donationes.la 1.in fi.C.de dona.inter vir. & vxo.l.ſi fundus. §.1.ff.de pig.ca.ſi quis. de ſent.excom.in 6.c.ratihabitionem.extra de reg.iu.& de quo plenè ponit do. Fel.in c.ſicuti.col.fi.extra de ſimo.poſt glo.fi.in c.4. qui matr.accuſ. poſſ.cum ſimi.

102 Ratihabitio namque per ipſum dominum principalē

quandocunque,etiá quod ſententia in fauorem falſi procuratoris eſſet lata, & ſic ad ſui commodum fieri poteſt, ſecundum communem opinionem doctorum: quam tenuit glo.& alij in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudic.& in l.licet.ff.de.iud.Imo.in l.ſæpe.colum.25.ff de re iud. & tenuit Ang.inſt.de excep. §.præterea, el ſecundo, colum.3. verſic.ex his infertur aſſerens ita tenendum,ac ſæpius vidiſſe practicari,& quod ſit communis opinio,ut teſtatur idem Ang.in §.item ſi.col.antepen.verſic.4. quid in procuratore.eodem titu. & Iaſ.in l.licet.col.3. verſicu. breuiter communis opinio eſt. C.de procur.& Fel.in capit.cauſam.col.penult.verſic.ſed deueniendo.extra de iudic. vbi tamen hanc communem opinionem multipliciter limitat.

Contrarium tamen videlicet quod proceſſus poſt ſententiam latam non poſſit à principali, niſi quatenus præiudicium ſuum concernat ratificari, tenuit Rot. deciſio. 13.no.quod geſta.& deciſio.149.no.quod vbi in antiq. & dec.428. habens. in no.aſſerens ante ſententiam, cum eo tempore incertum ſit, an proceſſus in fauorem ratificantis ſit ratificari poſſe: ſed poſt ſententiam cum illud iam certificatum ſit (ne videatur claudicare proceſſus) hoc fieri non poſſe, late eandem opinionem tenendo proſequitur Caſſad.ſuper reg.deciſio.40.introducta &c. Ægid.tamen dec.29.tenet communem opinionem & aſſerit Palatium ita tenere, & vide de hoc per Guid. Pap. q.330.quia.

Et notabis quod Bald.in l.Iulia.in 5.q. ff.qui ſatiſda. cog. dixit audiuiſſe Bar.dicentem, quod ſi ille qui actum fecit nomine meo allegauit falſo ſe mandatum habere cũ non habere, non poſſe tali caſu à principali domino ratificari,propter vitium obreptionis arg. l.ſi quis obrepſerit.in verſi.nihil agit.ff.ad l.Corn.de fal. & cum Bar.reſidet Bal.in d.l. Iulian.prout etiam formaliter refert & ſequitur Alex.conſi.32.viſo puncto.col.1. ver.accedit. li.1 & Fel.in d.c.cauſam.col.fin.ver.fallit 3. de iud.vbi ponit alias limitationes.

663 Tacita vero domini ratificatio fiet, ſi ex aliquâ parte proceſſus apparuerit, quod idem principalis cauſam ab huiuſmodi falſo procuratore eius nemine inchoatam ſimpliciter proſecutus fuiſſet; per tex tum. in l. Paul. reſpondet: ff. rem ratam hab. ſiue quód proceſſu per dictum falſum procuratorem eius nomine facto; ſimpliciter vſus fuiſſet, quia etiam per talem vſum videretur ipſum ratificare cùm multò amplius ſit aliquid facto facere quàm ore pronunciare: & magis colligitur animus ex opere & factis; quam verbis. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil. edic. de quibus in fin. vbi Bald. ff. de leg. capit. dilecti filij. & ibi gl. in verſicu. facto de ap. & facit text. in l. 1 & l. fin. C. ſi maior. fac. alie. ra. ha. l. pupillus. §. ſane. ff. de aut. ta. & l. 1. & 2. C. ſi maior fac. ra. ha. & ponunt doct. poſt Inno. in capit. ex parte decani de reſc. & capit. in præſentia. de proc. & Ro. deci. 455. per prędictam collationem & 428. habens. in no. & ſentit Alex. conſil. 118. viſo proceſſu. colum. 2. li. 5. & Dec. conſil. 232. ſupra colum. 1. li. 2. ſicuti vtendo quis inſtrumento alienationis, vel aliquid ex eo percipiendo confirmat illud ſi ex defectu conſenſus fuerat inualidum: vt dicunt doctores prædicti: & ponit idem Dec. conſi. 50. colum. 1. nu. 2. li. 1. & conſ. 209. col. 2. & conſi. 297. non patitur colum. 1. li. 2. & conſi. 397. viſo puncto. col. 2. lib. 3. & conſi. 463. in cauſa. col. pe. nu. 19. li. 4. & conſi. 486. viſis in fi. & conſilio 583. iuridicam. col. 2. ver. vlterius. eo. li. cum ſimili facit tex. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. vbi approbare quis cenſetur perſonas ac dicta teſtium illis ſimpliciter vtendo, & ponit Aym. conſilium 73. dicendum verſicu. præterea vtendo poſt Anc. conſi. 10. videtur in prin. & Aret. conſi. 125. exim è col. 1. & facit quod ponit Roma. conſi. 54. viſis.

Idem foret ſi idem principalis poſt cauſam a dicto falſo procuratore inchoatam eundem ad eandem cauſam proſequendam procuratorem ſimpliciter conſtituiſſet; quia per huiuſmodi ſimplicem conſtitutionem ſuperuenientem tacite ante geſta per illum conſti-

tuens

tuens approbare cenſetur,per tex.gloſ. & ſcrib.in l.Iulianus.ff.qui ſatiſ.cog. tenet Ioan. And.in addi. Spec. titul. de proc.§ 1.colum 9.ver.in fin.Rot.dec 586. quidam qui non erat procu. in antiq. & Rot. 445. fuit dubitandum vtrum procurator.in no. Iaſ. in l.is qui putatur colum.1. ff.de acqui.hære. & Alexand. ad Bartol.in l.quo enim §. rem haberi, in princ. ff. rem rat.habe. & idem Alexand. conſilio 112.ſuper eo.in fi.lib.5.& conſilio 146.in cauſa. col.3.in prin.eo.li. Aym.conſil.159.viſis,colum.3.verſic. dubitatur etiam.

Idem etiam foret ſi idem principalis a ſententia contra ſeipſum cum falſo procuratore lata ſimpliciter appellaſſet: quoniam ex quo ſentētia huiuſmodi ſolūmodo ex defectu conſenſus ꝑſius appellantis deficiebat, appellando ſimpliciter ab ea videtur quaſi agnoſcere iudicium de eius voluntate agitatum, ac fateri a principio conſenſum ſuum interfuiſſe.Hoc igitur,quod ab eius mera voluntate pendebat, ſaltim tacite declarato ex defectu conſenſus & mandati ſententia pręfata vlterius impugnari non poterit, prout eſt tex. in l.3.§. falſus.ff.rem rat.hab.quem ita declarat Bart.poſt gl. & alios in l.ſi expreſſim.in princ.ff.de ap. & in l.1. col.pen.C. qui admitti & in l.1.num.16.C.quan.prouo.non eſt neceſſ.& gloſ. in l.1.in verb.infirmatur.ff.de ſer.& gl.ſcrib. in capitul.1. de ſen.& re iud.ponit Abb.in c.1.num.24.de app.& tenet palatium: vt dicit Ægidius deciſ.29. ſententia lata cum ſimil.

Et intellige(prout dixi) quādo ſimpliciter appellatum fuiſſet: ſecus ſi conditionaliter vel alternatiue: vt puta quando dicitur,dico ſententiā nullam,vel ſi qua eſt appello, ſiue appello a ſententia. reſeruato mihi iure dicendi de nullitate: vel ꝙ falſus procurator fuiſſet admiſſus cum proteſtatione ſi, & quatenus fuiſſet procurator, & non alias &c. Nam his, & ſimilibus caſibus dominus appellando, ſententiam etiam ex defectu mandati nullam non validaret, vt declarat Anton. in dict. cap.1.in 9.columna & Fel. ibi. colum. vltim. de re iudic.

& Rom.ſing. 679.tu audiuiſti & Salice.in l.ſi tutor.C. in quibus cauſis in integrum reſt. Fel. poſt alios, in dict. c. cauſam.in 10.fal.de iud.Angel. Iaſ. & alij in l. licet.C. de procu.

104 Et præmiſſa procedunt ſiue quod nullo modo de mā dato ſiue de minus ſufficienti & valido conſtiterit: ex quo ratihabitio tacita vel expreſſa etiam in excedente limites mandati operatur cap. cum olim.el 1. & ibi gloſ. in verb. protinus contra dixit, & docto. maximè Fel.colum.3.in prin.de of.dele.tex.in c.ſi.de iureiur.in 6. cum alijs de quibus in propoſito per Alexan.in conſi.80. viſo proceſſu.colum.pe.lib.4.& conſ.179. in cauſa. col.2. lib.6. & conſil.84. ſuper conſultatione,colum.1.lib.5. & Dec.conſil.437.quæritur,num.1.lib.3. & diximus ſupra tractando de mandato iuriſdictionali. Nunquid autem procurator expreſſe reuocato,ſciente & non contradicēte domino, adhuc procurante videatur induci nouum mandatum, vide Rom.in conſilio 76. cum ibi adduct. & Alexan.in conſi.128.ſentio.in fin.lib.6.& Boer. dec.247. in fine concludentes, quod ſic facit etiam quod poſuit Felin,in cap.ex parte decani.col.antepen.verſic.6.regula. de reſcrip.

Et hæc oīa poterunt inſeruire,quando(vt diximus)ipſemet dominus nullitatem ex defectu mandati & voluntatis ſuæ in iudicio proponit.

105 Si vero ab altero, puta ab eo qui ſententiam ad inſtantiam falſi procuratoris ſibi contrarium reportauerit, opponetur: tunc vltra omnia & ſingula præmiſſa. (quæ a fortiori contra ipſum ad probandum mandatum tacitum vel expreſſum militabunt) de facili nullitas & proceſſus hmōi ſanari poterit, videlicet per expreſſam ipſius domini ſuperueniētem ratihabitioné cum (attenta communi ſententia doctorum, de qua ſupra) idem principalis dominus etiam poſt ſententiam latam poſſit eandem defectu mandati & conſenſus ſui impugnatam ratificare & conualidare vt ſupra vidimus, & ideo ceſſabit obiectio.

Sed ſi idem aduerſarius ſententiam ſeu proceſſum ratione defectus mandati reſultantis ex inhabilitate ipſius conſtituentis oppugnaret, puta quod conſtituens fuiſſet pupillus religioſus, filiusfa. vel ſimiles tunc cum ſententiã & actus fuerint ad commodum & vtilitatem conſtituentium geſti: obiectio non procedet, per reg. l. nõ eo minus C. de proc. vt diximus ſupra.

Si ratione inhabilitatis ipſius procuratoris conſtituti proceſſus impugnabitur, conſideranda erit ſpecies inhabilitatis obiecta: quoniã ſi aliquo pacto idem conſtitutus capax iudicij extiterit, & ſaltim pro ſeipſo in iudicio ſtare potuerit: prout minores, filijfamilias, fœminæ, religioſi, & ſimiles, qui & ſi pro alijs non poſſint, pro ſeipſis tamen (vt multi voluerunt) legitimè in iudicijs eſſe poſſunt. Vnde ſi contra eoſdem non fuiſſet oppoſitum, neque exceptum iudicium & ſententia ab eiſdem obtenta valida reputaretur, vt notatur in l. filiusfam. §. veteram per illum textum ff. de procu. & in l. quos prohibet. ff. de poſtulat. & l. ita demum. & l. exigendi. C. de procuratorib. & l. qui procura. ſi quis remiſit, & l. Pomponius. §. rati. ff. de procuratoribus. & in l. licet. C. eod. ti. & Abb. in cap. non iniuſte. ſuper 1. gl. extra eo. ti. cum alijs, de quibus in propoſito per Hip. de Mar. in l. ſi quis. ne quæſtio. num. 44. & num. 109. ff. de quæſtion. Tales etenim exceptiones procuratoriæ appellantur, & de apicibus iuris exiſtunt: nec (ſi omittuntur) viciant l. fin. fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. l. in exceptionibus § ſed & ſi. ff. de probat iuncta glo. in clem. ſi religioſus. de procu. cum ſimi. Si opponeretur quod procurator exceſſerit fines mandati, erat diligenter conſiderandum a primo quoad ipſam formam, & nunquid obiectio ſit vera, & habeas pro regula, quod in dubio actus præſumitur factus a procuratore eo modo, quo fuit mandatum l. qui negotiationem. in princ. ff. de admin. tu. quem tex. ad hoc adducit Bal. in l. cum opponeret. in prin. C. de bo. quæ li. & tradit Bar. in l. Titium. §. altero. ff. de adm. tuto. quos refert & ſequitur Dec. conſi. 77. col. 2. in fi.

Inſuper ſatis eſt quòd mandatum ſeruetur in effectu l. fi.§.fi.ff.mandati.l.mandati. & ibi Bald.C.eod.titu.ponit Dec.conſil.77.col.4.verſic.1.ergo. & vide per dominum Iaſ.in l.ſi procurator.C.de procura. Ex quibus omnibus ſi diligenter conſiderabis; facilè proceſſum tuum ab huiuſmodi obiectionibus defendes, & quæ deſunt hic, ſupra ſub rubr.de nullita.ex defect.inhab.& mand.compa. reperies.

Si proceſſus & ſentētia ratione defectus citationis impugnabuntur, in primis conſiderabitur, quomodo nullitas hæc in iudicio deducatur, & qualitercunque deducta fuerit, erit aduertendum. primò, nunquid actus qui ratione defectus citationis impugnatur, fuerit talis quòd de ſui natura partis citationem requiſierit: quoniam plura ſunt quæ vel ratione ſui, aut ipſius partis citandæ citationem de neceſſitate non expoſcunt.

Ratione ſui, veluti ſententia interlocutoria vim diffinitiuæ non habens, quæ & ſi parte non vocata ferri non debeat: ſi tamen fuerit lata, ipſo iure tenet, vt declarat Ægid.concl.93.interlocutoria. & Rot.425. ſed pone in nouis, & 549. vtrum proceſſus. in antiq. ponit Inno. in cap.auditis.extra de procura. & docto.in l.de vnoquoq; ff. de re iud. quòd maximè procedit, quando huiuſmodi interlocutoria parum grauat: quia talis indiſtinctè abſente parte ferri poteſt, vt eſt tex.in l.diem proferre.in prin. ff.de arb. & l.ille a quo. & l.recuſare. in prin.ff.ad Treb. ponit gl.in l.nec quiſquam.§.vbi decretum.ff de off.proconſ.& Rot dec.93. iudex.in add.in nou. Aym.conſ.179. in cauſ.app.col.3.ver.6.reſpondeo R. m..conſil.72.Circa Iaſ.in d §. vbi decretum.Cor.conſil.71. ſuper primo. compen.verſ.& licet non interueneriſ, l b 1. Aret.conſilio 75. diligenter col.3. in fi.

106 Idcircò ſi cauſa coram iudice inter ipſas partes præſentes ſiue citatas inſtructa, ac plenè de veritate illius cognitum fuiſſet, & non ſupereſſet aliud q̃ diffinitiuæ ſententiæ prolatio, at ꝙ iudex ſuam in huiuſmodi parte non vocata proferret: nihilominus defectu citationis non obſtante,

habe-

haberetur pro legitima: & ex hoc,ſi alias iuſta foret,non deberetur irritari: quoniam omiſſio citationis hoc caſu non grauat, cum iura partium fuerint audita & diſcuſſa. & propterea non de iure naturali,ſed ſolennitate meri iuris poſitiui citatio tali caſu habenda eſſet quæ omiſſa parum vitiaret, quia in effectu rationi ac menti ipſius legis ſatisfactum eſt: vt præmiſſa ſentit Bal.in l.ſi accuſatoribus col.pen.ver.in eadem gl. C.de accu. & Bart.in l.2.§. quod ſi de frumentaria per illum tex.ff.de admi.rerum ad ciuita. pertin. & in l.fin. in fin. C. vbi quis de cur. aliave ponunt Canoniſtæ in c.auditis. vbi glo.in verb. ad illum extra de procur.& tenet Dec. conſilio 603. viſo puncto. col.pe.in fin.& facit quod voluit idem Bald. in l. cunctos populus.in repe.collat.20.verſi.item pone quartam conclusionem. C. de ſum. tri. dum ponit non valeret ſtatutum,quod quis abſq; citatione condemnari poſſit:quod dicit eſſe verum cauſa non diſcuſſa, ſecus ſi cauſa diſcuſſa fuerit & infert valere ſtatutum Perusij diſponens, quod ſententia non vitietur,etiam quod reus ad ſentētiā nō fuerit citatus,quando de crimine ſeu veritate rei conſtat: quia ſublata defenſione per liquidationem facti ſtatutum nihil continet iniquitatis,& hoc dictum Bald.per no.refert & ſequitur Alexan.in propoſito noſtro,conſilio 225 Ponderatis.colum.3.verſicu.corroboratur.lib.6.hoc ēt modo intellige eundem Alex. in conſi.65. habita.col. pe.ver.& dato.li.1.dum voluit ſtylum & conſuetudinem poſſe ſolennitati citationis derogare. facit ēt quod ponit idem Alex.in l.non ſolum.§.morte.colum.15.ff. de noui ope. nunc. dicens non eſſe audiendum illum, qui nihil

208 allegat, niſi quod non fuit citatus. nec deducit aliquid releuans,quod dixiſſet, ſeu propoſuiſſet ſi citatus fuiſſet, & idem ſentit in l.pupillum.ff.de re iud.quod ēt ſequitur Aym.conſi.179 in cauſa appe.colum.2.ver.2.reſpondeo. Citatio igitur poſtquam cauſa plene inſtructa reperi-

209 tur, eſt de iure poſitiuo, & ex ſtylo in aliquibus locis omittitur:quoniā facta concluſione in cauſa.abſq; vlteriori citatione fiendā iudex ſn̄iam dicere pōt: prout fit

in

in regia curia Neapolitana, vt atteſtatur deciſi. eiuſdem curiæ.283.diu.eſt colum.fin.& dec.391.fuit, & propterea etiam quod in Rom. Cur. pars ſpecialiter & nominatim ad ſententiam audiendam citari conſueuerit : vt vult. Rot.dec.242. retento in no.& Fel.in capit.conſuluit,ver.ſecundo nota num.16.de offic.deleg.& Alexan. conſil.105. Ponderatis.colum.2.lib.5. Nihilominus eueniente ea quod facta concluſione in cauſa abſque pronunciatione,prout quandocunque in Rotæ auditorio in vltimis aduentitijs , quando vacationes generales inſtant, fieri ſolet, vt in dec. 705. Sciendum eſt quod in vacatione, in antiq. ſi poſtea abſque alia citatione ſententia ferretur, defectus talis cum ſit mere iuris poſitiui, & totaliter ex arbitrio iudicis pendeat per viam reſcripti in eadem Roman. Cur. forſan de facili reparari poſſet, prout etiam in eadem reparari & ſanari videmus examen teſtium abſque citatione , cum interrogatorijs tamen aduerſæ partis examinatorum,ac etiam prout ſanantur reliquæ nullitatis, quæ meræ ſunt iuris poſitiui,& defenſionem partium non concernunt,vt dicemus infra.

Idem etiam foret, ſi fieret actus a mera ac libera voluntate facientis dependens : quoniam ad talem actum fiendum puta videndum fieri declarationem a proprietario rem emphyteuticam in commiſſum cecidiſſe non eſſet pars citanda, per notata in l. in te mandata.C.mand. & Bald.in l.neque natales. C. de prob. cum alijs, de quibus in propoſito per Alexand. conſil.7. circa colum.fi.lib.3.& conſi.44. viſa poſt prin.lib.eo. & melius conſi.130. difficultas lib.1. vbi loquitur de teſtibus, abſque citatione examinatis, quod ſuſtinetur quando perſona teſtis erat omni exceptione maior, & contra quam pars non poterit veriſimiliter contradicere per ea, quæ voluit Barto.in l.Theopompus de dote prælegat. & iſtud reaſſumit Hippo. in l.1.§. cum quis. latrones. ff. de quæſtion.

111 RATIONE partis ſeu litigatoris aliquando citatio omiſſa

omiſſa non vitiabit, puta ſi generaliter ad totam cauſam citatus non comparuiſſet, quoniam ratione ipſius contumaciæ ad reliquos actus eundem vlterius citari non oportebit, prout notant doctores poſt Inno.in cap. conſuluit.de offic. deleg.vbi Fel. columna 6.verſic. Tertio nota. & in cap.cum olim. vbi idem Fel. ſuper vltimo notabili.de teſtibus & ponit Rot. dec.345.licet impetrás, in no. cum alijs, de quibus diximus ſupra ſub rubr. de null. ex defect. proceſſ. Nam reliquæ citationes, quæ ex ſtylo Rom.Cu.contra huiuſmodi abſentes, & ad totam cauſam citatos non comparentes in audientia publica contradictarum fieri conſueuerunt potius ex quadam vt banitate, quam neceſſitate fiunt, vt inquit Ro.dec.93. in fi.& dec.78.poſt lapſum,& 245.licet,& 223.ſi committatur,in no.

112 Idem foret, ſi litigator fruſtratoriè ab aliquo grauamine appellando a iudicio receſſiſſet. Nam cum eo ipſo tacite proteſtari videatur, ſe nolle coram tali iudice de cætero litigare, ſi appellationi huiuſmodi non
113 renunciauerit ad ſententiam contra eundem etiam abſentem, & non vocatum procedi poterit, iuxta tex. in cap.eum qui de dol. & contum. lib.6. & clem.1.eod. titu. Siue aliunde contumax extiterit, vel ex aliqua alia cauſa puta, quod ſua principaliter non interfuerit, vel certum fuerit aliquam illi non competere defenſionem aut quod eſſemus in aliquo alio ex caſibus in quibus de iure citatio omitti poteſt, quos enumerat Alexand. in l. de vno quoque. ff.de re iud. & Ioan. Mill. in verb.citatio Fel. in cap. cum olim., in 7.columna de re iud. Mar. Soc.in rub.de dilat.in 7. articul. principali, vbi recenſet triginta caſus citationem non requirentes, & doct.in l.ne quicquam.§.vbi decretum vbi Iaſon.ponit caſus.19.ff.de offic.præſ.centum & quindecim recollegit Ant. Nic. in tract.de concor.gl.iuris Ciuil.& Canon.concor. l.2.quos occurrente caſu videre poteris: quoniam aliquis forſan propoſitio tuo inſeruiet.

114 Et notandum erit,quod vbicunque citatio neceſſaria

non

non fuerit,ſi omiſſa ſeu inepte facti repeietur, vel his q̃ citabatur non expectatus fuerit, actus nihilominus valebit, nec ex defectu citationis impugabitur, ſecundum Inn.in c.cum inter,in fi.per illum tex.& ibi Abb.de elect. & Fel.in c.cum, ordinem co'.3. ver. & ad hæc.de reſc.& Ang.in l.diuus.col.2 ff.de reſt.in integ.Bal. in l.neque na tales prope.fin.C.de proba.

115 Si vero fuerimus in caſu neceſſario citationem requirente.tunc ſi ex aduerſo fuerit oppoſitum citationem aliquam non præceſſiſſe: videndum erit nunquid ex proceſſu conſtet ipſum aduerſarium tempore actus, de quo agitur,preſentem fuiſſe. Nam eo caſu citatus præſumeretur: vt declarat Abb.in c.Bonæ. col. pen.extra de elect.poſt Archi.in c.propoſuiſti.82.diſt.cum alijs,de quibus ad propoſitum add.per H.pp.in l.vnius. §.ſeruo. ver. ſed iuxta prædicta.ff.de quæſt.

116 Ex preſentia nãque partis purgatur omnis defectus citationis;vt dixit Abb.in conſi.38.tria ſunt. col.1.vol.1. Dec.in conſi.449.Viſis duobus,col.2.verſi. præterea, lib. 4.& conſi.618. in caſu col.2.num.4. li.5. tenet Ant.Capi. in.1.dec.Neap.col.fi.

Quod etiam procedit,ſi pars ſponte & abſque citatione comparuiſſet. quoniam huiuſmodi ſpontanea cõparitio tollit(vt dixi)& purgat oẽm citationis defectũ, vt voluit gl.Bal.Alex.& alij in l.1.in prin.ſi de feri & idem Ale. in conſ.123.viſo.colum.1.lib.2.Solennitas etenim citationis relaxari,& per ſuum æquipollens adimpleri poteſt,vt dixit Caſſ. dec.2. ſub tit. de iud.in iudicio autem comparere citationi æquipollet: quia ad illum finem citatio inducebatur, & propterea menti ac rationi illius legis ſatiſfactum eſt, ideo non curandum de modo cum finem habeamus,prout declarat Bal.in Spe. tit. de Reo, in verb. qui habeat ius reuocandi.vbi dicit hac eſſe veram & communem opinionem,& per eundem in l.ſi accuſatorib.col. 2.verſi.in glo fuit ibi præſens &c.C.de accu. ita etiam tenet Abb.in cap.tenor,colum.fi.de re iud.& diximus ſuprà ſub rub. de null. ex defect. cita. iſte etiam defectus purgatur

gatur per ratificationem actus tacitè vel expreſſe ex poſt ſubſecutam, vt probatur in c. quid ſicuti. & ibi gl. in verb. conſentire. de elect. & tenet Dec. conſi. 274. colum. fi. verſ. ſecundo reſpondetur. lib. 2.

117 Bonum inſuper fuerit conſiderare nunquid actus ſeu ſententia, quæ impugnabuntur, fuerint antiqui: quoniam tunc pro ſententia & temporis diuturnitate, videlicet quod rite & recte ac citatione præuia, lata fuiſſe præſumeretur. c. bonæ, el. 1. de elect. & ponit Bald. in cap. 1. colum. 5. verſic. quæro ſi apparet &c. de mili. Vaſſ. qui contuma. cum alijs de quibus per Alex. conſ. 105. Ponderatis. col. 2. lib. 5. & Dec. conſ. 123. col. 2. lib. 2. & diximus ſupra loquendo de mandato.

Si vero oppoſitum fuerit, quod & ſi citatio aliqua præceſſit, nihilominus illam tanquam inefficacem & defectuoſam non valuiſſe, neq; arctaſſe citatum ratione citantis, citati, vel formæ, ipſius citationis; prout plene tractauimus ſupra, ſub rub. de nullit. de defect. citat. tunc con-

118 ſiderabitur modus & cauſa nullitatis intentatæ: quoniam ſi citatio ex defectu iuriſdictionis ipſius citantis impugnabitur, poteris tunc recurrere ad ea quæ ſupra diximus loquendo de iuriſdictione ſub hac eadem rubrica, & habebis pro regula, quod illud propter quod tollitur, ſeu ſuſpenditur, vel impeditur iuriſdictio, ſeu poteſtas iudicantis, eidem iudici conſtare debet, & notum eſſe: alioquin ſi de cauſa impeditiua illi non conſtaret citatio ſaltim quoad conſtituendum ipſum citatum non comparentem in contumacia, ac eundem velut contumacem puniendum, regulariter valeret argum. text. in l. ſi quis ex aliena. & ibi doct. ff. de iudic. & tex. in l. 2. vbi etiam ſcribentes. ff. ſi quis in ius vocatus, & in l. non videtur vbi gloſ. & Bart. ff. eod. titu. de iud. ponit gloſ. in verb. niſi cognouerit. in capit. ſi duobus. de appellat. & in cap. cum ordinem. vbi Felin. colum. decima. verſicu. quarta declaratio poſt Panor. ibi, columna. fin. de reſcr. & idem dicas ſi citatio impugnaretur ratione alicuius priuilegij, ſeu infirmitatis, vel alterius legitimi impedi-

pedimenti, quia de his iudici conſtare debuiſſet: alias citatio & proceſſus ipſo iure reuerent: vt notant doct. in l.quæſitum. per illum tex. ff.de re iud. & in d.l.ſi quis ex aliena.& l.contra maiores. vbi glo.eod.titul.de re iudica & Canoniſtæ in capit. ſecundo extra de procuratoribus, & doctor. in l.2. §.ſi quis in iudicio. ff.ſi quis cautio.& alias ſupra diximus in rub. de nullitat. ex defect. iuriſdiction.

19 Si citatio ratione defectus ipſiuſmet citationis oppugnaretur, puta quod tempore feriato per iudicem decreta fuiſſet: tunc poteris reſpondere, quod quicquid ſi de iure:in iudiciis magis receptam eſt citationes, & illarum executiones. etiam tempore feriarum decerni, & exequi poſſe: vt docet Rot. deciſ.367. ſi committatur.in no.

20 Si diceretur citationem non valuiſſe, quaſi a iudice non commiſſam, vel ſaltim ad inſtantiam partis decretam non fuiſſe: replicari tunc poterit eo ipſo, quod de citatione per relationem nuntij ex actis conſtat, partis inſtantiam, & iudicis decretum proceſſiſſe, præſumi debere:vt voluit Guil. de Cu. in l.ad peremptorium. ff. de iud & Ant.Imo. Abb.Fel.& alij in cap.1.extra eo.tit. & Lanfr.in c.quoniam contra. in verbo citationes. verſi. item eſt notandum,quod citatio &c.extra de prob. & tradit Alex.in conſi. 123. viſo proceſſu. verſic. & cum nihil appareat.&c.

Si opponeretur citationem non valuiſſe, quaſi abſque loco,& tempore decretam, replicabitur quod omiſſio eo
21 rundem,ſi fuerimus in iudice ordinario,non vitiat:cum de loco & tempore ſolitis, videlicet quibus idem iudex ius dicere conſueuit intelligendum ſit: prout de vtroque dicit & comprobat Felin. in capitul. cum M. columna 3. circa final. de conſtitut. & idem poſt alios in cap. conſuluit verſic.nota ibi in textu ea hora &c.de offi. deleg. & Alexand.in conſil.48 in cauſa circa final. lib.7. prout hæc & ſimilia latius videre poteris ſupra ſub rub.de nullit.ex defect.citat.

Inſuper

122 Inſuper tam ad præmiſſa, quam etiã ad reliquas oppoſitiones quæ aduerſus citationem fieri poſſent, erit aduertendum, nunquid forſan probari potuerit, q̄ citatio q̄ defectuoſa & inualida prætenditur ad notitiam eiuſdem aduerſarij prouenerit, per illamque ſufficienter de cauſa mota, ſeu acti contra ipſum fiẽdo, inſtrui, & certificari potuerit, quoniã tunc probata huiuſmodi notitia taliter certificatus habebitur pro legitimè citato, vt videtur tex. in cle. cauſam in fi. & ibi ponũt doct. de ele. & Fel. poſt alios in c. cum contingat. col. 6. ver. & pro iſta prima limitatione. de reſcr. & facit tex. in 1. §. ex edicto. ibi neque in notitiam peruenit &c. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcind. l. ex conſenſu. §. fi. ibi eum qui cognouit edictum, &c. de appel. tenet Ro. conſi. 410. incip. vt clarior reddatur colum. 1. cum pluribus alijs adductis in propoſito per Boer. qui hoc tenuit dec. 235. col. pe. in prin. & extat deciſ. Rot. 271. ſi dè mandato in nouis. & in ead. Rota ſuper hoc viget particularis conſtitutio Inn. 8. quæ vulgo dicitur Innocentiana: quam habemus quotidiæ præ manibus.

123 Talis autem notitia inter cæteros modos probabitur, ſi conſtabit citatũ vel citandũ ſuper eadem citatione, vel cõprehenſis in ea amicũ ſeu procuratorem conſuluiſſe: vt docet gl. in d. cle. cãm in verb. certa, aut ſi appareret poſt executionem huiuſmodi citationis eundem citatum ad talem cauſam procuratorẽ conſtituiſſe: vt docet Ro. dec. 19. fuit dubitatum. & d. dec. 271. & dec. 402. ſi actor. circa fi in no. & Ægid. concl. 539. licet. & 364. qui per ſe & ſequitur Fel. in d. c. cum contingat. & Staſil. de lit. grat. fol. 145. & Saruen in compend ſuper reg. de non iudicando, fol. 842. facie. & Boer. dec. 281. colum. penult. in fi. vel fal-

124 tim talis defectus de facili, hoc caſu per reſcriptum reparari poterit, vt in Ro. cu. quotidie experimur: dum defectus huiuſmodi citationum ſanantur per reſcripta adiecta clauſula dummodo ad notitiã citati peruenerit) prout etiam atteſtantur doctores ſupradicti.

Quæ inſeruire poterũt nedum quando contra citationem, verumetiam quando contra illius executionẽ oppo

Oo ne-

neretur, puta de forma ipſius citationis non ſeruata prout in iſtis terminis proprie loquitur Rot. & Ægid. in ſupra ſcriptis deciſionibus.

25 Hæc pauca quoad iuriſdictionis inhabilitatis, ſeu mandati comparentium & citationis defectus præcipuos & releuantes reparandos currenti calamo prælibauimus. Reliqui vero aliunde prouenientes defectus, cum mere iuris poſitiui ſint, neque parum, vel iura cauſarum merita concernant, ſed potius ad quendam iuris rigorem conſeruandum inducta videantur, in eadē Ro. cu. in vim reſcriptorum de facili reſarciri, & reparari conſueuerunt, maxime in cauſis beneficialibus, ſeu alias quocunq; ſummarijs in quibus iudex procedere poteſt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, a ſola veritate inſpecta &c. vigore quarum clauſularum idem iudex ab omni forma iudiciorum a iure ciuili inducta, releuatur, & duntaxat ad formam a iure naturali & gentium inductam obſeruādam aſtringitur: ideo ſatis fuerit, quod tunc in iudicio interuenerint ea, q̄ iuſtiuunt, & decidūt: quamuis ea quæ ordinē, ac ſolennitatē iudicio rū reſpiciunt, omiſſi fuerint: vt volu t tex. in clem. ſępe. & ibi gloſ. in verſ. defenſiones, & ſcriben. de verb. ſig. & Bart. in conſt. ad reprimendum. in verb. figura. Anch. in conſi. 97. in q. num. 2. & conſi. 383. primo. col. 2. verſ. pro iſta ſuperfluo. & Io. mo. in c. fi. verſ. figura de hęre. li. 6 vbi dixit quod iudex ſtantibus huiuſmodi clauſulis poteſt incipere proceſſum ab articulis, & illis probatis proferre ſnīam q̄ retulit Rot. dec. 33. quādo committitur poſt prin. in nouis. & Paris de ſind. in §. reſtat vnum aliud col. fi. vbi & ſuperius in verſ. eſt tamen aduertendum. cum pluribus ſeq. copioſe de hac materia diſſerit: cum alijs de quibus pp Fel. in c. olim. col. fin. de acc. & in c. 1. col. 17. cum ſeq. de conſtit. & Ant. in c. 2. de iura. cal. Dec. conſil. 449. viſis colum. 4 num. 21. lib. 4. Et talia de iure communi intelligi debent, qualiter aūt intelligantur, & qui termini ſubſtantiales etiam in ſimilibus iudicijs ſeruari debeant. magiſtraliter ordinarunt domini de Rot. ex illorum antiquo ſtylo in deciſion. prædicta. 33. & de-

cla-

clarant & dec 96.domini oēs.in nouis. Nullitate itaq; ex defectu iris poſitiui inſurgentes in ſimilibus cauſis vel opponi non poſſunt, vel ſi opponerentur de facili (vt dixi) reſarciuntur, & nedum hoc fieri conſueuit in curia in cauſis,prædictis verumetiam in cauſis profanis,ante tamen ſententiam, & priuſquã de nullitate per partem aduerſam oppoſitũ fuerit, vel ẽt quandocũq; vbi ageretur de proceſſibus in partibus factis, vel ẽt de factis in curia: ſed tunc adiecta clauſula refectis expenſis, vel conſtito de bono iure. His etenim & ſimilibus caſibus ſolitum eſt obtineri reſcriptum,quod iudex cauſæ quibuſcunq; nullitatibus reiectis dummodo ex defectu iuriſdictionis, mádati, & citationis non ſint, ex eiſdem actis ad confirmationem vel infirmationem, ſeu cauſæ expeditione perinde ac ſi defectus & nullitates oppoſitæ non obſtarent procedat, pro quibus facit concluſio Ægid. conclu.738. in cauſam ea Gerunden.& Caſſ.dec.4. nu.5. de cauſi.poſſ.& proprie.& Stafil. de lit.grat. & iuſt.152. verſicu. vlterius notandum eſt & fol. 185. verſicu. cauſa, ſi in profana. & Saruen.in d ſuo compen.fol.36 verſ. aliæ tamen nullitates 2. facie. & facie etiam alia deciſ.Caſſad.dec.2. de iud. loquens de terminis ſubſtantialibus ad dicendum contra articulos,& dicendum cõtra producta,qui ſi omittuntur proceſſus ſaluari poterit, concurrentibus his de quibus ibi per eum,quem vide,&c.

126 Poſtremo generaliter in materia noſtra prodeſſe poterit,ſi ex aliqua parte actorum confeſſio ipſius aduerſarij ſuper eo quod agitur principaliter emanata depræhẽderent:quoniam proceſſus & ſententia licet ob ordinẽ iuris non ſeruatũ, aut lapſam inſtantiã vel alias per viã nullitatis impugnari poſſent, in vim tamen confeſſionis huiuſmodi iudicialis ſubſtinebuntur, ex quo cõfeſſio ad ſui validitatẽ telem iudiciariã regularitate nõ requirit, vt voluit Innocen c.qualiter & quando el 2.col.pe.verſ. non negamus tamen de accu. Et quia ex tali cõfeſſione iudiciali inducitur notorium,capit. Veſtra.& cap.fin. de cohab.cle. & mul.& Inn.in c.ſtatuimus.colum 2.10.ſi. de offi. de leg.

In notorijs autem ordo iuris. & iudiciorum ſolennitas non requiritur: prout interminis noſtris dicit Bald. in l. properandum.in princ.colum.4.in fin.C.de iud. & in l.1. col.3.verſic.q.ergo ſtatus.eod.tit.& in l.& ſi ſeuerior.colum.fi.C.in quib.cauſ.infam.irrog. Sentẽtia igitur & proceſſus ſuper iudiciali partis confeſſione, quaſi ſuper notorio fundata ſuſtinebitur: neq; oppoſitio nullitatis quæ eandem confeſſionem ratione incompetentis iudicis,ſeu inhabilitatis ipſius confitentis non cõcerneret releuabit: vt declarat Bald.in l.fi.col 2.verſic. quæro quomodo.C. de fideicõ.libert. vbi dicit quod licet confeſſus de nullit. ex defectu proceſſus obijcere non poſſit, poterit tamen obijcere quod perſona confitentis non fuerit legitima: & per doct.in c.at ſi clerici. extra de iudi.late poſt Bart. declarat Alex. in addi.in l. ſi confeſſus.ff. de cuſt.reo. & de quo per Bart.in l.creditores col.8.verſicu.quinto principaliter. C. de pig. quem ad hoc adducit dec. Neap. 191. Abb.ruffilius,col.fi.& deciſ.182. quia,col.2. ponit Bald. in l.2.colum.2.ver.extra oppono.C.de re iud.vbi dicit ꝙ confeſſus nõ poteſt opponere de ineptitudine libelli, ſeu alio iuris ordine non ſeruato,& idem ponit in rub. de iu riſd.om.iud.colum.fin.& Alexan.in conſil.34. Viſo proceſſu colum.2.verſic. non habet obſtare. lib.3.vbi voluit iudicem contra confeſſum ad expeditionem cauſæ procedere poſſe:non obſtante ꝙ proceſſus ſit nullus.Idẽ etiã voluit in conſil.127.viſa.colum.2.princ.lib.4. & Soci.in c.fi.art.32.de libel.oblat.& Fel.in c.licet Hely. colum.fi. verſ.27.de ſimo. & Abb. poſt alios in c. Piſanis.colum.3. verſ.vlt.ſingulariter nota &c.de reſti.ſpol.& in cap.2. de confeſſ.& in c.dilectus.colum.fin. de Cap.monach.Guid. Pap.deciſ.120.Paris de Put.de ſind. in ver.executio.ver. pone quod,circa fin.& Franc.in c.dilecto.col.5. de appel. quem refert & ſequitur idem Fel. in c. cum dilecta, col. 18.ver.limita octauo.de reſcri. cum pluribus alijs ad propoſitum congeſtis per Hip.l.1. §. diuus Ant. verſicu. & licet iſtud dictum Saly.nu.12.ff. de quæſt.Thom. Gram. conſil.40.nu.27.& in fin.

Quam-

Quamais igitur proceſſus ex aliqua cauſa non valuerit, valebit tamē cōfeſſio corā ſuo iudice emanata: inquit Bal.in auth.offeratur in fi.de litiſc. Abb. in c.cauſam.col.1.ver.contra tex.oppono.de of.deleg. dummodo (vt diximus) cauſa annullans pariformiter inualiditatem confeſſionis reſpiceret, puta ratione inhabilitatis ipſius confitentis,l. clarum.C. de auth.præſtan.l. ſi filius.la 2.ff. de inter act.& ponit Bal.in add. Spec.in tit. de confeſ.col.3. ver.quādoq; proceſſus. & Abb.in d.c.Piſanis.col.3. in fi. de reſti.ſpol.& Fel.in d.c.cum dilecta.col.18.verſ.& intellige prædicta. de reſcr. Vel ratione incōpetentiæ ipſius iudicis,vt declarant Cano.in d.c. at ſi clerici, & Specu.in tit.de confeſ.§ nunc videndum. ver. nunc dicendum reſtat.cum alijs de quibus per Alex.13.conſ.col.3 ver. fortificari.li.1.& hanc materiam proſequitur Ang.& poſt eū Aug.conterraneus meus in tract.maleficiorum. in verb. comparuerunt dicti inquiſiti, & totū confitentur.ver.q̃ro an confeſſus fol. 239.ſecundum in paruas impreſſiones. Vel ſaltim ſi tanquā ſolennis ſnia ob aliquam nullitatem ſuſtineri non poſſet,nihilominus tanquā præceptū in cōfeſſum factū ſuſtineretur, iuxta terminos l. ſi debitori. ff. de iud.& l.proinde. in fi ff. ad l. Aqui. prout notanter determinat Rot.dec.563. verum ſi cōtra reum q̃ vide & facit alia dec.541 verum præceptū.in anti.& propterea ſi iudex magis adhæreret opinioni. Ang. poſitæ in conſi.177. in Dei nomine &c.& Bal.& Sal. in l.vt debitum. in fi.C. de hær.act & eiuſdem Bal.in l.fin.§. ꝙ ſi actor.verſi. vlterius,&c.C.de iura prop. calidat.volentium ꝙ ſi ſuper libello inepto emanare partis confeſſio, vel ꝙ in eodem iudicio,vbi adeſſet confeſſio omitteretur,vel præpoſteraretur ordo iudicij,ſnia aliqua cōdēnatoria ſequi non poſſet,&c.Tūc n.replicari poterit,ꝙ ſi huiuſmodi ſnia,tanq̃ ſnia non valebit,ſi tñ eo mō poterit, videlicet tanq̃ pceptū factū in confeſſum. per dec.558. & ad præmiſſa facit id quod voluit Alex.conſ.75.in cā.col.2.lib.7.cum ſimil.

125 Inſuper ſtudere oportebit, nunquid nullitas obiecta aliquo modo ex iure, vel ex facto offuſcari, vel ſaltim

dubia redi poſſit:quonia re exiſtente dubia cōtra nullitaté,& vt actus ſuſtineātur,& magis valeat quā pereat iudicari debebit,per reg.l.quoties.ff.de reb.dub.l.ſi quādo.8. de le.1.Gallus.§.1.l. Titius.§.fin.ff. de lib. & poſthu.c.in his de verb. ſig.l. ſi pars. ff. de inof. teſt.l. ſi inter. in fin.ff. de reb.du.ponit Bal.in l.eā q̄.col.10.ver.ſed ſubiungitur C.de fideic.& gl.in verb.non videatur,in fi.in l.2.ff.de eo: quot cer.loc. & ponūt Cy. Bal. Imo.in l.cum teſtam. §. hæc verba, per illum tex. ff. de hære. inſt. & Rot.568. vtrum ſi contra,in antiq. & Ægid.conclu.135. ſi Epiſcopus Aym.conſil 151. neminem,in fi. bonus tex.in l.ſi putas,vbi Bal.& alij.C. de pe.hæ.

128 Sicuti etiam in dubio videmus pronunciari appellationem valuiſſe,nec eſſe deſertam, vt docet Pau. de Caſt.in l.1.ff.ſi quis caut.quē ſequitur Rot.vt per Caſſ.dec.8.in fi. de app.& dec.ſeq. in fi.eo.ti. vbi aſſerit Rot. ita tempore ſuo ſeruaſſe,q̄ doctrinam ſecutus eſt etiam Dec.conſi.83. diuino,in fi. & in conſi.445.in caſu.colum. 10.num. 45.& conſil.667.viſis & conſideratis,in prin. & Alexan.conſil. 113.viſo.in prin lib.5.& in conſi.356. in cauſa, in princ. lib.3. cum plurib.alij ſimulib. per me poſitis ſupra in prima rub.ſub nu.24.vbi vide.Bonum etiam fuerit ſi aduertetur ad nullitatem oppoſitam, videlicet nunquid fuerit ſolita in loco illo obſeruari, quia illa nullitas ſolum attenditur. quæ de facto in loco obſeruatur , vt voluit Dec.in l.1.in prin.colum.4 ff quot quiſque iur.& in le.ſi a me colum.pe.c.de ſucceſſ.edict.prout illum retulit etiam & ſecutus eſt Aym.conſi.137 magiſter col.3.verſi. 2.reſpondeo,& facit quod ponit Bar.in conſi.144.iudex communis.

Erit ēt conſilium ꝙ cauſa,quoad ſui merita, quantum fieri poſſit, inſtruatur. vt iudici nullitatis ſeu appe. de bono iure partis in negotio.principali conſtet.Nam præſuppoſito ꝙ ſnīa prima foret nulla, puta abſque citatione, vel in die feriato, ſeu extra inſtantiam , vel ex aliquo alio defectu ſnīam ipſam concernente lata ſi tamen cōſtaret eandem quoad cauſæ merita in ſe iuſtitiam con-

tine-

tinere a iudice appellationis, ſeu nullitatis in parte, vel in toto quoad merita & negotium principale confirmari, vel reformari poſſet, argum. l. fin. §. fin. ff. quod me. cau. vbi ſuper vero debito exacto proceſſus innordinatus toleratur. & facit. l. abſentem. C. de accuſa. l. 1. §. ff. quod me. appel. reſcin. per quæ iura determinauit Bar. in l. ſi expreſſim. col. pe. ver. iudico quod iudex nullitatis & cap. de appell. & idem Bar. in l. ſi vt proponis la 1. colum. 2. verſic. ex quo habes, quod ſicut cauſa appel. & c. vbi dicit tale verbum ab eo nunquam alibi auditum. C. quomodo & quando. & in l. 1. co. fi. verſi. quæro quid ſi datur libellus ſuper nullitate. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in l. iudex poſtquam verſi. oppono quod ordinarius &c. & l. conquerebatur ff. de re iud. quem ſecutus eſt Anch. in clem. 1. de re iud. & Ant. in c. dilecto. col. 6. & ibi Abb. col. 2. de appel. & idem Abb. in c. cum Ioannes. in fi. de fid. inſt. & in conſil. 97. Saluatoris. col. 1. lib 2. tenet Alex. in conſi. 73. in cauſa appel. ver. tertio reſpondeo. colum. fi. & conſi. 181. in
130 cauſa. col. fi. li. 6. & conſi. 81. in cauſa inter Gaſparé. col. fin. lib. 7. vbi etiam ponit ꝙ iudex nullitatis cõfirmare dēt tenutam nulliter datã: qñ ibi conſtat quod de nouo iuſtitia exingente danda foret. de quo plenius ſponit Ang. in §. quadrupli. col. 21. ver. quæro immiſſus. inſtitu. de acti. Prout idem dicitur de captura non rite facta, quæ ſi con-
131 ſtat debito, ſuſtineri poteſt: vt concludit Pau. de Caſt. conſil. vlt. in fi. primæ partis & prædicta ponit & ſequitur
132 Dec. in conſi. 449. viſis duobus. colum. 3. in fin. Aym. conſi. 65. ſororibus. colum. 2. & conſi. 140. in cauſa ſpolij, in fin. vbi videas, & conſi. 179. in cauſa appel. col. 2. in fi. vbi de communi. opp. & quod ſententia nulla quoad merita cauſæ à iudice nullitatis & confirmari poſſit, eſt communis doctorum ſententia: prout atteſtatur & comprobat idem Alex. in conſil. 67. viſo themate. lib. 7. & in conſilio 59. perſpectis, in princip. lib. 2. etiam quod ex defectu iuriſdictionis nullitas prætenderetur, vt per eundem in conſ. 111. viſo themate, vbi de communi pariter atteſtatur libro quinto. & de quo per eund. in conſi. 122. viſo

proceſſu.in fi.lib.2.& Gui.Pap.quæſt.214.quæro. & facit concl. Ægid. 295. in cauſa mea. & concl.481. ſi auditor ſecundæ, vbi dicit quod iudex ſecundæ inſtantiæ ſu per nullitate primæ ſententiæ nullæ ex defectu ordinis iu diciarij, vel alicuius termini ſubſtantialis omiſſi pronuncians, ſi repererit dictam ſententiam iuſtam illam confirmare poterit, & eo modo pronunciare, quo pronuntiauerat primus iudex: & Ægidium ſequitur Feli.in c.cum cauſam colum.3. in prin. de re iud. Poterit itaque iudex reiecta nullitate primæ ſententiæ ſi error non fuerit expreſſus in prima ſententia, & cauſa talis nullitatis in ſecunda ſententia eſſet, eandem quoad merita proceſſus confirmare vt declarat idem Alexand. in conſilio 53.quæritur. colum.3.lib.5.& Dec.conſi.473.pro reſo-
233 lutione.colum.2.nu.8. vel etiam eadem ſententia reiterato. prius, ac ſanato proceſſu in toto, vel in parte defectiuo, idem iudex & nullitatem declarare, & ſententiam eandem quoad merita confirmare, & vitium illius emendare poterit, pront docet Bald. in l.eos. colum.3. verſicu.quærunt docto.C.de appellat.a ſententiá nulla & Franc.ſen.colum.7.verſi.ſi appellatur a ſententia nulla. & Franc.in rub.de appel. col.7. verſi. quid autem ſi in cauſa Lap.alleg.107.factum col.pen. & Ægid. concl.523. concluſio quod ſit auditor & conclu.404.ſi proceſſus.vbi dixit ex proceſſu valido poſſe per iudicem appel.proferri nouam ſententiam, quamuis prima fuerit nulla, vt ibi per eum.& in Rom. Cur. aliquando ad circuitus euitandos concedi conſueuerunt reſcripta, quod idem iudex de nullitate & negotio principali ſimul. cognoſcat; ſiue quod ſuper confirmatione & infirmatione primæ ſententiæ ſimul & ſemel etiam ex eiuſdem actis procedat; quoniam commixtio conſeruans ius partium, & illis proficiens admitti debet: vt in terminis inquit Staſileus d.tract. de lit. gra. & inſtit. fol. 182. verſic. ſi pars innodata &c. & ponit Aym. conſi.182. videtur l.colum.4. verſicu.facit quod ſcribit Alexand. vbi vide & in conſi.14.procurator fiſci in fi.Lap.dec.69. numero 10.& 13. & in Rota viget

con-

conſtitutio Innocentiana, per quam auditor ſuper articulo grauaminis, ac negotio principali ſimul ac etiam aliquando (refectis tamen expenſis) omiſſo articulo appellationis, in dicto negocio principali procedere poteſt, vt quotidie practicatur. Idcircò habere iudicem proprium valde expediet: quoniam ſi coram eo de nullitate ſententiæ, vt cauſa in longum traheretur, diſputabitur: per vnū ex ſupradictis modis pronunciandi ipſi actori de facili conſulere poterit.

Et hæc ſunt, quæ pro breui iuuenum exercitatione ſummatim, & breui manu hic inſerere libuerit, pleniorem autem doctrinam, & præmiſſorum cognitionem ex doctoribus eorum, qui ante me fuerunt, & poſt venturi ſunt libris, Deo propitio adipiſcentur.

FINIS.

INDEX PRAECIPVARVM materiarum in Tractatu de Nullitatibus ſententiarum Domini Sebaſtiani Vantij.

A

ABſentem iudicare diuinæ, ac humanæ leges prohibēt. titu. de nullit. ex defect. cit. nu. 8. fol. 188

Acceptatio, ſeu nominatio nulliter facta non cōſumit poteſtatem iterū nominandi, & acceptādi tit. quoties & intra quod tēpus, &c. nu. 32. fol. 71

Acta iudiciorum ſubſtantialia à lege nō à partibus pēdent: ideo ſi ſint nulla, non poſſunt à partibus validari, quāuis partes poſſint ſe addinuicem obligare de illis parendo, & tunc in vim pacti ſuſtinentur & mādantur executioni, etiā quòd ſint nulla. ti. qualiter, & q-bus mo. ſen. nul. rep. poſ. nu. 18. fol. 260

Acta facta cū perſona inhabili puta pupillo poſſunt vnica citatione, & audientia cum perſona habili repe. & reintegrari & in Ro. cu. poſſet ſuper hoc reſcriptū impetrari tit. eod. num. 90. fol. 280

Acta facta coram vno iudice repetēda ſunt coram alio, alias non prodeſſent titu. quot, & quib. mod. nul. in iu. pro poſſ. nu. 127. fol. 60

Actus & ꝓceſſus in cā appellationis integraliter producenda ſunt: nec ſufficit ꝓducere partem titu. a quo & quib. mo. nullit. proba. poſ. nu. 21. fol. 64

Acta iudicij non fuiſſe facta probantur per inſpectionem proceſſus. tit. de nullita. ex defect. citat. nu. 15. fol. 189

Actor ſi fuerit iudicij incapax puta minor ex parte rei, opponi poterit de illius inhabilitate, & impedietur proceſſus, ne iudicium

cium claudicet.tit. qualiter & quib. mo.ſen.nul.re pa. poſſ.nu 85.fo. 278

Actor ſuam intentionem, & reus ſuã exceptionẽ etiã, quot eſſent fundatę in negatiua probare debẽt.tit.a quo & quib.mo.nul.prob. poſſ.nu 1.fo. 61

Actor ſeu procurator ad lites non facit inuentarium ti.de nul.ex defe.ihab.&c. nu.145.fo. 173

Actio & libellus in iudicio apte ꝓponi & concipi dẽt tit.qualiter & qb.mo.ſen. nul.rep poſ.nu.6.f. 258

Actiones nomen in libello inepte exprimeretur, hodie nõ vitiat,tit.de nul.ex defect. proceſſ.&c.nu.25. fo. 225

Actus qui fiũt per plures vt vniuerſos, vt per capitulũ collegium & ſimilia rõne inhabilium, qui interuenerunt nõ vitiantur ti.de nu. ex defe.iuriſ. ord.nu.185. fo. 121

Actus a principe factus ſi aliter ſuſtineri nõ põt pręſumitur factus de plenitudine poteſtatis.tit.de nul.ex defect. iuriſ. deleg.nu.54. fol. 134

Actus loco non ſolito, & clã deſtine celebrati, quaſi fraudulẽti reprobãtur tit. de nul ex defe. proce.&c. nu.82. fol. 236

Actus cõtra legem pœnalem factus nõ eſt nullus. tit.de nul.ex defe.iuriſ.ordi.nu. 124.289.Quid ſi fit cõtra iuramentũ, vide ti. de nul. ex defe. proceſ. num.139. fol. 252

Actus nullus nullũ operatur poſitiui iuris effectum tit. quoties & intra ꝙ tẽp.&c. nu.26. fol. 71

Actus nullus habetur ꝓ inutili & nõ facto quoad pręiudicium tertij, ſeu cõmodum gerẽtis, ſecus quoad præiudicium illius tit. eo. nu.53. fol. 73

Appellatio quando interponitur a ſnia reſeruato iure dicendi de nullitate cenſetur cõditionaliter interpoſitas, videlicet quatenus ſnia ſit aliqua tit. quod & quib.mod. nul.prop.poſſe.&c.nu.10 fol. 46

Appellatio a diffinitiua etiã ꝙ eẽt nulla ex ſui natura ſuſpẽdit deuoluit,& cit.ti. de nul.ex defe. iuriſd.ord. nu.79. fol. 93

Appellatio non deuoluit, niſi id ꝙ in iudicio pendere reperitur, & ſic nõ deuoluit petitoriũ ſuſpẽſum, ti.eo. num.

num.86.fol. 94

Appellatio ſiue bona, ſiue mala quoad appellantem deuoluit & citat: adeo qđ ſi in termino non comparuit, poteſt per audientiã cõtradictarum contra eũ procedi, dummodo ſit acceptata a iudice, vel a parte. titulo eodem. numero. 88. 94

Appellatio vt deuoluat reſpectu appellati, q illi non detulit, eſſe debet legitima & legitimè intimata, prout hic tit. eo. nu. 89. 95

Appellatio vt deuoluat in qualibet cauſa, vbi & qualiter in Ro. cu. ſit præſentanda, ti. eo. nu 90. 95

Appellatio ſi eſt nulla nullũ operatur effectum: ſi fruſtratoria iudex apoſtolos cõcedere debet, ſi fuerint petiti: alias proceſſus eſſet nullus, titulo, eo, numero. 142. 108

Appellatio q valuerit, & qđ nõ ſi deſerta in dubio pronuntiandum eſt tit. qualiter & quib. mod. ſent. nul. rep. poſſ. nu. 128. 284

Appellatio dicitur auxilium commune, & qualiter defi niatur ſecundum cõmunẽ opinionem ti. quid ſit nullitas. nu. 8. 2

Appellatio a quo ſit iuſtificanda, videlicet ab appellante: vel appellato: & qs illorum acta producere. & quid probare debeat ad finem victoriæ, titulo a quo & quibus modis &c. numero 20. fol. 64

Appellatio nulliter interpoſita non deuoluit. tit. quoties & intra quod tẽp. &c. nu. 50. fol. 73

Appellationis cauſa commiſſa ſi de appellatione non conſtat iudici non compe tit iuriſdictio: & ſatis erit conſtare per cõfeſſionem appellati, tit. de nullit. ex defect. iuriſ. ord. numero 76 fol. 93

Appellationis cauſa deſerta quamuis cauſa nullitatis non cenſeatur deſerta, vt num. 38. nihilominus executio non retardabitur, vt tit. quot & quib. mod. &c. nu. 35. & 36. fol. 50

Appellationis cauſa ad Ro. cur. legitime deuoluta, cõtra appellatũ proceditur per audientiam literarum contradictarum: etiam ad expeditionẽ negotij principalis. titul. null. ex. defec. iuriſ. ordin. numero 91. folio. 95

Appellationi ab alio interpoſitæ

poſitæ adhærere volẽs, debet intra decem dies adhęrere, titu. quis poſſ. dice. de null. nu. 26. 30

Appellatione interpoſita ad Papã, ſi interim Papæ moritur deuoluitur ad ſucceſſorem & etiam ſede vacãte eſt comparendum, ti. de null. ex defect. iuriſ. ordin. nu. 92. 96

Appellatione deſerta inſtantia perimitur, & ſententia tunc ſuper negotio principali lata eſt nulla, tit. eod. nu. 126. 102

Appellatione pendente nihil innouandum, intellige de valida: ideo illa declarata nulla, vel deſerta, attẽtata eo interim non reuocãte, ſcilicet per viam attẽtatorum, vt hic 49. cum ſeq. titu. quoties & intra quod tempo. &c. numero 48. fol. 73

Appellare poteſt quilibet ratione ſui præiudicij & intereſſe, tit. quis poſ. dice. de nul. nu. 4. 26

Appellare prohibitus nõ eſt prohibitus dicere de nullitate, quia remoto vno remedio remanet aliud ſecũdum communem opinionẽ doctorum declarat, vt nu. 30. tit. eod. num. 33. 35. & 36. 32

Appellare non licet de iure ciuili cauſa momentaneæ poſſeſſionis, ſed de nullitate dici poteſt, titulo quis poſ. dice. de null. num. 34. 35. 32

Appellare quãuis tertio non liceat, licebit tamen pluris dicere de nullitate etiã ꝙ in infinitum lis ꝓtrahatur ſecũdum practica, de qua hic tit. quoties & intra q̃d temp. nu. 3. 67

Appellari poteſt ab actu ſeu decreto nullo, & ſic quis ſit iudex appellationis cõpetẽs. tit. Coram quo poſſit & debeat nullitas ꝓponi, & quis dicatur iudex competens &c. nu. 4. 20

Appellans ſeu de nullitate dicens, vel alias grauatus ad iudicem grauãtem remitti non debet, tit. coram quo nullitas poſſit & dẽat proponi, &c. nu. 6. 20

Arbiter ſuper iniuſtitia laudi aditus poterit nullitatẽ illius declarare, ti. quot & quib. null. prop. poſſ. num. 19. fol. 48

Arbiter & arbitrator ſimul ſimpliciter procedens, vt arbiter proceſſiſſe intelligitur. ti. de null. ex def. iuriſd. ord. nu. 173. 118

Aſſeſ-

Aſſeſſorem vel conſultorem capere,vel non rem ttitur conſcientię iudicantis,tit. eo.nu.148. 110
Attentata appellatione pendẽte,ſi appellatio deſcribitur nõ reuocantur per remedium attẽtatorum ſed remediũ nullitatis, aut ex officio,tit.quoties & intra quod tẽpus &c.nu.4). 61
Attentata etiam ex mero iudici officio vſq; ad cõcluſionẽ cauſę reuocari poſſunt,tit.quot. & q.b.m od. nullitas propo. poſſ.num. 23.fol. 49
Attentata abſque aliquo iuris ordine reuocari poſſ. titu.eo.nu.28.fol. 49
Attentatorum cauſa penden te fatalia cauſę principalis non currunt: intellige, vt hic,tit.Quoties & intra ꝙ temp.nu.14. fol. 70
Auditor cameræ apoſtolicæ antiquitus ſolũmodo habebat poteſtatem in curia les,tit.de null.ex defect.iuriſd.ord.nu.103.fol. 98
Auditor audientiæ contradictarum olim habebat ordinariá iuriſdictionem titul. de null. ex defe. iuriſ. delegat.nu.16. fol. 128
Auditores Rotę in loco antiquorũ iudicum qui ſedebãt in aula Lateranẽſi ſuc ceſſerunt, tit.de nul.ex de fect.iur.or.nu.42.fol. 86
Auditores Rotę in cauſis claris abſque conſilio & vno coadiutorũ pronuntiant, tit.eo.nu.150.fol. 110
Auditores Rotæ in Romana curia ſunt tanquã ſtellę in firmamento,& in cognoſcẽdo ordinarij, in decidẽdo delegati reputã ur, tit. de null. ex defe.iuriſd.dele.nu.17. fol. 128
Auditores Rotæ nõ ſubdelegat,nec eorum iuriſdictio prorogatur, tit.eo. nu.18. fol. 128
Auditores Rotæ aſſerunt ſe habere ſtricti iuriſdictionem ,& multa facere ſine ſpeciali mandato recuſant tit.eo.nu.19. 128
Auditores Rotæ ſimul & ſemel ĩ articulo grauaminis puta nullitatis & negotio principali, vel etiam omiſſo grauaminis articulo ꝑcedere poſſent: ideo bonũ eſt iudicẽ habere propitiũ tit.qualit.& quibus mod. ſent.nullit.rep.poſſ. num. 135.fol. 184
Auditores Rotæ in cognoſcẽdo ordinarij,in diffiniẽdo delegati habẽtur, ideò eorum ſẽtẽtias nullas reuoca-

uocare non poſſunt, titul. quot.& quibus modus nullitas in iudicio proponi poſſit,nu.15.fol. 22
Auditores Rotę habent iuriſdictionem habitu & non actio, & magis ſtrictã quã alij delegati titu. quot. & quibus modus nul. in iud. prop.poſſ.nu 16.fol. 22
Audiẽtia ſi cui per ſtatutum ſeu iudicem denegetur, efficitur adeo inhabilis, vt ſententia pro eo lata ſit ipſo iure nulla.tit.de null.ex def.inhab.ſeu manda.comparentium nu.52.fol. 56
Auditorum Rotæ deciſiones tanquam magiſtrales ab alijs iudicibus ſequendæ ſunt tit.de null. ex defe.iuriſ.dele.nu.20.fol. 128

B

Bannitus ideſt, extra, Rempublicam ſuam eiectus, ſi ab imperiali culmine pdit ea quæ ſunt iuris ciuilis cõmunis,ſi a ſola ciuitate perdit eã quæ ſunt iuris illius ciuitatis retenta ptãte iuris communis, tit.de nul. ex de fe.inhab.ſeu mandat. comp.num.51.fol. 155
Bannitus captus extra territorium bannientis relaxari debet,tit. de null.ex defect.inhabil.ſeu mand.compa.num.55. 156
Bãnitus excommunicato eſt ſimilis, ideo non poteſt eſſe iudex, titul.de nulli.ex defect.iuriſd.deleg.nu.65. fol. 135
Bannitus nulliter ſi vigore ſtatuti occidatur,occidens non excuſatur, ſed punitur prout hic titu.Quoties & intra quod tempo. &c. num.44.fol. 72
Beneficij collocatio quod nõ fuerit facta probatur per inſpectionem libri,in quo talia regiſtrãtur, tit.a quo & quibus modus nullit. prob.poſſ.nu.14. fol. 88

C

Calumnia ceſſat, ſi nullitas allegata reſultat ex actis, ti. quis poſſ. dicere de nulli. nu.28.fol. 30
Captura ſiue fiat ob cauſam ciuilem ſiue criminalẽ regulariter abſque iudicis decreto fieri nõ põt., fallit prout hic. tit. de nulli. ex defect.cita.nu.33.fol. 191
Camemarij apoſtolicæ ſedis poteſtas in quo præcipuè verſatur,tit. de nulli.ex defect.iuriſ.del.n.10.fol. 126
Cardinali vel alij magno officiali quoad ſuam iuriſdictionem credendum eſt ſecus quoad alia, tit.de nul.

ex

ex defect.iuriſd. ord. nume.17 fol. 82
Cardinales in Ro.cu. præſentes præfectis pretorio abſentes verò procōſulibus adęquantur: ideo illorum ſententiæ nullitatibus ſubijciūtur ti.an qualibet ſent. per remed.null.impu.poſ. nu.6.fol. 39
Caſſatio habet vim ſententię ti.quot & quib.mod.null. prop.poſſ.nu.43.fol. 49
Cauſa & ius dicuntur de pręſenti, inſtātia verò de futuro: ideò procurator datus ad cauſam quam quis eſt habiturus, verbum cauſa capitur pro inſtantia,ti. de null.ex defe. inhab.nu. 88.fol. 162
Cauſas ciuilis inter laicos ob defectum iudicium ſæcularium, deuoluitur ad cognitionem eccleſiaſticam tit. de nul.ex defect.iuriſ.ord. nu.57 fol. 89
Cauſa feudali non deuoluitur ad ordinarium,niſi ob negligentiam domini feu. ti.de null.ex defect.iuriſd. ord.nu.59. fol. 89
Cauſa ſuffraganeorum non deuoluitur ad Metropolitanū,niſi per viam appellationis,ti.eo.nu.60.f. 90
Cauſa appellationis a grauamine nō deuoluitur ad iudicem ad quē niſi in euentum legitimæ appellationis, tit.eo.nu.61.f. 90
Cauſa de partium conſenſu poteſt deuolui ad iudicem ſuperiorem quādo iuriſdictio eſt prorogabilis & nō aliàs,tit.eo.nu.26.f. 90
Cauſa grauaminis commiſſa cum negotio principali eſt conditionalis reſpectu negotij.videlicet ſi pronūciatum fuerit male proceſsū. tit.de null.ex defec.iuriſd. ord.nu.65. fol. 90
Cauſa appellationis ad Romanam curiam interpoſita regulariter nō deuoluitur, ſed cognitio eſt in partib. committenda,ti.eo.nu.66. fol. 90
Cauſa ſemel in Ro.cu. commiſſa propter appoſitionē manus Papæ non remittitur niſi ex magna cauſa,ti. eo.nu.70. 91
Cauſa ſemel in palatio commiſſa non extrahitur pro rationem de qua hic,ti.eod. num.71.fol. 92
Cauſa appellationis a grauamine ad Papam interpoſita, & a iudice vel a parte approbata deuoluit ob huiuſmodi multum conſenſum etiam tacitum, titulo

de null.ex defec. iuriſ.ord. nu.73.118. fol. 92
Cauſa deuoluitur etiã quòd appellatio fuerit nulla, & nulliter interpoſita ſi modo fuerit a iudice vel a parte approbata, ti.eo.nu.75. fol. 92
Cauſa appellationis a diffinitiua interpoſitæ ad Papã, totum deuoluit eo. tit.nu. 77.fol. 93
Cauſa ex ſpeciali mãdato Papę in curia commiſſa dicitur deuoluta,ti.eo.nu.81. fol. 93
Cauſa cẽſetur ad curiam deuoluta, quãdo partes in ea ſunt præſentes, ti.de null. ex defe. iuriſd. ord.nu.84. fol. 94
Cauſa propria quomodo intelligitur,tit.eod.num.93. fol. 96
Cauſa in propria nemo ſententiam dicere poteſt,& ſi dixerit,eſt nulla, ti.eo.nu. 64.fol. 96
Cauſa in totum principi remiſſa, poſtquam illi fuerit præſentata tollit omnẽ poteſtatem iudici remittenti,tit.eo.nu.145.fol. 108
Cauſa ſemel effecta ſummaria in quacunque inſtãcia ſummaria reputatur, titu. de null. ex defect. proceſſ. num.58.fol. 258
Cauſa ſimplici commiſſa intelligitur commiſſa ciuiliter & criminaliter,& tã reſpectu proprietatis, quàm poſſeſſorij: & tam quoad cognitionem: quàm diffinitionem: & cum omnibus ſuis incidentibus, & dependentibus: vide hic exempla, tit.quibus mod. ſenten.& proceſſ.num.68. fol. 263
Cauſæ requirentes ſpeciale mandatum remiſſiuè, titu. de null.ex defec. inhab.ſeu mandat. compa. num. 90. fol. 162
Cauſæ criminales non comprehẽduntur in mandato generali.tit.de null.ex defec.inhab. ſeu man.cõ.nu. 92. fol. 163
Cauſę beneficiales ſub generali mãdato includuntur. ti.eo.nu 93.fol. 163
Cauſæ maiores beneficiales, ac ſpirituales de ſui natura de facili ad curiam deuoluuntur, titu.de null.ex defect.iuriſd.ord.num.67. fol. 91
Cauſæ clericorum,ac perſonarũ eccleſiaſticarum, ac laicorum temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſuppoſitorum de facili ad curiam de-

deuoluuntur,ti.eo.nu.68. fol. 91
Cauſæ appellationum a grauamine in curia commiſſæ deuoluunt totum negotium principale,etiá quod appareat malè pronunciatum, titulo eodem,nu.69. fol. 91
Cauſæ in Romana curia committi ſolitæ quæ ſint.ti.de null.ex defe.iu.ord.nu.83. fol. 94
Cauſæ cognitioni ſedis Apoſtolicę reſeruatę,ti.eo.nu. 98.fol. 97
Cauſa ab ordinarijs ac etiam ſecularibus iudicib.cognoſcendæ clericis cóm'i poſ. ti.de nul.ex def.iuriſ. dele. nu.68.fol. 136
Cauſæ Guardianis ſeu miniſtris fratrum minorum, ac prioribus mendicantiũ, & ſimilibus a ſede Apoſt.cómitti poſſ.ti.eod.num.80. fol. 137
Cauſæ habentibus ſimplices adminiſtrationes & officia Eccleſiaſtica, prout ſacriſtæ cuſtodés, camerarij, theſaurarij, & ſimiles committi non poſ.eo.ti.nu.8 . fol. 137
Cauſæ monacho adminiſtrationem in cathedrali eccleſia habenti committi poſ- ſunt.ti.eo.nu.82.fol. 137
Cauſæ cognitio eſt de ordine ſubſtantiali iudiciorum,& à iure diuino deſcendit,ti. de null.ex def.proceſſ.nu. 30.fol. 226
Cauſę cognitio debet actum præcedere, nó ſequi,quia talis præpoſteratio vitiat, ti.eo.nu.32.fol. 226
Cauſæ publici iuris humani & diuini in quibus quiſq; de populo auditur, q́ ſint tit. de null. poſſ. dicere de null.num.8.fol. 26
Cauſæ in conſiſtorio principis commiſſæ ſi iuris ordo omitteretur factum impugnaretur quam aliꝗ,ti.an quælibet ſent.per remediũ null.impug.poſſ.num.24. fol. 45
Cauſam eſſe deuolutam in dubio iudicandum eſt,tit. de null.ex defe.iuriſd.ord. num.80 fol. 54
Curationis p̄ſtatio de li.proſequen. & alias iuxta formam auth.generaliter, C. de epiſ. & cle.non céſetur ſubſtantialis,tit.de null.ex defecto.proceſſ.num.46. fol. 230
Cautio rati exigitur vt ſaltim pro expéſis recuperandis parti cóſolatur,ti.quibus modis ſent. null. rep. poſſ.

poſſ.nu.98.fol. 282
Certum dicitur non ſolum quod eſt certum ex ſe, ſed etiam quod eſt certum per relationem ad aliud tit.de null.ex defect.cita.nu.138. fol. 213
